3 1761 04409 4332

HISTOIRE GÉNÉRALE DE PARIS

LA FACULTÉ DE DÉCRET

DE L'UNIVERSITÉ DE PARIS

AU XVE SIÈCLE

PAR

MARCEL FOURNIER

AGRÉGÉ DES FACULTÉS DE DROIT, ARCHIVISTE-PALÉOGRAPHE

ET

LÉON DOREZ

ANCIEN MEMBRE DE L'ÉCOLE FRANÇAISE DE ROME

DOCTEUR EN DROIT (H. C.) DE L'UNIVERSITÉ DE SAINT-ANDREWS (ÉCOSSE)

BIBLIOTHÉCAIRE AU DÉPARTEMENT DES MANUSCRITS DE LA BIBLIOTHÈQUE NATIONALE

TOME TROISIÈME

PUBLIÉ PAR LÉON DOREZ

Petit sceau de la Faculté de Décret, 1393

PARIS

IMPRIMERIE NATIONALE

MDCCCCXIII

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Ottawa

http://www.archive.org/details/lafacultdedc03four

HISTOIRE GÉNÉRALE DE PARIS

COLLECTION DE DOCUMENTS

PUBLIÉE

SOUS LES AUSPICES DE L'ÉDILITÉ PARISIENNE

LA FACULTÉ DE DÉCRET

DE L'UNIVERSITÉ DE PARIS AU XVe SIÈCLE

L'Administration municipale laisse à chaque auteur la responsabilité des opinions émises dans les ouvrages publiés sous les auspices de la Ville de Paris.

TOUS DROITS RÉSERVÉS.

HISTOIRE GÉNÉRALE DE PARIS

LA FACULTÉ DE DÉCRET

DE L'UNIVERSITÉ DE PARIS

AU XVe SIÈCLE

PAR

MARCEL FOURNIER

AGRÉGÉ DES FACULTÉS DE DROIT, ARCHIVISTE-PALÉOGRAPHE

ET

LÉON DOREZ

ANCIEN MEMBRE DE L'ÉCOLE FRANÇAISE DE ROME

DOCTEUR EN DROIT (H. C.) DE L'UNIVERSITÉ DE SAINT-ANDREWS (ÉCOSSE)

BIBLIOTHÉCAIRE AU DÉPARTEMENT DES MANUSCRITS DE LA BIBLIOTHÈQUE NATIONALE

TOME TROISIÈME

PUBLIÉ PAR LÉON DOREZ

Petit sceau de la Faculté de Décret, 1398

170159.
4.4.22.

PARIS

IMPRIMERIE NATIONALE

MDCCCCXIII

LF
2163
A15
t.3

VILLE DE PARIS.

COMMISSION DES TRAVAUX HISTORIQUES

AU 1ER JUIN 1913.

MEMBRES DE DROIT.

MM. LE PRÉFET DE LA SEINE.

LE PRÉSIDENT DU CONSEIL MUNICIPAL.

LE SECRÉTAIRE GÉNÉRAL DE LA PRÉFECTURE DE LA SEINE.

LE DIRECTEUR ADMINISTRATIF DES TRAVAUX DE PARIS.

LE DIRECTEUR DE L'ENSEIGNEMENT PRIMAIRE.

L'INSPECTEUR DES TRAVAUX HISTORIQUES, CONSERVATEUR DE LA BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE DE PARIS.

MEMBRES NOMMÉS PAR LE PRÉFET.

MM. GUIFFREY (JULES), O. ✠, I. ✿, membre de l'Académie des Beaux-Arts, Administrateur honoraire de la Manufacture nationale des Gobelins.

DE LASTEYRIE (ROBERT), O. ✠, I. ✿, membre de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres, Professeur honoraire à l'École des Chartes.

SERVOIS (GUSTAVE), O. ✠, Directeur honoraire des Archives de France.

VIOLLET (PAUL), ✠, I. ✿, membre de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres, Professeur à l'École des Chartes.

TUETEY (ALEXANDRE), O. ✠, I. ✿, Conservateur aux Archives nationales.

HÉRON DE VILLEFOSSE, O. ✠, membre de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres, Conservateur au Musée du Louvre.

TOURNEUX (MAURICE), ✠, homme de lettres.

LACOMBE (PAUL), ✠, Bibliothécaire honoraire à la Bibliothèque nationale.

LAMBELIN (ROGER), ✠, publiciste, ancien Conseiller municipal.

OMONT (HENRI), ✠, I. ✿, membre de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres, Conservateur du département des manuscrits à la Bibliothèque nationale.

JULLIAN (CAMILLE), O. ✠, I. ✿, membre de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres, Professeur au Collège de France.

COMMISSION DES TRAVAUX HISTORIQUES.

PICOT (Émile), ✠, membre de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres.

PROU (Maurice), ✠, membre de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres, Professeur à l'École des Chartes.

LE GRAND (Léon), I. ✿, Conservateur adjoint aux Archives nationales.

STEIN (Henry), I. ✿, Conservateur adjoint aux Archives nationales.

BUREAU.

MM. LE PRÉFET DE LA SEINE, *Président.*

SERVOIS, *Vice-Président.*

GUIFFREY, *Vice-Président.*

POËTE (Marcel), I. ✿, Inspecteur des Travaux historiques, Conservateur de la Bibliothèque de la Ville de Paris, *Secrétaire.*

LA FACULTÉ DE DÉCRET

DE

L'UNIVERSITÉ DE PARIS AU XVE SIÈCLE.

DÉCANAT DE REGNAULT DE LA VACQUERIE.

NOVEMBRE 1481-NOVEMBRE 1482.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

(Tome II, f° 77 r°.) Anno Domini M CCC octuagesimo primo, die nona mensis Novembris, post primam lecturam ordinarii et missam Facultatis de more celebratam, omnibus dominis ad eligendum vel continuandum decanum et thesaurarium ejusdem Facultatis specialiter convocatis, ego Reginaldus de Vaccaria, novissimus collegii, in decanum ipsius Facultatis fui concorditer electus, et dominus Stephanus de Veteri Villa in receptorem; et deinceps juramenta consueta in facie Facultatis prestiti. Facultas quoque precessori meo domino Ambrosio de Cambray egit graciarum actiones de penis et laboribus per eum assumptis in exercicio decanatus officii; sed major pars dominorum dominum Nicolaum de Gruchy, receptorem antiquum, tunc absentem, gratum non habuit, ex eo quod conformiter ad statuta compota sua non reddiderat. [1481. 9 Novembre.]

Ipso die, ambo bidelli Facultatis comparuerunt supplicantes ad renovacionem suorum juramentorum admitti et defectus preteriti temporis pro sup[p]ortatis haberi, pro recommissis quoque in officio pro anno futuro, in manibus Facultatis massas argenteas cum omni humilitate dimittentes et ad partem sese retrahentes. Quorum supplicacio extitit curialiter exaudita et masse restitute, premissa monicione per me de mandato dominorum eis facta, quod de cetero haberent officia sua fideliter et diligenter exercere, prout statuta cavent et exposcunt.

Die XV Novembris, in collegio post missam ordinariam celebrato, audita relacione domini Ambrosii [de Cambray], quod dominus de Gruchy primus esset in ordine legendi, tanquam noviter ad regenciam, quam amiserat, reassumptus, et iterum secundus, quia dominus Wasselin ante tres novissimos doctores per anticipacionem legerat una vice loco ipsius de Gruchy absentis; propter quod michy [15 Novembre.]

IMPRIMERIE NATIONALE.

injunctum extitit ut, si tempore congruo Parisius rediret, sibi haberem intimare quod ad duas primas Decretales legendas se pararet; alioquin quod dominus Jacobus Junii, qui primus post eum venebiat ordine retrogrado, legeret in Nativitate Domini instante, loco ipsius de Gruchy et per anticipacionem. Quam conclusionem prefato domino Jacobo Junii per bidellum intimavi.

Ipso die, dominus Ambrosius de Cambray Facultati exposuit quod ipsi Facultati singularem habebat affectionem, propter quam per testamentum de bonis suis habunde Facultati er(r)ogare intendebat, ad certa onera super quibus conferre desiderabat cum aliquibus dominis ipsius Facultatis, si sibi deputaretur. Quapropter Facultas eidem dedit deputatos quos eligere vellet. Et paulo post certe clausule prefatum dominum de Cambray concernentes, eo instante et requirente, a novo registro Facultatis fuere fideliter extracte et magno sigillo Facultatis sigillate, conformiter ad conclusionem alias super hoc habitam.

[22 Novembre.] Die XXII mensis Novembris, in collegio post missam Facultatis celebrato, major bidellus retulit quod nonnulli volentes intrare examen licencie venerant ad eum, dicentes quod, nisi Facultas eos graciose tractare vellet ac celerius solito expedire, se transferrent Aurelianis ibique gradum licencie reciperent; propter quod concluditur quod super hac materia Facultas in brevi vocetur per cedulam.

Ipso die, dominus de Cambray Facultati recensuit quas fecerat diligencias pro impetracione et expedicione certi privilegii per regiam Majestatem singulis dominis doctoribus et eorum bidellis, clavigero et legentibus de mane concessi, supplicans ut de denariis quos propterea exposuerat satisfieret. Super quibus concluditur quod quilibet dictorum bidellorum et legencium pro impensa in impetracione ipsius indulti facta contribuere habebit unum scutum auri.

[25 Novembre.] Die XXV mensis Novembris, in collegio per cedulam penes dominum Johannem de Corcellis congregato, super facto scolarium et bachalariorum ipsius Facultatis, qui de die in diem ad alias Universitates declinabant pro gradibus bachalariatus et licencie in Decretis recipiendis, fuit conclusum, (F° 77 v°) ad obviandum huic inconvenienti, [quod] ipsi scolares veniebant [*l.* venirent] per dominos humaniter tractandi et al[l]iciendi, et, ut major op[p]ortunitas id agendi se offerret, sepius solito erat legendum, quodque ipsi scholares et bachalarii per dominos in suis lecturis alloquerentur et inducerentur ad recipiendum gradus suos Parisius, necnon in anno currenti licenciandi, quamcicius facultas se offerret, absque temporis protelacione expedirentur ac in oneribus sup[p]ortarent.

Ipso die, dominus Ambrosius de Cambray Facultati suam intencionem aperuit quoad certa legata, que per testamentum intendebat, ut dicebat, efficere Facultati sub certis modis et oneribus; super quo concluditur quod alia vice Facultas super hoc deliberaret ac daret responsum.

Die penultima mensis Novembris, in collegio post missam Facultatis celebrato, Jacobus Coulart, Morinensis dyocesis, examine premisso, fuit ad gradum bachalariatus admissus, necnon pro bursis et dispensacione de non eundo per villam ad dominos invitandos, solvit tria scuta, que posita fuerunt in manibus thesaurarii. [29 Novembre.]

Die quinta mensis Decembris, in collegio post missam Facultatis, comparuerunt duo bachalarii qui ad examen pro licencia consequenda pecierunt recipi et admitti; finitque ipsis responsum datum quod iterum more solito cedula per decanum tradita bidello publicaretur in scolis, quodque ipsi supplicantes in proxima missa in Facultate comparerent, et si quos interim reperirent volentes examen ingredi, secum ad[d]ucerent, tuncque ipsis congruum daretur responsum. [5 Décembre.]

Ipso die, Oliverius Bouessel [*in marg.* : Bonnessel], Cenomanensis, et Guillermus de Monteacuto, Lugdunensis dyocesis, examine premisso, fuerunt admissi ad gradum bachalariatus et lecturam, et pro bursis ac dispensacione super non invitandis dominis in suis domibus, attenta eorum paupertate, solum solverunt quilibet duo scuta cum medio unius, prestiteruntque juramenta consueta.

Die jovis sexta Decembris, post missam beati Nicolay in cap(p)ella Sancti Johannis Jherosolimitani, Jacobus Johannis, Trajectensis dyocesis, examine premisso, admissus extitit ad gradum bachalariatus et lecturam, et pro bursis solvit duo scuta cum medio unius, ac prestitit juramenta consueta. [6 Décembre.]

Die duodecima Decembris, in collegio post missam Facultatis, duo bachalarii, qui alias se presentaverant ad examen pro licencia, iterato supplicarunt; eis quoque dictum extitit ac responsum quod in proxima missa suas minores cedulas afferrent; quibus visis, ipsis peramplius super sua supplicacione daretur responsum. [12 Décembre.]

Ipso die, concluditur quod dominus Ambrosius de Cambray in proxima congregacione Universitatis nomine Facultatis haberet facere querimoniam de domino rectore[1], qui contra alias conclusa per Universitatem passim sigillabat testimoniales pro omnibus se dicentibus studere in Facultate Decretorum, absque cedula certificatoria doctoris, et nomine Facultatis requiretur remedium circa hoc adhiberi.

[1] Éloi de Vaugermes, élu recteur le 9 novembre, se plaignait, de son côté, dès le 28, «de quibusdam falsariis qui sigillo Universitatis factitio et falso abutebantur; decretumque ut in eos inquireretur.» Cependant, le 17 décembre suivant, le mécontentement contre Vaugermes était si grand qu'un autre recteur, René d'Illiers, fut nommé : de là une affaire qui causa une vive émotion et sur laquelle Du Boulay donne quelques détails. *Hist. Univ. Paris.*, t. V, p. 743-745 et 872.

[14 Décembre.] Die veneris XIIII mensis Decembris, post missam de Rorate, Guido de Mancuria, dyocesis Carnotensis, examine premisso, fuit ad gradum bachalariatus et lecturam admissus, et pro bursis ac dispensacione super non eundo per villam ad invitandum dominos in suis domibus solvit quatuor scuta auri.

[20 Décembre.] Die XX mensis Decembris, in collegio post missam Facultatis, duo bachalarii, qui alias supplicarunt recipi ad examen licencie, comparuerunt et rursum supplicarunt, suasque minores cedulas per manus majoris bidelli tradiderunt et diniserunt Facultati, que ordinavit ipsos supplicantes suas debere componere majores cedulas, illas quoque penes (F° 78 r°) singulos dominos infra proximam quindenam deferre. Et per me (prefatis supplicantibus) extitit hec conclusio intimata dictis supplicantibus, qui solita juramenta pro suarum majorum cedularum confectione prestiterunt.

Ipso die, post congregacionem Universitatis in Sancto Mathurino celebratam, ubi conclusum extitit quod pro indulti regii per dominum de Cambray nomine Facultatis impetrati registracione in registris supreme curie Parlamenti facienda dominus receptor eidem traderet unum scutum, frater Ludovicus de Pansa[1], Carnotensis dyocesis, examine premisso, fuit ad gradum bachalariatus et lecturam receptus, solvitque pro bursis et dispensacione de non faciendo harengam (solvit) sex auri scuta.

[24 Décembre.] Die lune, in vigilia Nativitatis Domini, post missam Facultatis in collegio, minores cedule bachalariorum, qui alias supplicarunt admitti ad examen licencie, fuerunt visitate, et tempus cujuslibet computatum et arrestatum.

Ipso die, dominus Nicolaus de Gruchy, racione regencie per eum reassumpte, in majoribus scolis Facultatis de mane solemniter legit Decretalem qui (*sic*) illo die consuevit legi per dominos doctores.

[1482. 2 Janvier.] Die mercurii secunda Januarii, in collegio post missam Facultatis, magister Firminus Pingré[2], Ambianensis dyocesis, per procuratorem supplicavit pro lit-

[1] Le 7 juin 1491, comparaît au Châtelet «frère Loys de La Pauze, abbé de l'abbaye au Bois Aubry [diocèse de Tours], escolier à Paris, contre nobles personnes Claude de Dampont, escuyer, damoiselle Catherine de Themericourt, sa femme, paravant femme de feu Pierre de La Pauze, et ladite femme au nom et comme gardienne noble des enfans dudit deffunt de La Pauze et d'elle, pour raison de cent livres à luy deues par ledit deffunt par lettres obligatoires». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 62; cf. *Gallia Christ.*, XIV, col. 308. — Il mourut en 1502.

[2] Un de ses parents était tanneur à Amiens en 1491. Le 5 octobre, «Andry le Tonnelier, boudroyeur à Paris, [est] condamné à payer à Jehan Pingré, marchand tanneur à Amiens, la somme de XVIII livres t. restans de XXVIII l. t. pour vente de cuirs». Et le 11 octobre, «Andry le Tonnelier, marchand tanneur, se constitue achepteur de biens pour la somme de XVIII l. t. restant de plus grande somme pour laquel[le] il avoit esté executé à la requeste de Jehan Pingré, marchant à Amiens». *Collect. Clairambault*, vol. 765, p. 93 et 94.

tera gradus; que sibi fuit decreta, proviso quod idem procurator coram decano fide media juraret quod non in fraudem hujusmodi litteram requirebat.

Ipso die, bidelli dominorum comparuerunt ad sciendum si de mente Facultatis procederet certa monicio nuper ipsis facta, sub pena privacionis ab officio haberent solvere unum scutum auri domino de Cambray pro contribucione ad missam factam per Facultatem in impetracione certi indulti regii, de quo alias facta est mencio; et supplicarunt quod, si eis oporteret solvere dictum scutum, haberent duplum ipsius indulti. Super quibus supplicacione et requisicione responsum extitit quod premissa monicio procedebat de mente Facultatis, et eis fuit injunctum sub pena privacionis quod haberent satisfacere de dicto scuto; quo facto, si vellent, ipsius indulti haberent duplum.

Ipso die, instantibus duobus bachalariis, qui se presentaverant ad examen licencie, fuit per Facultatem terminus eis datus ad deferendum suas majores cedulas usque ad proximam missam prorogatus, et ultra concluditur quod dominus Nicolaus de Gruchy, antiquus receptor, die veneris proxima, hora secunda post meridiem, in camera examinis reddet compota sua Facultati.

Die tercia mensis, fuit sigillata littera gradus pro magistro Firmino Pingré, postquam ejus procurator coram me fide media juravit in ipsius Pingré animam quod illam non petebat in fraudem; et solvit scutum auri, quod fuit positum in manibus majoris bedelli. [3 Janvier.]

Die quarta mensis Januarii, dominus Nicolaus de Gruchy reddidit compota sua; sed non fuerunt arrestata neque clausa, quia dicebat fuisse errorem in calculo; et fuit clausura in alium diem dilata. [4 Janvier.]

Die nona mensis Januarii, in collegio post missam Facultatis, magister Petrus Falaise (F° 78 v°) cum ceteris jam receptis supplicavit ad examen licencie recipi, ex[h]ibens propter hoc suas minores cedulas; quibus visis, admissus extitit, sibique et aliis duobus prius receptis fuit injunctum quod infra proximam missam suas majores cedulas haberent deferre singulis dominis absque defectu; eis quoque assignavi distinctionem VIII^am Decreti pro sua probacione. [9 Janvier.]

Die XVI mensis Januarii, in collegio post missam Facultatis, concluditur quod die XXIII hujus mensis domini legent et examen aperietur; fuitque presentatis ad examen injunctum quod interim de necessariis provideant. [16 Janvier.]

Ipso die, magister Franciscus Chauvin[1] per Facultatem deputatus est bidellus domini Nicolai de Gruchy, et prestitit juramenta consueta.

[1] Ce n'est sans doute pas lui, mais plutôt un de ses homonymes qui fut, vers cette époque, examinateur au Châtelet et qui, le 22 mars 1491 [1492], émancipa Pierre Chauvin, son fils, âgé de

Eodem die, dominus Ambrosius [de Cambray] retulit quod omnes et singuli bidelli dominorum sibi satisfecerant conformiter ad alias deliberata, demptis bidellis dominorum de Conty et Gressier, qui, ut dicebat, noluerant satisfacere, licet fuissent debite requisiti; propter quod fuit ordinatum quod per majorem bidellum Facultatis ad primam missam futuram vocarentur dicturi quicquid vellent ad impediendum hujusmodi solucionem, vel quominus de aliis loco eorum provideretur.

[23 Janvier.] Die XXIII Januarii, post lecturam dominorum et missam in cap(p)ella Sancti Johannis Jherosolimitani, frater Ludovicus de Pansa supplicavit admitti ad examen licencie cum ceteris jam receptis, dicens quod per quatuordecim annos continuos tam Cadomi quam Parisius studuerat et actus scolasticos frequentaverat, sed legitime prepeditus se ad lecturam non potuerat tunc disponere; propter quod supplicavit secum dispensari super tempore et lectura. Quo ad partem retracto, variis mediis hinc inde per dominos allegatis, ipsi, dempto domino Jacobo Junii, cum matura deliberacione prefatum religiosum, magnarum gravitatis et litterature, prout aliqui dicebant, de maxima gracia receperunt, cum eo temperamento quod per testes ydoneos vel alias legitime doceret de assertis.

Ipso die, fuit sigillata littera nominacionis pro Guillermo Porchet[1], qui pro sigillo tradidit bidello majori scutum auri.

Eodem die, apertum extitit examen, et, post oracionem per me de more habitam, bachalariis ad examen receptis porciones textus et glosarum unicuique ordine suo assignavi, et intimavi quod ad octavam sequentem venirent suas lectiones recitaturi.

[30 Janvier.] Die penultima Januarii, Johannes Aurault, Aurelianensis dyocesis, examine premisso, fuit ad gradum bachalariatus et lecturam receptus, et pro bursis ac dispensacione super non invitandis dominis in domibus suis solvit tria scuta.

Ipso die, littera gradus fuit expedita fratri Johanni Stephani, qui medio juramento asseruit quod illam habere volebat ad producendum in certo processu

10 ans. *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 128. Cet examinateur était mort avant le 7 avril 1499 [1500], jour où l'on constitua des tuteurs à ses six enfants mineurs. *Ibid.*, p. 348. — Un Pierre Chauvin, qui est différent du fils de l'examinateur, est ainsi mentionné dans les registres du Châtelet, à la date du 3 décembre 1500 : «Reverend Père en Dieu m. Pierre Chauvin, prothenotaire, abbé commendataire de Saint Maixant en Poitou, [est] mort à Paris en novembre, après avoir fait testament le 13 novembre.» *Ibid.*, p. 408. Nous citons ce dernier passage, parce que la *Gallia Christiana* (t. II, col. 1261) a transformé le nom de Chauvin en «Channis», et ne donne pas la date de sa mort.

[1] On lit dans les registres du Châtelet, à la date du 18 mai 1474 : «M. Guillaume Porchet, *licencie en Décret*, vicaire de l'eglise Saint Leu Saint Gilles, a esté receu advocat et a pris son lieu du costé des fenestres.» *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 53. — Le 11 avril 1485, Gilles Porchet, sans doute un de ses parents, «procureur ès auditoires d'en haut, a pouvoir de continuer». *Ibid.*, p. 319.

cause beneficialis quem habebat in curia Romana, et pro illa solvit majori bidello unum scutum.

Die septima mensis Februarii, collegium fuit post missam Facultatis congregatum ad providendum super lectura Decretalium solemnium tocius anni currentis, et conclusit quod dominus Nicolaus de Gruchy, tunc absens, qui primus legere tenebatur, ad id compelleretur per substractionem emolumentorum regencie, nisi causam pretendere vellet quatenus ad id minime teneretur; (F° 79 r°) ad quam allegandam in prima missa vocaretur, et post eum dominus Junii, ac deinceps dominus de Veteri Villa, ordinate procedendo. [7 Février.

Ipso die, concluditur quod, si Reverendus in Christo pater dominus episcopus Carnotensis suos nepotes et magistrum Florentinum Forget[1] ad examen licencie presentare vellet, prout dicebat, illos in juribus Facultatis debitis domini haberent sup[p]ortatos (*sic*); et ad mentem Facultatis eidem domino episcopo detegendam deputatus fuit dominus Ambrosius de Cambray, cui ex parte Facultatis dictum fuit quod non placebat ille modus quem prefatus dominus Carnotensis aperire volebat, ut sciret a Facultate quantum sibi constaret licencia pro omnibus.

Die xiii mensis Februarii, in collegio post missam Facultatis, dominus Renatus d'Illiers, rector Universitatis Parisiensis, Millo d'Illiers[2], cantor ecclesie Carnotensis, et magister Florentinus Forget, capicerius ejusdem ecclesie, omnes in jure civili licenciati, et magister Johannes H[a]rdews, in artibus magister, supplicaverunt admitti ad examen licencie et presentarunt suas minores cedulas: quibus visis et prefatis supplicantibus ad partem retractis, domini deliberaverunt ipsos supplicantes esse admittendos, dispensantes cum prefato domino rectore super delacione majorum cedularum penes singulos dominos ac ordinantes quod illas presentaret eisdem in camera examinis, ceteri vero infra proximam missam ipsas majores cedulas haberent deferre more solito; et pro ipsis cedulis conficiendis prestiterunt juramenta prestari solita. [14 Février.

Ipso die, Henricus du Vergier creatus extitit bidellus domini Stephani de Veteri Villa, et prestitit juramenta per minores bidellos prestari solita.

[1] On le rencontre, le 2 mai 1481, dans les registres du Châtelet, sous le prénom de «Florent» et les qualités de «maistre ès ars, licencié ès lois, escollier à Paris». *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 229. — Le 6 octobre de la même année, «M. Florent Forget, licencié ès loix, chanoine et chevecier de Chartres, curateur de Michel Biron, escollier à Paris, Jehan Forget le jeune et Catherine sa femme, (seurs) dudit Michel, enfans et heritiers de feu Guillaume Biron, [plaident] contre Perrette Actonne, veufve Jehan Morin et paravant femme dudit Guillaume Biron, mère desdits Michel et Catherine». *Ibid.*, p. 244. — Élu conseiller clerc au Parlement de Paris le 28 avril 1495, en remplacement de Jean de Courcelles et contre les deux autres candidats, Claude de Hangest et Nicolas Doriguy, tous deux docteurs en Décret, se vit ensuite écarté au profit du premier d'entre eux, Claude de Hangest. *Franç.* 21279, fol. 24, 53 et 54 v°.

[2] Miles d'Illiers le jeune fut évêque de Luçon de 1527 à 1541.

[21 Février.] Die jovis XXI Februarii, post missam Facul[ta]tis, fuit collegium loco solito congregatum: sed vocatis supplicantibus, nullus comparuit.

[23 Février.] Die XXIII mensis Februarii, apud cameram examinis, magister Karolus de Altobosco[1], in legibus licenciatus et in Decretis bachalarius Pictavis, postquam docuit de premissis, admissus extitit ad lecturam publicam, et pro juribus Facultatis solvit duo scuta minus tribus den. tur.

Ipso die, prefatus magister Karolus, post admissionem ad lecturam publicam, supplicavit pro secunda lectura matutinali. Super quo domini deliberaverunt quod ad hoc Facultas specialiter vocaretur per cedulam, ordinantes quod idem magister Karolus interim haberet legere in scolis, hora qua bachalarii consueverunt legere, ut per deputatos Facultatis audiretur.

[25 Février.] Die XXV mensis Februarii, collegium extitit per cedulam specialiter evocatum super duobus articulis : primus ad deliberandum super supplicacione alias facta per magistrum Karolum de Altobosco, pro secunda lectura matutinali supplicantem; secundus erat communis super supplicacionibus et injuriis.

Quoad primum articulum, prefatus magister Karolus in collegio comparuit, et suam supplicacionem, quam alias fecerat, geminavit; et postmodum magister Dyonisius Alligret, primum legens ordinarium, qui supplicavit in adversum ne idem magister Karolus admitteretur, aut saltem ejus admissio ad tempus differretur, attentis malicia temporis, paucitate scolarium, et quod tempus sue collecte imminebat. Super quibus conclusit Facultas, audita relacione deputatorum qui

[1] En marge, d'une écriture peu postérieure : «Nunc episcopus Tornacensis.» Charles du Hautbois, né à Châtellerault, licencié en lois, fut reçu avocat au Châtelet de Paris le 28 mai 1481. *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 232. — Le 31 juillet 1486, il fut reçu conseiller clerc au Parlement au lieu de Jean Boucher, qui succédait comme conseiller lai à feu Jean Avin. *Franç.* 21364, fol. 552 et v°; 32140, fol. 203. — Le 7 janvier 1492 [1493], il est subrogé au lieu de Jean du Carroy contre Pierre Ardeau, pour raison d'une chanoinie en l'église Sainte-Radegonde de Poitiers. *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 162. — Il devint ensuite président aux enquêtes: car, le 3 décembre 1499, nous voyons Pierre Pillon en procès «contre noble et discrette personne m. Charles du Haultbois, president ès enquestes : dit est que le greffier de ceans se transportera par devers ledit du Hautbois pour l'interroger. . .» *Ibid.*, p. 309. Ce n'est que le 27 février 1499 [1500] qu'il fut solennellement reçu président de la grand' Chambre des enquêtes au lieu de feu Jean Lespervier. *Franç.* 21279, fol. 254. — Le 17 juin 1501, il était nommé maître des requêtes au lieu de Jean de Pierrepont, promu évêque de Meaux. *Franç.* 32140, fol. 227. — Enfin, en 1505, après la mort de l'un des évêques élus de Tournai, Louis Pot, qui, dès 1500, avait transféré tous ses droits sur cet évêché à Charles du Hautbois, le chapitre de Tournai prit parti pour ce dernier contre Pierre Quicke, nommé par Alexandre VI en 1497. Après accord conclu avec Quicke, Charles du Hautbois put faire son entrée solennelle à Tournai le 26 juillet 1506. Très fatigué, il se démit de ses fonctions, en 1513, en faveur de Louis Guillart, fils de l'un des présidents au Parlement de Paris, et mourut le 10 juin à Saint-Jean-d'Angély. Il fut enseveli à Châtellerault, sa ville natale, où l'on voyait encore son tombeau chez les Minimes au XVIIIe siècle. *Gallia Christ.*, t. III, col. 237-238.

prefatum magistrum Karolum legentem audiverant, quod idem magister Karolus admitteretur ad secundam lecturam, pro qua fuerunt sibi assignate scole ad intersignium Beati Eustachii, sic tamen quod per ipsius admissionem dicti primi legentis collecta pro anno presenti non impedietur.

(F° 79 v°.) Eodem die, concluditur quod ruina muri, pro cujus reparacione supplicavit magister Petrus Painetcher, reparabitur, et ad id fieri faciendum commisit Facultas magistrum Robertum de Vado, majorem bidellum.

Insuper concluditur quod dominus Renatus d'Illiers, rector Universitatis, Millo d'Illiers et magister Florentinus Forget, sedentes in banca nobilium, in aliorum sublevamen conformiter ad statuta solvent duplum ejus quod pro vino et speciebus solverant sedentes in secunda banca; et id agendo Facultas in ceteris juribus per eos debitis pro posse sup[p]ortabit.

Insuper concluditur, super querimonia facta contra dominum Ambianensem episcopum[1], qui per affixiones in vualvis scolarum Facultatis fecerat publicari quod publice legere intendebat Decretales in Bajocensi collegio, extra Clausum Brunelli, quod ex parte Facultatis dominus generalis et ego prefatum presulem adiremus ad sibi remonstrandum statutum Facultatis prohibens per bachalarios Decretales legi extra Clausum Brunelli, et de juramento per eum prestito admoneretur ac ut vellet desistere requireretur, et cum hoc gratis sibi offerrentur ad legendum majores scole Facultatis; et ubi non vellet desistere, provideretur de op[p]ortuno remedio, prout alias in simili factum est. De qua conclusione certificatus cessavit.

Die penultima mensis Februarii, post missam Facultatis, fuit sigillata littera gradus pro magistro Johanne Aurault, qui pro sigillo tradidit scutum majori bidello. [27 Février.]

Die ultima mensis Februarii, magistro Guillermo Piedefer supplicanti pro littera gradus fuit illa sibi decreta, postquam medio juramento asseruit quod ea indigebat ad producendum in certo processu quem habebat in Castelleto Parisius; fuitque in die sequenti sigillata, et pro sigillo solvit scutum, quod tradidit majori bidello. [28 Février.]

Ipso die, post meridiem, collegium congregatum apud cameram examinis super admissione vel repulsione bachalariorum pro licencia examinatorum, conclusit, attentis malicia temporis, paucitate bachalariorum et honore Facultatis, bachalariis examinatis indigentibus graciam facere et omnes ad licencie munus admittere, perprius ab eis satisfacto de juribus Facultatis.

Eodem die, domini super supplicacione domini Nicolai de Gruchy, qui requi-

[1] Louis de Gaucourt.

IMPRIMERIE NATIONALE.

sivit sibi satisfieri de certis juribus racione sue regencie, ut dicebat, debitis pro anno Domini mi^c^ lxxix, fuit conclusum, docendo per eum quod aliquid sibi debeatur, fiet satisfactio, sed non de denariis provenientibus post adventum trium novissimorum doctorum, quia debitum per ipsum de Gruchy pretensum esset ortum ante ipsorum adventum.

[2 Mars.] Die secunda mensis Marcii ante meridiem, examen licencie conclusum extitit, et per me secundum morem antiquum collac[i]one habita, in qua septem bachalarii examinati ex ordinacione Facultatis munere licencie digni declarati fuere, ipsi bachalarii juramenta prestari solita in fine examinis prestiterunt.

Ipso die, post complectorium Nostre Domine, ego decanus, dominis de Courcellis, Cambray et Picard assistentibus, cum prefatis bachalariis accessi locum habitacionis domini cancellarii insignis ecclesie Parisiensis, ubi, brevi oracione habita, bachalarios prefatos eidem cancellario presentavi et pro expedicione com[m]endatos haberi postulavi, requirendo eumdem cancellarium quatinus privilegia, libertates et prerogativas Facultatis inviolabiliter observare dignaretur. Quibus auditis, idem cancellarius humanissimum dedit responsum; et in ipsa presentacione facienda, dominus Renatus d'Illiers, tunc rector Universitatis, cum cap[p]a rectorali, precedentibus bidellis arcium Facultatis cum virgis seu massis argenteis deauratis, sequentibus quoque pluribus notabilibus viris, cum ceteris bachalariis examinatis extitit presentatus.

[3 Mars.] Die tercia mensis Marcii, fuit sigillata littera gradus pro magistro Guillermo Piedefer, qui solvit pro sigillo scutum, positum in manibus majoris bidelli.

[6 Mars.] (F° 80 r°.) Die sexta Marcii, post missam Facultatis, in collegio, dominus Nicolaus de Mijon, examine premisso, ad gradum bachalariatus extitit admissus, et pro bursis et dispensacione de non eundo invitatum per villam solvit tria scuta.

[7 Mars.] Die jovis septima mensis Marcii, fuit sigillata littera gradus pro fratre Ludovico de Sezancourt, nomine cujus dominus Stephanus de Veteri Villa die precedenti supplicaverat, et solvit unum scutum.

[10 Mars.] Die decima mensis Marcii, de mane, in camera examinis per Facultatem ad id specialiter convocatam rotulus licenciandorum compositus, conclusus et duplicatus extitit obsignatusque tribus sigillis more solito, ut quamcicius presentaretur domino cancellario Parisiensi. Et in eodem rotulo bachalarii sic erant ordinati : Renatus d'Illiers, Millo d'Illiers, Florentinus Forget, Germanus des Bordes, Petrus Falaise, Robertus de Butione, Johannes Hardews.

Ipso die, concluditur quod bidelli major et minor pro suo jure de denariis

licencie haberent duodecim auri scuta, quodque major bidellus de denariis per eum receptis pro scolis habeat satisfacere de pensione scolarum Sancti Johannis Jherosolimitani pro anno preterito.

Eodem die, facta extitit opcio per dominos, prout inferius annotatur :

Dominus Johannes de Courcellis adoptavit Renatum d'Illiers; dominus Ambrosius de Cambray, Mil(l)onem d'Illiers; dominus Robertus Tulleu, Florentinum Forget; dominus Stephanus de Veteri Villa, Germanum des Bordes; dominus Jacobus Junii, Petrum Falaise; dominus Johannes Picard, Robertum de Buthione; dominus Andreas Wasselin, Johannem Hardews.

Eodem die, post vesperas Beate Marie, in exitu chori Parisiensis ecclesie, per me decanum, presente magistro Nicolao Militis, notario publico, et duobus testibus, presentatus extitit rotulus licenciandorum per Facultatem compositus, clausus et tribus sigillis sigillatus, domino cancellario Parisiensi; quem in presentia dicti notarii et duorum testium requisivi, ut ipsum rotulum clausum teneret usque ad tempus licencie imparciende bachalariis in ipso rotulo descriptis, cujus cop(p)iam sigillo Facultatis obsignatam conservavi, fecique protestaciones in consimilibus actibus fieri consuetas, quas idem cancellarius admisit, et rotulum ipsum clausum servare promisit usque ad actum licencie. De quibus nomine Facultatis a dicto notario pecii instrumentum.

Die xiii mensis Marcii, Anthonius de Sancto Georgio, Lemovicensis dyocesis, examine premisso, admissus extitit ad gradum bachalariatus et lecturam; solvitque pro bursis et non eundo per villam ad invitandum dominos pro interessendo harenge quatuor scuta. [13 Mars.]

Die jovis xiiii mensis Marcii, post missam Facultatis, in collegio comparuerunt magistri Robertus de Masengarbe[1] et Johannes Triquier, in jure canonico licenciati Parisius, qui pro admissione ad gradum doctoratus supplicarunt, offerentes conformiter ad statuta satisfacere de juribus Facultatis, et alias parere ordinacioni dominorum, qui de adventu dictorum supplicancium se plurimum gaudere dixerunt, decernentes ut conformiter ad consuetudines laudabiles Facultatis ipsi supplicantes ter haberent supplicare in sequentibus missis, et in tercia supplicacione daret Facultas ipsis supplicantibus congruum responsum. Quibus ad col- [14 Mars.]

[1] Jean Du Drac, évêque de Meaux, nommé conservateur des privilèges apostoliques de l'Université en 1462, après la mort de Guillaume de Hollande, évêque de Beauvais, avait choisi Robert de Masengarbe, alors recteur, pour greffier de sa juridiction. Il s'ensuivit un procès entre Masengarbe et Jean Chambetin, son prédécesseur, qui paraît avoir gagné sa cause malgré l'intervention de la Faculté de Décret; car, en 1471, après la destitution d'Antoine Du Bosc, sujet du duc de Bourgogne, ce fut Robert de Masengarbe qui fut nommé à sa place. Voir Du Boulay, *Hist. Univ. Paris.*, t. V, p. 654, 692 et 916-917; cf. *ibid.*, p. 868. — Cf. aussi Henr. Denifle et Em. Chatelain, *Auctarium Chartularii Universitatis Parisiensis*, t. II, col. 945 et n. 3.

legium revocatis premissa intimavi, et de responsione contenti dicti supplicantes egerunt graciarum actiones.

[13 Mars.] (F° 80 v°.) Anno Domini m cccc octuagesimo primo, xiii mensis Marcii, post juramenta per licenciandos prestita in facie Facultatis, ipsa Facultas, hora fere decima de mane, cum prescriptis licenciandis processit ex cap(p)ella Sancti Johannis Jherosolimitani usque ad ecclesiam Beate Marie Parisiensis, ubi salutacione Nostre Domine facta, domini Robertus Tulleu, generalis, et ego decanus declinavimus penes dominum cancellarium Parisiensem, in loco sue habitacionis existentem, ceteris dominis cum licenciandis tendentibus ad aulam domini episcopi Parisiensis, dumque advenimus domum prefati cancellarii, concito (*sic*) e camera sua descendit deorsum; nobis quoque tribus, in presencia magistri Arnulphi de Marchel, notarii publici, ac testium fidedignorum, ex[h]ibuit rotulum superioribus diebus sibi traditum, tribus sigillis obsignatum et intactum, ac deinceps cum eodem rotulo prefatus cancellarius, dominus generalis et ego ad aulam prefati domini episcopi Parisiensis recto tramite perreximus, ubi prefatus cancellarius, sedens in loco solito, rotulum ipsum aperuit, et magistro Claudio, sub[b]idello Facultatis, magistro Roberto de Vado, majore bidello, absente et egrotante, ad licenciandos vocandos tradidit; fueruntque ipsi licenciati eo ordine vocati quo fuerant per Facultatem ordinati, et prout in cop(p)ia rotuli penes me dimissa erant descripti. De quibus omnibus et singulis instrumentum publicum nomine Facultatis a dicto de Marchel requisivi. Horum autem vocatorum numerus, ordo et adopcio cujuslibet inferius fideliter annotantur[1].

Ipso die, facta seu celebrata licencia, postque graciarum actiones eis qui actum decoraverant redditas, in cap(p)ella superiori domini episcopi Parisiensis omnes et singuli dicti licenciati comparuerunt, et per organum dicti magistri Renati ingentes graciarum actiones de susceptis honoribus Facultati reddiderunt, ac pro doctoratu supplicarunt; sed deliberacione habita, fuit conclusum quod responsum differretur usque ad proximam missam, in qua, si vellent, ipsi supplicantes haberent comparere.

[18 Mars.] Die xviii Marcii, fuit sigillata littera testimonialis pro magistro Petro Charron, in jure canonico licenciato, qui pro sigillo solvit scutum, traditum bidello majori.

[19 Mars.] Die xix mensis Marcii, post missam Facultatis, in collegio, Hugo Guioneti et Nicolaus Guillaudi, premisso examine, fuerunt ad gradum bachalariatus et lecturam recepti, et pro bursis ac dispensacione super non eundo per villam ad invitandum dominos solverunt quinque scuta cum dimidio unius, videlicet dictus Nicolaus tria scuta, et Hugo duo scuta cum dimidio unius.

[1] Voir plus bas, p. 27.

(F° 81 r°.) Ipso die, dominus Renatus d'Illiers, rector Universitatis, et Mil(l)o d'Illiers supplicarunt pro doctoratu et ad juramenta prestari solita recipi. Super quorum supplicacione responsum extitit, matura deliberacione prehabita, quod, prinsquam Facultas illos admittere possit, habent satisfacere dominis doctoribus, qui eos adoptaverunt, de suis juribus; quo facto, Facultas ipsa cum eis intendit procedere conformiter ad statuta, sic quod merito debebunt contentari.

Eodem die, dominus de Gruchy supplicacionem alias per eum factam refricavit, et conformiter ad alias deliberata fuit ordinatum quod, si aliquid sibi debeatur de tempore per eum pretenso, sibi fiet satisfactio, absque hoc quod tres domini novissimi doctores ad id contribuere teneantur.

Die xxii mensis Marcii, in congregacione Universitatis apud Sanctum Mathurinum celebrata, domini Ambrosius de Cambray et Stephanus de Veteri Villa supplicarunt et eorum quilibet supplicavit pro mense gracioso, fuitque ipsorum supplicacio exaudita. [22 Mars.]

Die xxvii mensis Marcii, fuit missa et collegium; sed quia pauci domini comparuerunt, distuli ponere in medium qua die post Ressurrex[i]onem Domini esset legendum, disponens super hoc et quibusdam negociis tangentibus Facultatem dominos per cedulam convocare. [28 Mars.]

Die sabbati in Ramis Palmarum, dominus Nicolaus de Gruchy in majoribus scolis Facultatis legit Decretatem *Omnis utriusque sexus* ordine suo. [30 Mars.]

Ipso die, fuit sigillata littera testimonialis pro fratre Jacobo de Canteleu, qui propter hoc solvit scutum bidello.

Die prima mensis Aprilis, Ludovicus du Ploys, examine premisso, fuit ad gradum bachalariatus et lecturam publicam admissus, et pro bursis ac dispensacione de non invitando dominos in suis domibus ad harengam, solvit tria scuta. [1er Avril.]

Die xi mensis Aprilis, Facultas in domo domini Johannis de Courcellis per cedulam super tribus articulis congregata deliberavit et conclusit quod in proxima missa post Quasimodo domini doctores legere habebunt, et quoad alium articulum, quod ad providendum difficultatibus et impedimentis que fieri consueverunt nominatis per Facultatem ipsam littere regie impetrabuntur a cancellaria nomine Facultatis, quibus mandabit regia Majestas, cessante omni difficultate, judicandum esse pro talibus nominatis conformiter ad regias ordinaciones et Pragmaticam sanctionem, et interim quod ex parte Facultatis dominus locumtenens Parisiensis adeatur, sibique remonstretur materia, ne de cetero in judiciis [11 Avril.]

curie Castelleti fiant difficultates et impedimenta hujusmodi talibus nominatis, quodque presens conclusio intimetur magistris Petro Falaise et Roberto de Butione, qui pro tollendis difficultatibus et impedimentis supradictis alias in Facultate supplicarant.

[18 Avril.] Die jovis XVIII mensis Aprilis, post lecturam dominorum et missam Facultatis celebratam, Johannes de Rupibus, Bituricensis dyocesis, examine premisso, ad gradum bachalariatus et lecturam extitit admissus, et pro bursis solvit duo scuta cum dimidio unius, que posita fuere in manibus thesaurarii.

Ipso die, super positis in medium an expediret Facultati scolas Sancti Johannis Jherosolimitani (F° 81 v°) dimittere vel resumere ad precium per dominum preceptorem ipsius domus michi decano prius declaratum, post multa hinc inde allegata et proposita, visum est Facultati quod pro nunc commode non poterat ipsas scolas deserere, attento quod scole superiores ipsius Facultatis nundum erant cathedris, pulpitris et scamnis munite; sed placuit quod ex parte Facultatis dominus generalis cum decano adiret prefatum preceptorem et sibi remonstraret quod ex demolicione scolarum, quam fecerat fieri ap[p]ropinquante tempore lecture sine aliqua denunciacione precedenti, Facultas se injuriatam arbitrabatur, et si de precio viginti librarum turonensium pro locagio seu mercede dictarum scolarum nichil posset diminui pro anno currenti, quod ipse scole illo precio conducerentur ab ipso preceptore.

Eodem die, dominus Henricus Thiboult de domino rectore conquestus est, pro eo quod conformiter ad alias per Universitatem ordinata in sui assumpcione minime juravit non sigillare pro scolaribus in Decretis litteras testimoniales, nisi prius visa cedula certificatoria doctoris eorumdem. Super quo concluditur quod in prima congregacione Universitatis dominus generalis nomine Facultatis ageret querimoniam et requireret quod ipse dominus rector cogeretur dictum juramentum prestare et suo successori facere prestari.

Illo die, in egressu collegii, dominus generalis et ego preceptorem Sancti Johannis Jherosolimitani apud aulam inferiorem sue habitacionis adivimus, et secundum conclusionem Facultatis, dictus dominus generalis eidem preceptori premissa remonstravit. Ex quibus ipse preceptor aliqualiter motus, cum moveri non deberet, tandem se excusavit et scolas pro anno presenti dimisit Facultati pro sexdecim libris turon., promittens in brevi reparari facere ascensum ad superiores scolas conscendentem requisitum necnon loco scolarum quas suis usibus ap[p]licarat alias meliores et prestanciores liberare et tradere Facultati.

[25 Avril.] Die XXV mensis Aprilis, post missam Facultatis, fuit collegium more solito congregatum, et coram eodem dominus generalis fecit relacionem eorum que per ipsum et me novissime fuerant acta cum domino preceptore Sancti Johannis

Jherosolimitani. Qua audita, placuerunt Facultati omnia dicta et facta cum eodem preceptore.

Ipso die, quidam religiosus ordinis S. Benedicti supplicavit ut, quia littera gradus que sibi alias fuerat expedita et sigillata per Facul[ta]tem, casu fortuito, ut asserebat, fuerat deperdita, alia littera consimilis tenoris, loco perdite, sigillo majori Facultatis sibi sigillaretur. Cujus supplicacioni annuit Facultas, et gratis eadem littera fuit sigillata et expedita religioso supradicto.

Die jovis secunda mensis Maii, fuit missa et collegium, in quo nichil dignum scriptura fuit actum. [2 Mai.]

Die quinta mensis Maii, post missam, Facultatis collegium fuit congregatum more consueto. [5 Mai.]

Die nona mensis Maii, post missam Beati Nicolay, Nicolaus de Pita[1], Parisiensis, examine premisso, fuit ad gradum bachalariatus admissus, et quia reverendus pater dominus episcopus Lexoviensis[2], cujus dicebatur familiaris, erat in crastino recessurus, idem de Pita supplicavit secum dispensari super harenga, et quod in crastino posset agere suum propositum, non obstante quod dies ipsa non esset legibilis. Cui supplicacioni annuit Facultas contemplacione prefati reverendi patris, et pro bursis ac de dispensacione solvit quatuor auri scuta, qui posita fuerunt in manibus receptoris. [9 Mai.]

(F° 82 r°.) Die decima sexta mensis Maii, post missam Facultatis, collegium in loco solito extitit congregatum, a quo super lectura dominorum posita in medium concluditur quod post festum sanctissime ¡Trinitatis ¡instantis dif[f]e- [16 Mai.]

[1] A cette époque, la famille parisienne des La Pite avait parmi ses membres un clerc des Comptes, Jean de La Pite, qui était probablement le frère de Nicolas, le bachelier de 1482. Car nous lisons dans les registres du Châtelet, à la date du 7 août 1484 : «Jehan Maciot et sa femme, icelle femme heritière pour un sixiesme de feu honorable homme Guillaume La Pite et Helène Bureau, sa femme, [plaident] contre Jehan La Pite, Nicole La Pite, Guillaume La Pite, Jehan le Doyen et sa femme, icelles femmes et lesdits La Pite frères et sœurs et heritiers desdits deffunts; dit est que la l'hostel (*sic*) du Fer de Moulin, assise près l'eglise Saint Gervais, qui fut ausdits deffunts, sera party en deux, pour ce que à icelny Maciot en appartient la moitié de son conquest et le sixiesme en l'autre moitié.» *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 300. — Jean La Pite fut nommé échevin le 26 octobre 1499, au lendemain de la chute du pont Notre-Dame, après l'arrestation du prévôt et des échevins en charge, accusés d'imprévoyance et d'incurie. Cf. F. Bonnardot, *Registres du bureau de la ville de Paris*, t. I, p. 1. — Le 7 janvier 1491 [1492], «honorable homme et sage m. Jehan La Pite, clerc du Roy en sa Chambre des comptes et l'un des quatre marguilliers de l'eglise Saint Pol à Paris, pour les vexations, travaux et noises que le curé de ladite eglise luy a fais et donnez et s'efforce faire et donner pour ce qu'il deffend les drois de la fabrique, a renoncé à laditte administration et charge de marguillier qu'il dit avoir jà exercée par treize à quatorze ans continuels.» *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 110.

[2] Antoine Raguier, abbé commendataire de Préaux, avait été élu évêque de Lisieux en no-

retur, propter lecturam Decretalis doctoralis in vigilia Penthecostes faciendam.

[23 Mai.] Die xxiii mensis Maii, missa et collegium de more celebratur.

[25 Mai.] Die xxv mensis Maii, dominus Jacobus Junii hora matutinali in majoribus scolis Facultatis ordine suo legit Decretalem solemnem, que in vigilia Penthecostes consuevit legi per doctores.

[30 Mai.] Die penultima mensis Maii, post missam Facul[ta]tis, fuit collegium in quo comparuerunt domini Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Robertus Gagnin et ego decanus.

[5 Juin.] Die quinta mensis Junii, missa ordinaria Facultatis apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum extitit celebrata et collegium loco solito congregatum, in quo nichil fuit actum quod egeret registracione.

[13 Juin.] Die xiii mensis Junii, post missam Facultatis, collegium extitit in cap(p)ella Sancti Johannis congregatum, ibique conclusum fuit quod die jovis prima post festum Beati Johannis Baptiste domini doctores legent. Quam conclusionem bedellis notificavi, ut singulis dominis absentibus illam haberent intimare.

[17 Juin.] Die xvii mensis Junii, examine premisso, fuerunt ad gradum bachalariatus admissi frater Guillermus Tabourelli[1], ordinis S. Benedicti, Lingonensis dyocesis, Durandus Maritonis et Ademarus Calvelli, Angolismensis (*sic*) dyocesis, qui pro bursis et dispensacione de non invitando dominos in suis domibus solverunt, videlicet dicti Tabourelli et Maritonis quilibet tria scuta, et prefatus Ademarus duo scuta cum dimidio, et prestiterunt juramenta consueta.

[20 Juin.] Die jovis xx mensis Junii, post missam Facultatis, dominus Johannes de Corcellis Facultati presentavit honestum virum Johannem Pasquier, requirendo ut loco def(f)uncti sui bidelli reciperetur et admitteretur ad juramenta per bidellos minores prestari consueta; et fuit ejus requisicio exaudita, dictus quoque Johannes in bidellum minorem admissus, postquam prestitit juramenta consueta.

vembre 1474, après la mort de Louis Raguier, qui avait remplacé Thomas Basin réfugié à Utrecht. Antoine mourut le 10 juin 1482. Cf. *Gallia Christ.*, t. XI, col. 798.

[1] En mars 1492, frère Guillaume Tabourel, licencié en Décret et bachelier en théologie, se présente à la collation de l'abbé de Saint-Maur et à celle de l'abbé de Saint-Germain-l'Auxerrois. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 8 v°. — A la même date (*ibid.*), frère «Jean» Tabourel, licencié en Décret, se présente à la collation de l'abbé de Moutier-la-Celle près Troyes et à la collation de l'abbé de Cluny. — Sur ce second personnage, voir plus bas, p. 160.

Ipso die, Ademarus Calvelli supplicavit pro littera gradus bachalariatus, asserens quod ea indigebat ad producendum in certo processu quem habebat in materia beneficiali; fuitque per Facultatem dicta littera sibi concessa, salvis juribus Facultatis.

Die xxiiii mensis Junii, de mane, in camera examinis, Vincencius Neclire (*sic*), dyocesis Tornacensis, examine premisso, fuit ad gradum bachalariatus admissus et dispensatus super harenga non facienda, pro eo quod fide media dixit et assuerunt velle in crastino recedere ad partes cum certis mercatoribus qui venerant ad Indictum[1] nec diucius poterant, ut dicebant, expectare; solvitque pro bursis et ipsa dispensacione summam trium scutorum auri, que posita fuerunt in manibus thesaurarii. [24 Juin.]

Die jovis xxvii mensis Junii, post lecturam et missam Facultatis, fuit collegium in cap(p)ella Sancti Johannis Jherosolimitani de more congregatum, et ibidem discretus vir Ba[r]tholomeus Alberti, presbiter, dyocesis Lugdunensis, supplicavit admitti ad examen gradus bachalariatus, asserens contenta in suis cedulis penes Facultatem dimissis fore vera. Cujus supplicacio fuit exaudita, et per me decanum assignata Decretalis *Perpendimus, de sentencia excommunicacionis* [Decret. Greg. IX, lib. V, tit. 39, c. 23], ut super ea veniret in missa proxima responsurus. [27 Juin.]

(F° 82 v°.) Die secunda mensis Jul(l)ii, Guido Ledevins, dyocesis Turonensis, in domo domini generalis, examine premisso, fuit admissus ad gradum bachalariatus et prestitit juramenta consueta, necnon pro juribus Facultatis solvit tria scuta. [2 Juillet.]

Eodem die, fuit sigillata littera gradus pro eodem, et solvit scutum bidello majori.

Die tercia mensis Jul(l)ii, fuit post missam Facultatis collegium loco solito congregatum, ubi Bartholomeus Alberti, dyocesis Lugdunensis, examine premisso, ad gradum bachalariatus extitit admissus, et prestitis juramentis consuetis, solvit pro bursis duo scuta auri. [3 Juillet.]

Die decima mensis Jul(l)ii, celebrata extitit missa Facultatis et collegium congregatum, in quo Jacobus Cuau, dyocesis Turonensis, examine premisso, receptus extitit ad gradum bachalariatus, et quia recessurus erat die sequenti, prout juramento mediante asseruit, fuit cum eodem supplicante dispensatum super harenga non facienda, solvitque pro bursis et dispensacione tria scuta cum dimidio. [10 Juillet.]

[1] La foire du Lendit (*Indictum*), établie à Saint-Denis par Charles le Chauve, commençait le mercredi de la seconde semaine de juin.

IMPRIMERIE NATIONALE.

Eodem die, fuit sigillata littera gradus pro eodem, et solvit scutum pro sigillo, quod tradidit majori bidello.

[17 Juillet.] Die xvii mensis Jul(l)ii, hora meridiana, magister Karolus de Altobosco, legens secundum ordinarium, michi decano intimavit quod litteras missivas a patre suo in curia Regis existente receperat, quibus mandabat quod ad eum, omnibus cessantibus, declinaret; quapropter petiit licenciam ad tempus legendi per substitutum. Cui dedi responsum quod id ad me non spectabat, sed Facultati; ideo, si posset et vellet, die sequenti, in quo debebat collegium congregari, venire posset hujusmodi requestam facturus.

[18 Juillet.] Die xviii mensis Jul(l)ii, post missam ordinariam, extitit Facultas congregata in cap(p)ella Sancti Johannis Jherosolimitani, ubi domini mei domini Andree Wasselin bidellus comparuit et conquestus est ex et pro eo quod ex parte ville Parisiensis fuerat impositus ad talliam seu collectam factam super mercatores ad subveniendum mercatoribus degentibus apud Franchisiam, et in suis bonis ob defectum solucionis executatus, petens super hoc adjunctionem Facultatis, quam sibi dedit, et ordinavit quod cum dicto supplicante adirem dominum episcopum Marciliensem (*sic*)[1], supremi domini nostri regis Parisius vicesgerentem, ipsumque ex parte Facultatis haberem requirere quod eumdem supplicantem contra tenorem privilegiorum Facultatis non permitteret molestari.

Ipso die, post egressum dominorum, ego decanus, conclusionem Facultatis exequendo, cum dicto bidello penes prefatum reverendum patrem dominum episcopum Marciliensem declinavi, et eidem onus michi ex parte Facultatis injunctum exposui; sed conclusione non expectata, sermonem interrepit, dicens quod tante Facultati vellet pro posse complacere, sed in hac re nullam habebat potestatem, et quod ad rectores ville Parisiensis recursum haberemus consuluit.

Eodem die, prefatus bidellus michi retulit quod fuerat locutus cum aliquibus dominis ville, quorum medio remanserat libera dicta collecta et recuperare debebat bona sua per execucionem accepta per ordinacionem ipsorum dominorum.

[24 Juillet.] Die xxiiii mensis Jul(l)ii, fuit missa et collegium, in quo diligencie predicte fuerunt per me recitate; de quibus Facultas egit graciarum actiones.

[1] Jean Allardel ou Allardeau, d'Angers, d'abord conseiller et secrétaire de René, roi de Sicile et comte de Provence, puis chanoine d'Aix et prévôt de Marseille, fut élu évêque de cette dernière ville le 30 avril 1466. C'est sous son épiscopat que le comté de Provence fut réuni à la couronne. Allardeau sut si bien se faire venir de son nouveau maître que Louis XI le nomma gouverneur de Paris le 16 janvier 1481. Il résigna son évêché le 26 décembre 1496. *Gallia Christ.*, t. I, col. 664-665. — Allardeau avait fait son entrée à Paris peu avant le 18 juillet 1481, et c'est Robert Gaguin qui lui avait souhaité la bienvenue au nom de l'Université. Du Boulay, *Hist. Univ. Paris.*, t. V, p. 741-743.

Die ultima mensis Jul(l)ii, post celebracionem misse Facultatis, collegium extitit in cap(p)ella Sancti Johannis congregatum, et ibidem dominus generalis recitavit se habere onus legendi extraordinarium, (F° 83 r°) quodque illud intendebat pro posse, sicut inceperat, perficere ad honorem Facultatis et utilitatem audiencium, nisi mortalitas et temporis malicia ipsum ad recedendum compellerent; quo casu humiliter supplicavit ut Facultas eum habere vellet excusatum. Cujus supplicacioni, tanquam juste, annuit Facultas, eciam absque hoc quod eo casu teneatur lecturam perficere per substitutum. [31 Juillet.]

Die octava mensis Augusti, in collegio post missam Facultatis celebrato comparuerunt domini Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Nicolaus [de] Gruchy, generalis, et ego decanus; a quibus extitit conclusum quod, quia magister Karolus de Altobosco per mensem et ultra legerat per substitutum contra statuta Facultatis, fieret inhibicio ex parte Facultatis ipso substituto ne amplius haberet lecturam pro dicto magistro Karolo continuare. [8 Août.]

Ipso die, concluditur quod ex parte decani et collegii componentur littere missive domino Ambrosio de Cambray in curia Regis existenti dirigende, ut ipse dignetur laborare quod indultum alias per eum nomine Facultatis impetratum melioribus modo et forma quibus fieri poterit reformetur et emendetur, quodque littere ipse per deputatos visitentur et corrigantur.

Eodem die, magister Karolus de Loy supplicavit pro littera gradus ad producendum in certa beneficiali causa quam habebat in Castelleto Parisiensi. Que fuit eidem concessa et incontinenti sigillata, et solvit pro sigillo unum scutum auri, positum in manibus majoris bidelli.

Die x mensis Augusti, hora circiter sexta de mane, bone memorie quondam dominus Henricus Thiboult, Decretorum doctor, Parisius regens, in domo sua claustrali ecclesie Parisiensis, cujus erat canonicus, vir utique ingenio, solercia, probitate et doctrina commendatus, de hac mortali vita migravit ad Christum. [10 Août.]

Die xiii mensis [Augusti], in vigilia Assumpcionis Beate Marie, fuit missa Facultatis et collegium celebratum. [14 Août.]

Die xvii mensis Augusti, fuit sigillata nominacio pro fratre Guillermo Tabourel. in Decretis baccalario, qui pro sigillo solvit unum scutum auri positum in manibus majoris bidelli. [17 Août.]

Die xxii mensis Augusti, post misse Facultatis celebracionem, collegium in loco consueto extitit congregatum, a quo super positis in medium extitit conclusum quod substitutus per secundum legentem cessabit a lectura usque ad regressum [22 Août.]

ipsius secundi legentis de curia Regis; et quoad materiam litterarum conservatorie nomine Facultatis impetrate, Facultas egit gracias domino Johanni de Corcellis, qui laboravit ad emendacionem hujusmodi litterarum, et placuit quod fiat diligencia pro expedicione litterarum predictarum in forma per eumdem dominum de Corcellis advisata.

Ipso die, Jacobus de Foresta, examine premisso, fuit admissus ad gradum baccalariatus et prestitit juramenta, solvitque, pro bursis et dispensacione super non eundo per singulas domos dominorum ad invitandum pro harenga, tria scuta.

[28 Août.] Die xxviii mensis Augusti, in collegio post missam Facultatis loco consueto congregato, fuit in medium positum quod bursarii collegiorum Parisius fundatorum obtinentes bursas pro Decretistis ordinatas passim, relicta Facultate post tempus per eos Parisius acquisitum ad Universitates peregrinas se transferebant (F° 83 v°) et gradus suos bachalariatus ac licencie recipiebant contra statuta hujusmodi collegiorum et intencionem fundatorum. Super quibus conclusum extitit quod de hoc fieret nomine Facultatis querimonia reformatoribus ipsorum collegiorum, ut circa id remedium adhiberent; alioquin talis abusus in plena Universitate remonstraretur, ut ad id op[p]ortunum remedium adhiberet.

[4 Septembre.] Die mercurii iv mensis Septembris, dominus Ambrosius de Cambray ex curia regis Parisius ap[p]licuit et reversus est [1]. — *In marg.* : Hic dominus Ambrosius rediit.

[5 Septembre.] Die jovis v mensis Septembris, post missam Facultatis fuit collegium in loco consueto congregatum, ibique dominus Ambrosius de Cambray narravit quod per regiam Majestatem, eo procurante, conservatoria dudum nomine Facultatis impetrata in melius fuerat et erat reformata, illam quoque legendam exhibuit, et placuit dominis ejus lectura audita; qui pariter concluserunt quod de summa tredecim librarum et quatuor solidorum parisiensium per dictum dominum Ambrosium exbursata pro reformacione dicte conservatorie per Facultatem et alios in ipsa conservatoria nominatos fieret plenaria satisfactio eidem domino Ambrosio, cui Facultas graciarum actiones de penis et laboribus assumptis reddidit, et quod per consilium domini Johannis de Corcellis dicta conservatoria, ubi opus esset, publicaretur ac registraretur ordinavit.

[1] Ambroise de Cambray rentrait bien exactement pour briguer la succession de Denys le Harpeur, chancelier de Notre-Dame, qui venait de mourir. La Faculté de théologie lui opposa son doyen, Jean Hue, pénitencier de Notre-Dame, et il s'ensuivit de cette rivalité un long procès que finit par gagner Ambroise de Cambray. Cf. Du Boulay, *Hist. Univ. Paris.*, t. V, p. 749 et suiv.

Die jovis duodecima mensis Septembris, in collegio post missam Facultatis celebrato comparuit magister Karolus de Altobosco, qui supplicavit admitti ad resumendum secundam lecturam, quam dimiserat inconsulta Facultate, eo, ut dicebat, quod fuerat a regia Majestate mandatus. Super quo matura deliberacione conclusum extitit quod eidem supplicanti remonstraretur per decanum quod malefecerat et contra tenorem statutorum venerat, dictam lecturam dimittendo inconsulta Facultate, necnon quod caveret de cetero hujusmodi lecturam taliter deserere. Quo facto, dicte supplicationi graciose annuebat Facultas. Quam conclusionem ipsi magistro Karolo ad partem retracto et ad collegium vocato intimavi et denunciavi. [14 Septembre.]

Ipso die, dominus generalis retulit in Facultate quod nulli vel pauci scolares in lectura matutinali comparebant, eo, ut credebat, in parte quia primus legens materiam debite non expediebat et quod per collegia et loca privata tam de jure civili quam canonico legebatur. Super quibus conclusit Facultas quod decanus se informaret, necnon in proxima missa collegio referret, ut circa premissa remedium adhiberetur.

Eodem die, premisso examine, Johannes Aubry, presbiter, Ambianensis dyocesis, et Matheus le Neckre, Tornacensis, fuerunt ad gradum bachalariatus recepti, et prestiterunt solita juramenta, et pro bursis ac dispensacione de non eundo per singulas domos dominorum solverunt, videlicet Aubry quatuor scuta et Matheus tria, que posita fuerunt in manibus thesaurarii.

Ipso die, magister Franciscus Ferrebouc supplicavit quatinus Facultas eum creare digneretur (*sic*) in cap(p)ellanum pro divino servicio Facultatis cum ceteris celebrando. Super quo conclusum extitit quod, quia dictus Ferrebouc est thesaurarius Sancti Jacobi ad Peregrinos Parisius, promotoris officium melius eidem conveniret quam officium cap(p)ellani, et idcirco quod magister Arnulphus Allouf, qui dicti officii promotoris officium exercere consuevit, ad illum dimittendum [dicto] Ferbouc et officium cap(p)ellani sibi magis conveniens recipiendum, si possibile sit, inducetur.

Eadem die, magister Nicolaus Militis ad supplicacionem domini Roberti Tulleu creatus extitit procurator Facultatis in curia Conservacionis privilegiorum alme matris Universitatis Parisiensis [1].

Die xvi mensis Septembris, hora septima de mane, Facultas apud cameram examinis extitit congregata super resignacione officii majoris bidelli Facultatis, quam magister Robertus de Vado, detentus infirmitate, facere intendebat ad utilitatem magistri (F° 84 r°) Johannis de Vado, sui filii, ut Facultas illud officium dignaretur conferre ambobus et superviventi [2]. Super quo fuit conclusum quod ista [16 Septembre.]

[1] En marge : *Creatio procuratoris Facultatis in foro ecclesiastico.* — [2] Cf. plus haut, t. II, p. 312, n. 4.

materia tractaretur per deputatos, qui cum dictis patre et filio haberent conferre et convenire, fueruntque nominati deputati dominus Robertus Tulleu, de Veteri Villa, generalis, et ego decanus cum ipsis.

[19 Septembre.] Die jovis XIX mensis Septembris, post missam Facultatis, collegium apud cap-(p)ellam Sancti Johannis Jherosolimitani extitit congregatum ad audiendum relacionem dominorum deputatorum super materia magistrorum Roberti et Johannis de Vado concernente officium majoris bidelli Facultatis, et facta per eos relacione, supplicantibus vocatis, comparuerunt magister Hugo Anglici[1], procurator dicti magistri Roberti, qui eo nomine in manibus Facultatis hujusmodi officium ad opus et utilitatem dicti magistri Johannis presentis resignavit, supplicans ut de ipso officio Facultas providere vellet eisdem patri et filio ac eorum cuilibet superviventi; et dictus magister Johannes supplicavit quatinus Facultas hujusmodi resignacionem admittere vellet, necnon provisionem modo predicto facere, promittens bene et fideliter servire Facultati in dicto officio, et cum hoc recognoscere graciam que sibi et patri faceret Facultas. Super quibus Facultas deliberavit et conclusit, conformiter ad advisata per dictos deputatos, hujusmodi resignacionem admittere, et officium predictum, prout fieri petabatur (*sic*), conferre, necnon litteras collacionis sub sigillo Facultatis expedire, prout expedite fuerunt dicto magistro Johanni de Vado, qui juramenta in manibus meis prestitit, et ad opus Facultatis liberaliter obtulit centum octuaginta auri scuta.

Eodem die, magister Arnulphus Allouf[2] in officio promotoris, quod long(u)o tempore exercuerat, ut dicebat, continuari supplicavit, promittens illud ubi et quando ad honorem Facultatis exercere. Super qua supplicacione deliberatum extitit et conclusum quod, quia istud officium alias fuit concessum magistro Francisco Ferrebouc, dominus Robertus Tulleu laborabit ad concordandum eosdem Ferrebouc et Allouf; alias Facultas providebit prout viderit expedire.

[26 Septembre.] Die jovis XXVI mensis Septembris, dominus Robertus Tulleu in Facultate congregata post missam et obitum bone memorie quondam magistri Roberti de Vado,

[1] Ce Hugues Langlois est évidemment le même personnage que le praticien en cour d'église mentionné dans les registres du Châtelet de Paris, à la date du 18 mai 1490 : « Au tesmoignage de Marie, veufve de feu Hugues Langlois, praticien en cour d'eglise, mère, Jehan Hubert, frère à cause de sa femme, Jehan et Michaut Genevoys, frères maternels, m. Simon Belin, m. Charles le Houldry et Guibert le Fourbeur, affins de Nicolas, François et Loys, enfans mineurs dudit deffunt, ont esté esleus tuteurs la mère et Jehan Hubert. » *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 3. — Avait-il quelque lien de parenté avec Guillaume Langlois, licencié en Décret, qui fut reçu avocat au Châtelet le 21 juillet 1474? *Ibid.*, vol. 764, p. 60. — C'est peut-être un des fils de Hugues, ce Nicolas Langlois, maître ès arts et bachelier en Décret, qui, en 1500, se présente à la collation du chapitre de Théronanne et à celle de l'abbé de La Couture, au diocèse du Mans. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 50, fol. 177.

[2] Arnoul Allouf, prêtre, maître ès arts, licencié en Décret, se présente, en 1499, à la collation du chapitre de Notre-Dame de Paris et à celle de l'abbé de Saint-Denis. *Ibid.*, fol. 108.

dum viveret ac decessit magni hidelli ejusdem Facultatis, relacionem suam fecit de hiis que fecerat cum discretis viris magistris Francisco Ferrebouc et Arnulpho Allouf super discordia officii promotoris, quod eorum quilibet habere desiderabat. Cujus audita relacione, conclusit Facultas quod dictus Ferrebouc de cetero promotor Facultatis haberetur, et prefatus Allouf unus de tribus cap(p)ellanis Facultatis teneretur et reputaretur, si vellet, necnon officium predictum promotoris sub eodem Ferrebouc exerceret; quam conclusionem ipsi Allouf in egressum collegii intimavi.

Ipso die, comparuerunt in facie Facultatis magistri Dyonisius Alligret ac Karolus de Altobosco, primum et secundum ordinarium de mane legentes, qui per organum ipsius Alligret supplicarunt ut Facultas in minus bene actis temporis preteriti excusatos et sup[p]ortatos habere vellet, ac in officio lecture ipsos continuare, materiam quoque ad legendum pro anno futuro assignare. Quorum supplicacionibus annuit Facultas, et primum Decretalium librum eis assignavit pro anno futuro, et juramenta reno[va]verunt.

(F° 84 v°.) Ipso die, premisso examine, fuit receptus et admissus ad gradum baccalariatus et lecturam discretus vir Johannes de Petraponte[1], Nivernensis dyocesis, qui pro bursis solvit tria scuta, et prestitit juramenta consueta, supplicans ut Facultas cum eo dispensare vellet ac dignaretur super invitacione dominorum per singulas domos pro harenga; cujus supplicacioni annuit Facultas, proviso quod det scutum pro incremento servicii divini cap(p)elle Facultatis.

Eodem die, concluditur quod relicte et heredibus def(f)uncti magistri Roberti de Vado intimetur per decanum quod preparent se ad reddendum compota de misiis et receptis per ipsum def(f)unctum nomine Facultatis, et hoc quamcicius id facere poterunt, prout et ego decanus intimavi.

Die XXVIII mensis Septembris, discretus juvenis Guillermus Quentin, Claro- [28 Septembre.]
mo[n]tensis dyocesis, examine premisso, fuit admissus ad gradum bachalariatus et lecturam; et quia fide media asseruit quod erat infra biduum recessurus ad

[1] Le 18 janvier 1491 [1492], Jean de Pierrepont fut reçu maître des requêtes ordinaire de l'hôtel, au lieu de feu Étienne Paschal. *Franç.* 21278, fol. 138. — Le 20 mars suivant, il «est renvoyé ès requestes contre frère Guerin de Courcelles». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 128. — Le 7 janvier 1499 [1500], il plaide contre Manot de Bardi, marchand, bourgeois de Paris: «dit est que samedy prochain ledit de Bardi mettra devers le greffe les obligations qu'il dit avoir dudit Pierrepont». *Ibid.*, p. 319. — Le 1er février suivant, il «est renvoyé ès requêtes contre Martin Durant, prêtre». *Ibid.*, p. 327. — Enfin, le 13 mai 1500, «m. Jehan de Pierrepont, archidiacre de Josas en l'eglise de Paris et maistre des requestes de l'hostel, [est] renvoyé ès requestes contre m. Loys et Thibaut Marest». *Ibid.*, p. 356. — A la date du 10 janvier 1479 [1480]: «noble homme Jean de Pierrepont, escuyer, sieur de Valennes et de Lutenay, et m. Laurens de Pierrepont, son frère, escolier à Paris, [s'étaient présentés] contre Jehan et Pierre Beschards; dit est que les examens à futur faits par le bailly de Saint Pierre Moustier [auj. Saint-Pierre-le-Moutier, dép. de la Nièvre, arr. de Nevers] seront apportez». *Ibid.*, vol. 764, p. 197. — Pour la suite de sa carrière, voir ci-dessous, p. 112, n. 3.

partes ubi a suis parentibus mandabatur, fuit cum eo dispensatum super proposito faciendo, et pro bursis ac dispensacione solvit tria scuta, in manibus meis posita, que distributa fuerunt dominis per manus bidellorum.

[3 Octobre.] Die tercia mensis Octobris, post missam Facultatis collegium in loco consueto extitit congregatum, et super positis in medium dedit deputatos dominos Robertum Tulleu, de Veteri Villa et alios qui volent interesse ad audiendum compota relicte et heredum def(f)uncti magistri Roberti de Vado. Egit eciam graciarum actiones domino generali de penis et laboribus per eum assumptis in conficiendis et dictandis litteris missivis nomine Facultatis, dirigendis domino abbati Majoris Monasterii, et placuerunt hujusmodi littere, salvo quod in eis mencio haberetur de collegio Plesseii sicut de collegio Majoris Monasterii.

Eadem [die], magister Petrus Falaise, in jure canonico licenciatus Parisius, supplicavit Facultati ut in certa causa possessoria et beneficiali, quam coram preposito Parisiensi virtute nominacionis a Facultate impetrate deducebat, se adjungere dignaretur; cujus supplicacioni annuit Facultas et dedit adjunctionem expensis ipsius supplicantis.

Die ipsa, in egressu collegii, domini visitaverunt scolas, et qui presentes erant optaverunt, videlicet domini de Corcellis, Tulleu, de Veteri Villa, Junii et Wasselin, illas in quibus legere sunt soliti; dominus generalis illas in quibus quondam dominus Thiboult legebat dum viveret; ego vero vicinas scolas illis in quibus legere consuevi.

[10 Octobre.] Die decima mensis Octobris, post missam collegium loco solito extitit congregatum, et in eo, examine premisso, admissi fuerunt ad gradum baccalariatus et lecturam Petrus Fame, dyocesis Turonensis, qui pro bursis et dispensacione non invitandi dominos in suis domibus ad harengam solvit tria scuta, et Michael le Mousnier, Cenomanensis dyocesis, qui pro bursis solvit scuta duo duntaxat, propter ejus paupertatem.

[17 Octobre.] Die jovis XVII mensis Octobris, post missam Facultatis fuit collegium in cap(p)ella Sancti Johannis Jherosolimitani congregatum, et vocatis supplicantibus, comparuit magister Petrus Falaise, qui humiliter requisivit adjunctionem sibi nuper concessam gratis sigillari, attento quod hujusmodi adjunctio pro juribus Facultatis defendendis petebatur et requirebatur. Cui supplicacioni concorditer annuerunt omnes domini, et sine prejudicio statutorum caventium quod nemini gratis sigilletur, nisi pro doctoratu.

(F° 85 r°.) Ipso die, concluditur quod jovis post Sanctos lecturam suam resument domini; qua die missa et collegium celebrabuntur.

Eodem die, concluditur quod per decanum littere et documenta Facultatis

quamcicius fieri poterit visitentur et expensis Facultatis in caterno (*sic*) papireo cop(p)ientur. Insuper, dies martis proxima post meridiem ad audiendum compota def(f)uncti magistri Roberti de Vado heredum et relicte eligitur, et poterunt interesse qui volent ex dominis regentibus[1].

Die martis XXII mensis Octobris post meridiem, magister Johannes du Gué et ejus sororius coram dominis Roberto Tulleu, Stephano de Veteri Villa, Jacobo Junii et me decano ad id deputatis, compotum def(f)uncti magistri Roberti du Gué reddiderunt; sed quia non habebant in promptu restam per finem compoti Facultati debitam, arrestum compoti penes se retinuerunt, et super resta cuilibet dominorum pro audicione compoti distribuerunt sex solidos par. [22 Octobre.]

Die jovis XXIII mensis Octobris, missa et collegium celebrantur. Vocatis autem supplicantibus, magister Johannes du Gué et ejus sororius comparuerunt, offerentes restam per eos debitam ex compoto ab eis die martis precedenti reddito, proviso tamen quod Facultas det eis generalem quittanciam de omnibus que def(f)unctus magister Robertus du Gué agere habuit cum Facultate. Super quo concluditur, quod, respectu denariorum quos idem def(f)unctus recepit nomine Facultatis, eisdem supplicantibus daretur generalis quittancia, satisfactione primitus facta de dicta resta, quam fecerunt in facie Facultatis, et inter dominos extitit distributa. [24 Octobre.]

Ipso die, super positis in medium utrum magister Johannes du Gué teneatur in facie Universitatis prestare juramenta juxta requisicionem domini rectoris, concluditur quod decanus se habeat informare si statuta Universitatis cav[e]ant quod bidelli superiores Facultatis ad hujusmodi juramenta teneantur vel ne, et de usu in aliis Facultatibus superioribus, ut illis Facultas se conformet.

Eodem die, concluditur quod littere per magistrum Johannem du Gué in Facultate exhibite expensis Facultatis visitentur et cop(p)ientur, et ad id agendum tradite fuere magistro Claudio Poculot, qui promisit diligenciam facere de premissis.

Eodem die, magister Gervasius Danes supplicavit pro littera gradus baccalariatus, que sibi fuere concesse (*sic*), proviso quod medio juramento assereret illas non petere in fraudem; fueruntque littere ipse post juramentum predictum per eum prestitum sigillate, et pro sigillo solvit scutum.

Die jovis ultima mensis Octobris, missa et collegium apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum more solito celebrantur, ibique concluditur super positis in [31 Octobre.]

[1] Nous avions donc plus haut (t. II, p. 312, n. 4) beaucoup trop reculé la date de la mort de Robert du Gué. Il est certain qu'elle doit se placer entre le 16 et le 26 septembre 1482. Cf. ci-dessus, p. 22.

IMPRIMERIE NATIONALE.

medium, quod Johannes Sancte [1] pro arreragiis per ipsum debitis, racione et ad causam domus quam tenet et possidet in vico Nucum [2], prosequatur coram dominis requestarum Palacii Parisius; et injunxi magistro Claudio Poculoti quod faciat eumdem debitorem quamcicius adjornari.

Eodem die, concluditur quod decanus faciat diligenciam inveniendi et recuperandi binas litteras, quarum una concernit facultatem concessam dominis archidiacono de Josayo et decano Sancti Marcelli in recusacionem aut dilacionem cancellarii Parisiensis licenciandi baccalarios Decretorum; altera vero dispensat super censuris latis per reformacionem dominorum Alani et cardinalis Destotevilla.

Ipso die, concluditur quod pariter fiat diligencia sciendi in cujus manibus sunt duo disci argentei pertinentes Facultati, qui alias pro edificio scolarum fuerant pignori dati quondam bone memorie domino Johanni le Fournier, dum viveret ac decessit Decretorum doctori et Sancti Marcelli prope Parisius decano; et se oneravit dominus Tullen de sciendo a magistro Nicolao Medici, olim clerico dicti def(f)uncti, (F° 85 v°) utrum sciat quis ad presens habeat illos discos.

Ipso die, fuit conclusum quod certi tituli per magistrum Johannem de Vado traditi, mencionem facientes de redditu quem Facultas habet super domo prius designata, reponentur in custodia(m) in archa Facultatis apud cameram examinis deferenda.

Insuper fuit injunctum eidem de Vado quod reddat et restituat Facultati missale et omnia que quondam magister Robertus de Vado habebat de rebus Facultati spectantibus. Quod facere promisit infra missam proxime celebrandam.

[1] Les Sancte ou Sante étaient apparentés aux Du Gué. Cf. *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 344, 396, etc.

[2] La rue des Noyers, de la place Maubert à la rue Saint-Jacques.

II

COLLATION DES GRADES ET HARANGUES.

1. DOCTORATS [1].

2. LICENCES [2].

(F° 80 v°.) Renatus d'Illiers.....	Hunc adoptavit d. Johannes de Corcellis.
Millo d'Illiers.....	d. Ambrosius de Cambray.
Florentinus Forget.....	d. Robertus Tulleu.
Germanus des Bordes.....	d. Stephanus de Veterivilla.
Petrus Falaise.....	d. Jacobus Junii.
Robertus de Butione.....	d. Johannes Picard.
Johannes Hardews.....	d. Andreas Wasselin.

3. BACCALAURÉATS.

XXIX Novembris...	Jacobus Coulart. (V. p. 3.)
V Decembris.....	Oliverius Bouessel et Guillermus de Monteacuto. (V. p. 3.)
VI Decembris	Jacobus Johannis. (V. p. 3.)
XIV Decembris....	Guido de Mancuria. (V. p. 4.)
XX Decembris....	Frater Ludovicus de Pausa. (V. p. 4.)
XXX Januarii.....	Johannes Aurault. (V. p. 6.)
XXIII Februarii ...	Karolus de Altobosco [incorporatus]. (V. p. 8.)
VI Martii.....	Nicolaus de Mijon. (V. p. 10.)
XIII Martii.....	Anthonius de Sancto Georgio. (V. p. 11.)
XIX Martii.....	Hugo Guioneti et Nicolaus Guillaudi. (V. p. 12.)
I Aprilis.....	Ludovicus du Ploys. (V. p. 13.)
XVIII Aprilis	Johannes de Rupibus. (V. p. 14.)
IX Maii.....	Nicolaus de Pita. (V. p. 15.)
XVIII Junii.....	Frater Guillermus Tabourelli, Durandus Maritonis et Ademarus Calvelli. (V. p. 16.)
XXIV Junii.....	Vincencius Neckre. (V. p. 17.)
II Julii.....	Guido Ledevins. (V. p. 17.)
III Julii.....	Bartholomeus Alberti. (V. p. 17.)
X Julii.....	Jacobus Cuau. (V. p. 17.)
XXII Augusti.....	Jacobus de Foresta. (V. p. 20.)
XII Septembris...	Johannes Aubry et Matheus le Neckre. (V. p. 21.)
XXVI Septembris ..	Johannes de Petraponte. (V. p. 23.)
XXVIII Septembris .	Guillermus Quentin. (V. p. 23.)
X Octobris.....	Petrus Fame et Michael le Mousnier. (V. p. 24.)

4. HARANGUES [3].

[1] Aucune mention. — [2] Voir ci-dessus, p. 12. — [3] Aucune mention.

III

LECTURES DES BACHELIERS.

(F° 86 r°.) Secuntur cedule baccalariorum in jure canonico Parisius per bidellum Facultatis proclamate in majoribus scolis et sub sigillo decanatus expedite a die nona mensis Novembris anni Domini m cccc octuagesimi primi, qua ego Reginaldus de Vaccaria in decanum assumptus extiti, usque ad diem nonam mensis Novembris anni Domini m cccc octuagesimi secundi.

Robertus de Buthione, Claromontensis dyocesis, baccalarius in Decretis Parisius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet quintum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro quinto anno et quinto volumine. Datum Parisius, anno Domini m cccc octuagesimo primo, die xiii mensis Novembris.

Ricardus Boni, clericus, Lemovicensis dyocesis, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet tercium librum Decretalium in scolis anterioribus, ad intersignium Beati Eustacii, pro tercio anno et tercio volumine. Datum anno, loco et die predictis.

Germanus des Bordes, clericus, dyocesis Antissiodorensis, hodie in nonis Beate Marie incipiet quintum librum Decretalium in scolis inferioribus, ad intersignium Castri, pro quinto anno et quinto volumine. Datum die decima quinta anni et mensis prescriptorum.

Renatus d'Illiers, nobilis, in artibus magister et in legibus licenciatus ac in Decretis baccalarius, Carnotensis dyocesis, hodie in nonis Beate Marie incipiet secundum librum Decretalium in scolis inferioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro secundo anno et secundo volumine. Datum die xvi anni et mensis prescriptorum.

Johannes Hardews, Morinensis dyocesis, in artibus magister et in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet secundum librum Decretalium in scolis superioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro secundo anno et secundo volumine. Datum die xvii anni et mensis predictorum.

Jacobus Doulart, dyocesis Morinensis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Jerosolimitani, pro primo anno et primo volumine. Datum Parisius, die penultima mensis et anni predictorum.

Karolus Kardig (*sic*), in artibus magister et in Decretis baccalarius, Constanciensis dyocesis, in nonis Beati Jacobi incipiet tercium librum Decretalium in scolis inferioribus, ad intersignium Beati Eustacii, pro tercio anno et tercio volumine. Datum Parisius, anno immediate predicto, die xii mensis Decembris.

Millo d'Illiers, nobilis, licenciatus in legibus et in Decretis baccalarius, dyocesis Carnotensis, hodie in scolis inferioribus, ad intersignium Beati Jacobi, incipiet secundum librum Decretalium, pro secundo anno et secundo volumine. Datum Parisius, die xiii mensis et anni prescriptorum immediate.

Anthonius Montanieu, dyocesis Lugdunensis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis posterioribus, ad intersignium

Beati Eustacii, pro primo anno et primo volumine. Datum Parisius, die VIII anni et mensis immediate dictorum.

Guido de Mancuria, dyocesis Carnotensis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro primo anno et primo volumine. Datum die XVII mensis et anni predictorum.

Oliverius Boisselli, clericus, dyocesis Cenomanensis, baccalarius in Decretis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro primo anno et primo volumine. Datum die XIII dictorum anni et mensis Decembris.

Jacobus Johannis, Trajectensis dyocesis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Jerosolimitani, pro primo anno et primo volumine. Datum anno, die et mense prius dictis.

(F° 86 v°.) Frater Ludovicus de Pausa, ordinis S. Benedicti, dyocesis Carnotensis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scolis inferioribus, ad intersignium Beati Eustachii, pro primo anno et primo volumine. Datum Parisius, anno et mense predictis, die XX.

Johannes Aurault, dyocesis Aurelianensis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Castri, pro primo anno et primo volumine. Datum Parisius, die ultima mensis Januarii anni Domini M CCCC octuagesimi primi.

Firminus Pingre, in artibus magister et in Decretis baccalarius, dyocesis Ambianensis, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet quartum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Castri, pro quinto anno et quinto volumine. Datum Parisius, anno prescripto, die XXVI mensis Februarii.

Karolus de Altobosco, Pictavensis dyocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Castri, pro primo anno et primo volumine. Datum Parisius, die XII mensis Marcii.

Nicolaus Mijon, dyocesis Lugdunensis, in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro primo anno et primo volumine. Datum anno et mense predictis, die XII ejusdem mensis Marcii.

Hugo Guioneti, dyocesis Claromo[n]tensis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis secundis superioribus, pro primo anno et primo volumine. Datum Parisius, die XXII mensis Marcii anni predicti.

Nicolaus Guillaudi, dyocesis Matisconensis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis secundis anterioribus Facultatis, pro primo anno et primo volumine. Datum die, mense et anno predictis.

Anthonius de Sancto Georgio, dyocesis Lemovicensis, baccalarius in Decretis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis superioribus, ad intersignium Castri, pro primo anno et primo volumine. Datum die XVII mensis prescripti Marcii anni predicti.

Nicolaus Mijon, dyocesis Lingonensis, baccalarius in Decretis, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Castri, pro primo anno et primo volumine. Datum anno predicto, die nona mensis Marcii.

Johannes de Rupibus, dyocesis Bituricensis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beate Marie incipiet tercium librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium

Beati Johannis Baptiste, pro primo anno et primo volumine. Datum Parisius, anno predicto, die XXVII mensis Aprilis.

Ludovicus du Pleys, de Parisius, baccalarius in Decretis, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Castri, pro primo anno et primo volumine. Datum Parisius, XI mensis Aprilis anni predicti.

Nicolaus de Pita, de Parisius, in artibus magister et in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis superioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro primo anno et primo volumine. Datum Parisius, die decima mensis Maii anni predicti octuagesimi secundi.

Michael de Beaumont, Turonensis dyocesis, in artibus magister et in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet tercium librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro tercio anno et tercio volumine. Datum anno predicto, die XVIII mensis Maii.

Ademarus Calvelli, dyocesis Angolismensis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis superioribus, ad intersignium Castri, pro primo anno et primo volumine. Datum die XXI mensis Junii anni predicti LXXXII.

Frater Guillermus Tabourelli, ordinis S. Benedicti, Lingonensis dyocesis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scolis inferioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro primo anno et primo volumine. Datum die XXII mensis Junii anni predicti.

(F° 87 r°.) Vernerus Verneshuest, Constanciensis dyocesis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beate Marie incipiet secundum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Castri, pro secundo anno et secundo volumine. Datum anno predicto, die XIII dicti mensis Junii.

Durandus Maritonis, dyocesis Lugdunensis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro primo anno et primo volumine. Datum anno prescripto LXXXII, die XVII mensis Junii.

Vincencius le Nectre (*sic*), in artibus magister, dyocesis Tornacensis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Castri, pro primo anno et primo volumine. Datum Parisius, die XXIX mensis Junii anni predicti LXXXII.

Dominus Guido Ledevims, Tornacensis (*sic*) dyocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis superioribus, ad intersignium Beati Eustacii pro primo anno et primo volumine. Datum Parisius, die quarta mensis Jul(l)ii anni predicti.

Dominus Guillermus Cuau, presbiter, Tornacensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis anterioribus, pro primo anno et primo volumine. Datum Parisius, die XII mensis Jul(l)ii anni predicti LXXXII.

Bartholomeus Alberti, clericus Lugdunensis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, pro primo anno et primo volumine. Datum anno predicto, die septima mensis Jul(l)ii.

Guillermus de Foresta, dyocesis Claromo[n]tensis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Castri, pro primo anno et primo volumine. Datum die XXII mensis Augusti anni predicti LXXXII.

Matheus Nectre, in artibus magister, Tornacensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis anterioribus, ad intersignium Castri, pro primo anno et primo volumine. Datum die XVII mensis Septembris anni predicti LXXXII.

Dominus Johannes Aubri, presbiter, dyocesis Ambianensis, in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro primo anno et primo volumine. Datum die XVII mensis Septembris anni predicti.

Johannes de Petrafonte (*sic*), Niver[nen]sis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet primum librum [Decretalium], in scolis inferioribus, ad intersignium Castri, pro primo anno et primo volumine. Datum die prima mensis Octobris anni predicti.

Guillermus Quentin, dyocesis Claromo[n]tensis, in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis superioribus, ad intersignium Castri, pro primo anno et primo volumine. Datum Parisius, anno, die et mense predictis.

Johannes Simonis, in artibus magister et in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Beati Eustacii, pro tercio anno et tercio volumine. Datum die XIIII mensis Octobris anni predicti LXXXII.

Nicolaus Militis, in artibus magister et in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet tercium librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Beati Johannis Jerosolimitani, pro tercio anno et tercio volumine. Datum Parisius, die decima mensis Octobris.

Vernherus Verneshuser, dyocesis Constanciensis, in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet quartum librum Decretalium, in scolis superioribus, ad intersignium Castri, pro quarto anno et quarto volumine. Datum loco, anno, mense et die immediate dictis.

Johannes Morelli, in artibus magister et in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet quartum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Beati Eustacii, pro quarto anno et quarto volumine. Datum loco, anno et mense immediate dictis, die XI.

(F° 87 v°). Mic[h]ael le Mousnier, dyocesis Cenomanensis, in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Beati Eustachii, pro primo anno et primo volumine. Datum loco, anno et mense immediate dictis, die XIIII.

Magister Petrus Fame, Turonensis dyocesis, in artibus magister et in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, pro primo anno et primo volumine. Datum die XV dicti mensis Octobris anni LXXXII.

Frater Franciscus Burgundi, clericus, dyocesis Nivernensis, ordinis S. Benedicti, in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet tercium librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro tercio anno et tercio volumine sue lecture. Datum Parisius, die XI mensis Octobris anni predicti LXXXII.

Petrus Laudig, dyocesis Constanciensis, in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet tercium librum Decretalium, in scolis magnis, pro tercio anno et tercio volumine. Datum Parisius, die XIIII mensis predicti anno LXXXII. — De Vaccaria.

DÉCANAT DE REGNAULT DE LA VACQUERIE.

NOVEMBRE 1482-NOVEMBRE 1483.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

(F° 88 r°.) November. — Anno Domini m cccc octuagesimo secundo, die septima mensis Novembris, prima lectura dominorum et missa Facultatis more solito celebratis, omnes et singuli domini regentes, per cedulam specialiter convocati ad eligendum vel continuandum officiarios Facultatis et de ipsis officiis disponendum, in cap(p)ella Sancti Johannis comparuerunt omnes, demptis dominis Roberto Tullen et Johanne Picard; qui quidem domini unanimiter officiarios continuaverunt, videlicet dominum de Veterivilla in officio thesaurarii et me in officio decanatus; et deinceps dominus de Courcellis, tanquam decanus naturalis, munimenta in suis manibus dimissa restituit, renovatis per nos juramentis consuetis. [1482. [7 Novembre.]

Eodem die, dominus Ambrosius de Cambray retulit quod a longo tempore habuerat et habebat unum saccum litteris et munimentis instructum, que alias sibi tanquam decano nomine Facultatis traditus in custodiam extiterat, quodque paratus erat restituere Facultati per inventarium, ne quis contra eum suspicionem haberet quod aliquam de litteris ipsis pretextu cancellarie dignitatis vellet contractare[1]. Super quo concluditur quod idem dominus de Cambray quamcicius omnes titulos quos habet a Facultate per inventarium tradet, et ipsis recuperatis et cop(p)iatis, originalia ponentur in coffro seu archa Facultatis tribus clavibus et seris claudenda, cujus arche decanus habeat unam clavem, antiquior doctor unam, et junior reliquam, sicut in archa sigilli Facultatis observatur.

Ipso die, concluditur quod archa valida et tribus seris conclusa ex denariis Facultatis habeat comparari et in camera examinis poni ad custodiam cartarum et titulorum ipsius Facultatis.

[14 Novembre.] Die jovis xiiii mensis Novembris anni predicti lxxxii, post missam Facultatis collegium in cap(p)ella Sancti Johannis Jherosolimitani extitit congregatum, in quo magistri Johannes de Vado et Claudius Poculoti supplicarunt ut, si quos

[1] En marge, de la main — semble-t-il — de Robert Gaguin : « Nota de libris et munimentis Facultatis restituendis per dominum de Cambray. »

def(f)ectus in exercicio suorum officiorum bidelli et subbidelli in anno novissime lapso commisissent, Facultas eos dignaretur habere sup[p]ortatos et pro anno futuro in ipsis officiis recommissos, cum humilitate massas, quas deferre consueverunt, in manibus dominorum relinquentes. Et deinceps, ipsis ad partem retractis, eorum supplicacio fuit exaudita. Quo facto, eis vocatis fuerunt masse reddite, postquam juramenta prestari solita per eos renovaverunt in facie Facultatis.

Ipso die, dictus magister Johannes de Vado, major bidellus, exhibuit minutam certe quittancie, secundum quam petebat grossam sigillo Facultatis sigillari. Qua lecta, fuit ejus supplicacioni obtemperatum et eodem die sigillata.

Eodem die, concluditur quod archa per dominum generalem vendicioni exposita, pro custodia cartarum Facultatis, de denariis quos magister Claudius Poculoti recipit, comparetur et seris cum clavibus reparetur. Quam conclusionem ipsi Claudio notificavi, ut execucioni demandet eamdem.

Eodem die, premisso examine, ad gradum baccalariatus et lecturam fuerunt admissi Simon Strabonis[1], Atrebatensis dyocesis, et Jacobus de Cruce, dyocesis Morinensis, qui pro bursis solverunt, videlicet dictus Strabonis tria scuta, et prefatus de Cruce duo cum dimidio unius.

Die jovis xxi mensis Novembris, fuit collegium post missam Facultatis more [21 Novembre.] solito congregatum, et super facto fiende licencie vel non fiende hoc anno currenti concluditur quod super hoc articulo Facultas specialiter convocetur, et interim se informent bidelli si qui sint volentes intrare examen licencie.

Ipso die, retulit magister Claudius Poculot quod fuerat locutus cum venerabili viro magistro Johanne Piedefer super facto discorum argenti alias per Facultatem quondam domino Johanni le Fournier[2] (F° 88 v°) pignori traditorum, et quod dicti duo disci tenebant pro summa viginti scutorum auri, prout dicebat constare per litteras obligatorias quas habebat penes se, quodque paratus erat restituere, sibi satisfaciendo de hujusmodi summa. Super quibus relatis concluditur quod dicta pignora recuperentur cum litteris obligatoriis, et quittancia de debito habeatur.

Die lune xxv mensis Novembris, post missam Beate Katherine, discretus vir [25 Novembre.]

[1] Nous ne trouvons, vers cette époque, qu'un personnage de ce nom, Guillaume Strabon, qui, à la date du 20 août 1495, était abbé de Dompmartin, au diocèse d'Amiens, et qui mourut le 23 décembre 1499. Cf. *Gallia Christ.*, tome X, col. 1352.

[2] D'après le ms. de l'Arsenal 1123 (fol. 23), Jean Fournier ou le Fournier était mort le 5 octobre 1475. Il avait été doyen de Saint-Marcel-lez-Paris (cf. plus haut, p. 26) et curé d'Arcueil. On lit en effet dans les registres du Châtelet, à la date du 26 avril 1463 : «M. Jehan le Fournier, docteur regent de l'Université de Paris en la Faculté de Decret, curé d'Arcueil, [plaide] contre Jacques Grandin, maistre de la maladerie de la Banlieue de Paris près Arcueil, pour raison des oblations de ladite maladerie. Tesmoins à futur.» - *Coll. Clairambault*, vol. 763, p. 379.

IMPRIMERIE NATIONALE.

Johannes Olivier[1], examine premisso, extitit [admissus] ad gradum bachalariatus et lecturam, prestititque juramenta, et pro bursis solvit duo scuta cum dimidio unius.

Eodem die, post meridiem, in egressu vesperorum Nostre Domine Parisiensis, dominus Johannes de Courcellis michi retulit quod aliqui de dominis, per cedulam convocati super facto licencie fiende vel non fiende pro anno currenti, cum eo fuerant prolocuti, et inter se concluserant quod, priusquam fieret aliqua publicacio in scolis, inquireretur si essent baccalarii in numero competenti qui vellent intrare examen licencie. Quo facto, ulterius quid agi debeat Facultas providebit.

[28 Novembre.] Die jovis xxvm mensis Novembris, in collegio post missam Facultatis de more congregato concluditur quod die jovis proxima post Concepcionem domini legent.

[5 Décembre.] Die jovis quinta mensis Decembris, in collegio post missam Facultatis celebrato, Johannes Amelot, dyocesis Senonensis, supplicavit admitti ad examen gradus baccalariatus, et exhibuit cedulas suas, quas asseruit esse veras et veritatem continere, et fuit ejus exaudita supplicacio et per me assignata Decretalis *Proposuisti de proba.* [*Decretal. Greg. IX*, lib. II, tit. 19, c. 4.]

[6 Décembre.] December. — Die veneris sexta mensis Decembris, discretus [vir] Johannes Amelot post missam Beati Nicolay fuit examinatus et ad gradum baccalariatus admissus; prestitit quoque juramenta et pro bursis solvit duo scuta cum dimidio unius.

[12 Décembre.] Die jovis XII mensis Decembris, post misse Facultatis celebracionem, collegium in cap(p)ella Sancti Johannis Jherosolimitani congregatum extitit, ibique discretus vir Philebertus de Ponte, clericus, Nivernensis dyocesis, examine premisso, ad gradum bachalariatus et lecturam fuit admissus, et pro bursis solvit duo scuta cum dimidio unius; prestitit quoque juramenta consueta.

Eodem die, ponitur in medium utrum placeat Facultati quod in scolis publicetur apertura examinis, attento[2] quod aliqui bachalarii ita fieri desiderabant[3], et propter hoc penes bidellum majorem Facultatis se traxerant. Super quo concluditur quod, nisi tot ap[p]areant bachalarii volentes ingredi examen pro licencia obtinenda, ut pro ipsis possit celebrari licencia, non fiet talis publicacio, attento quod annus jubileus non existit.

[1] En 1493, sous le rectorat de Jean Leclerc, Jean Olivier, maître ès arts et licencié en Décret, se présente à la collation des évêques et chapitres de Chartres et de Beauvais. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 69 v°. — En 1501, sous le rectorat de Jacques de Govéa, il est par erreur qualifié «in ar. ma. et in Decretis *baccalarius*», et se présente à la collation des abbés d'Andres et de La Capelle (diocèse de Thérouanne). *Ibid.*, vol. 50, fol. 168.

[2] Ms. *attenta*.

[3] Ms. *desiderebant*.

Die jovis XIX mensis Decembris, ante celebracionem misse Facultatis, propter congregacionem Universitatis super discordia contendencium habere jus in rectoria, collegium apud locum solitum congregatum extitit, et ibidem Guillermus Caillerii, clericus, dyocesis Mal[l]eacensis, examine premisso, fuit admissus ad [gradum bachalariatus et] lecturam, et pro bursis ac dispensacione de non eundo per villam pro invitacione dominorum ad harengam solvit duo scuta cum dimidio unius, et prestitit juramenta consueta. [19 Decembre.]

Die martis XXIII mensis Decembris, que fuit vigilia Nativitatis Domini, missa et collegium celebrantur, et in ipso collegio quinque bachalarii comparentes, per organum (F° 89 r°) magistri Johannis Morelet, alterius eorumdem, cum instancia supplicarunt quod Facultas eis aperire vellet examen pro gradu licencie consequendo. Super qua supplicacione deliberatum extitit quod, quia annus non est jubileus, pro tam exiguo numero non aperietur examen; sed, ne dicti supplicantes ad alias Universitates pro gradu consequendo declinent, dabitur eis bona spes et dicetur quod compareant in prima missa, et interim preparent suas minores cedulas. [24 Décembre.]

Die XXVIII mensis Decembris, discretus vir Nicolaus Daulphin, de Matiscone[1], premisso examine, fuit admissus ad gradum bachalariatus et lecturam, et fuit cum eo dispensatum super non invitacione dominorum per singulas domos eorum facienda, solvitque pro bursis et dispensacione tria auri scuta. [28 Décembre.]

Die predicta XXIII Decembris, dominus Stephanus de Veterivilla in majoribus scolis Facultatis de mane legit Decretalem *Firmiter, de summa Trinitate;* ad cujus lecturam multitudo auditorum interfuit, prout bidelli retulerunt. [24 Decembre.]

Januarius. — Die jovis secunda mensis Januarii, missa et collegium celebrantur, et super supplicacione bacca[ar]iorum petencium admitti ad examen future licencie concluditur, propter varietatem opinionum, quod Facultas super hoc vocabitur per cedulam. [1483. 2 Janvier.]

Die quinta mensis Januarii, Facultas per cedulam penes dominum de Corcellis congre[ga]ta super facto baccalariorum instancium quod examen eis aperiatur, conclusit quod ex parte decani et collegii per cedulam in scolis publicacio fiet prima die legibili quod volentes intrare examen pro futura licencia consequenda compareant in proxima missa, audituri quid super hoc Facultas ordinabit. [5 Janvier.]

[1] A la date du 24 mars 1499 [1500], les registres du Châtelet contiennent la mention suivante : «Honorable homme m. Nicolle Dauphin, procureur du Roy à Mascon, m. Anthoine Dauphin, escolier à Paris, adjoint, contre Hugonin Benard; compulsoire.» *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 342.

[9 Janvier.] Die jovis nona mensis Januarii, in collegio loco solito post missam Facultatis congregato comparuerunt septem baccalarii ad examen future licencie presentati, quibus injunctum fuit quod componant suas majores cedulas et infra proximam quindenam penes dominos deferant; pro quibus cedulis conficiendis prestiterunt juramenta consueta.

Eodem die, dominus Ambrosius de Cambray supplicavit pro mensibus gracioso et rigoroso, quia, ut dicebat, instantibus dominis theologis, ejus causa, quam habet contra ipsos racione cancellarie dignitatis, ad magnum regis Concilium (*sic*) erat evocata; et sibi liberaliter fuerunt concessi.

[16 Janvier.] Die jovis xvi(ii) mensis, in collegio post missam Facultatis de more celebrata[m] concluditur quod in festo Purificacionis Beate Marie instante ex parte Facultatis cerei more solito distribuentur interessentibus processionibus et misse Facultatis.

Eodem die, fuit sigillata littera gradus pro fratre Petro Bartonis, in Decretis licenciato, et solvit pro sigillo scutum auri, traditum receptori.

Ipso die, discretus vir Ludovicus Roberti, Matisconensis dyocesis, examine premisso, ad gradum baccalariatus et lecturam extitit admissus, prestitis per eum juramentis solitis in facie Facultatis, et pro bursis solvit tria scuta auri.

Eodem die, posito in medium quando domini habeant legere, concluditur quod durante examine licencie hujus anni currentis, quod jam apertum est respectu majorum cedularum, non legetur, prout nec legi consuevit superioribus annis, simili examine durante.

[23 Janvier.] Die jovis xxiii(i) mensis Februarii [l. Januarii], missa Facultatis celebratur et collegium ad dispensandum (F° 89 v°) cum baccalariis ad examen presentatis, si et in quantum indigerent et videretur expediens cum eis dispensare pro prima vice, convocatur; et proposito ac in medium ad[d]ucto quod omnes baccalarii presentati erant defectuosi in minoribus cedulis, tempore, lectura et responsione in publica disputacione, domini, post plures allegaciones adductas quod non erat cum eis presertim quoad tempus dispensandum, tandem sine ulteriori convocacione facienda placuit omnibus, attentis malicia temporis, modo faciendi doctorum Aurelianensium, qui sine cedulis, lectura, tempore et quacumque solemnitate consueverunt licenciare baccalarios Parisienses apud eos declinantes, parvo numero baccalariorum presentatorum, honore et commodo Facultatis, rigorem statutorum esse pro hac vice relaxandum, graciose recipiendo ad examen publicum eosdem baccalarios, et diem lune proximam post festum Purificacionis eisdem prefigendo pro apertura examinis. Quibus, presentibus dominis, assignavi x^{am} et xi^{am} distinctiones.

Ipso die, concluditur et ordinatur quod ponantur stillicidia deficiencia in scolis Beati Eustacii, et visitentur ac reparentur fracture existentes in plombo stillici-

diorum majorum scolarum. Quam conclusionem intimavi magistro Claudio Poculoti, ut illam execucioni demandet.

Die jovis penultima mensis Januarii, collegium et missa Facultatis celebrantur, ibique religiosus vir frater Ludovicus de Pausa et magister Petrus Alardi, collegii de Dainvilla Parisius fundati preceptor, comparentes supplicarunt ad examen future licencie cum admissis recipi; et ipsis ad partem retractis, super eorum supplicacionibus concluditur quod, quia prefatus religiosus alias et in novissimis licenciis ad examen receptus extitit quamvis propter impedimentum superveniens non perseveraverit, admittetur, et pariter prefatus Alardi, quia per inspectionem suarum minorum cedularum constitit habere tempus sufficiens pro perveniendo ad examen licencie. Quam conclusionem ipsis revocatis intimavi; juramenta eciam solita pro majoribus cedulis conficiendis prestiterunt, et in mandatis habuerunt ut deferrent infra diem aperture examinis, que propter crastinum Purificacionis Beate Marie prorogata extitit ad mercurii sequentem. [30 Janvier.

Ipso die, injungitur magistro Claudio Poculoti, quod ab heredibus def(f)uncti domini Henrici Thibonlt habeat recuperare sac[c]um et processum Facultatis contra illos de Aurelianis, penes eumdem def(f)unctum, dum viveret, existens. Injungitur eciam michi quod ab heredibus def(f)uncti magistri Guillermi de Melun recuperentur munimenta Facultatis seu processus, si quos habeant contra nonnullos qui gradum licencie receperunt Aurelianis, et de pensione scolarum ac aliis juribus Facultatis minime satisfecerunt.

Eodem die, concluditur quod littere Facultatis, per dominum Ambrosium in facie collegii tradite, in cartulario transcribentur expensis Facultatis; quo facto, originalia reponentur in archa, et cartularius penes decanum remanebit ad ejus instructionem de juribus Facultatis [1].

Februarius. — Die quinta mensis Februarii, post missam Facultatis, domini procèdere ceperunt ad examen, et facta per me collacione, solito more fuit facta cuilibet baccalario distribucio textus et glose ad suas lectiones componendas, et eis assignata dies jovis post Cineres ad veniendum pro premissis lectionibus recitandis. [5 Février.

Die IX mensis Februarii, discretus vir Joachinus de Cavenieres, examine premisso, fuit admissus ad gradum baccalariatus et lecturam, fuitque cum eo dispensatum super harenga facienda, propter ejus instantem recessum ad curiam Romanie (*sic*), prout asseruit, et pro bursis solvit tria scuta, necnon prestitit juramenta consueta. [9 Février.

[1] En marge, de la main de Gaguin : *Nota de litteris redditis per dominum Ambrosium.*

[13 Février.] Die jovis XIII mensis Februarii, fuit collegium post missam Facultatis in camera (f° 90 r°) examinis congregatum, et in eo comparuerunt discreti viri Thomas Dagier. . .[1], supplicantes admitti ad examen future licencie cum ceteris jam receptis. Super quorum supplicacionibus concluditur, visis eorum cedulis minoribus et alterius littera gradus baccalariatus, quod admittentur, et ipsis injunctum extitit quod componant suas majores cedulas et infra octavam penes singulos dominos deferant.

[14 Février.] Die veneris XIIII mensis Februarii, Albertus Loelbin, dyocesis Spiren(en)sis, examine premisso, extitit admissus ad gradum baccalariatus et lecturam, necnon prestitit juramenta apud cameram examinis in facie Facultatis, solvitque pro bursis tria scuta auri.

[17 Février.] Die lune XVII mensis Februarii, Facultas super duobus articulis apud Sanctum Mathurinum congregata deliberavit quod littere in novissima congregacione Universitatis ad instanciam domini Ambrosii de Cambray, cancellarii Parisiensis, concesse expedientur et sigillabuntur sigillo Universitatis, quodque in recusacione aut dilacione domini rectoris aut aliorum habencium claves arche sigilli levabuntur sere, et nichilominus, casu quo dominus rector dictam conclusionem Universitatis execucioni mandare differret aut recusaret, Facultas ab ejus obediencia se substraxit et ex nunc se substrahit.

Ipso die, frater Philippus Basière [*in marg.* : Baisière], religiosus Sancti Lanomari de Blesis, ordinis S. Benedicti, Carnotensis dyocesis, examine premisso, extitit ad gradum baccalariatus et lecturam admissus, et pro bursis solvit duo scuta cum dimidio unius, et prestitit juramenta.

[19 Février.] Die mercurii XIX mensis Februarii, fuit sigillata nominacio pro fratre Guillermo Tabourelli, et pro sigillo solvit scutum receptori.

[20 Février.] Die jovis XX mensis Februarii, post missam Facultatis, in collegio, Johannes[2]

[1] Le nom du second candidat est resté en blanc.

[2] Le prêtre Jean Nicolas (ou Nicolaï?), Parisien, maître ès arts et licencié en Décret, figure à six reprises dans les *libri nominationum* de l'Université de Paris. En 1495, il se présente à la collation des évêque, chapitre et archidiaconé du Mans (*Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 91); — en 1496, sous le rectorat de Michel Miffault, il se présente à la collation des évêque et chapitre de Paris et à celle des évêque et chapitre de Chartres (*ibid.*, fol. 312); — en 1497, sous le rectorat de Jean Maignen, il se présente de nouveau à la collation des évêque et chapitre de Paris et à celle de l'abbé de Saint-Victor-lez-Paris (*ibid.*, vol. 50, fol. 17); — en 1498, il se présente pour la troisième fois à la collation des évêque et chapitre de Paris et à celle du prieuré de La Charité-sur-Loire (*ibid.*, fol. 42 v°); — en 1499, sous le rectorat de D. Lebègue, il se présente à la collation de l'abbé du Bec-Helluin et à celle des évêque et chapitre d'Amiens (*ibid.*, fol. 78); — en 1510, sous le rectorat de Louis Rogier, il est curé de Saint-

Nicolay et Johannes de Ruel[1], de Parisius, premisso examine, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus et lecturam, et pro bursis solverunt quilibet tria scuta, et dimidium scuti pro gracia facta de non invitando per singulas domos dominorum ut eorum harenge vellent interesse.

Martin-au-Marché de Meaux, chapelain de la chapellenie fondée dans l'église paroissiale de «Dousruot» au diocèse d'Amiens, «primarius» du collège de Fortet, et se présente à la collation du prieuré de Saint-Remy de Braisne, de l'Ordre de Saint-Benoît, au diocèse de Soissons (*ibid.*, vol. 51, fol. 19).

A la même époque, on rencontre dans les registres du Châtelet un autre maître Jean Nicolas, héritier du feu maître Anthoine Nicolas, procureur en Parlement, qui, le 19 août 1499, est condamné avec sa femme, Claude de Candeville, «comme detenteurs et proprietaires d'une maison au carefourt S. Severin, où pend le *Croissant*, à payer et continuer à honorable homme Jehan Finot, notaire au Chastellet, deux escus d'or de rente que dès le jeudy 3 octobre 1482 ledit deffunt m. Anthoine Nicolas avoit assignée à prendre sur ladite maison». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 288. — Dans les mêmes registres, on lit, à la date du 8 février 1499 [1500]: «Honorable homme et sage m. Jehan Nicolas, licencié es loix, a esté receu advocat et a choisy son lieu du costé de la Tournelle.» *Ibid.*, p. 329.

Il n'est guère douteux que le bachelier de 1483 ne soit celui de ces deux personnages qui figure dans les registres de l'Université.

[1] On l'appelait Jean de Rueil le jeune, pour le distinguer de son père, qui portait le même prénom que lui. Le 27 février 1482 [1483], c'est-à-dire exactement sept jours après sa réception au baccalauréat en Décret, «honorable homme et sage m. Jehan de Rueil le jeune, bachelier en loix, a esté receu advocat [au Chastelet]». *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 287. — Le 16 juillet 1488, «... Jehan de Rueil le jeune, licencié en Decret, [est] receu et institué en possession et saisine de l'office d'auditeur au Chastellet au lieu de m. Jehan de Rueil l'aisné, son père, en vertu de lettres données à Angers le 6 juillet dernier», et le 21 août suivant, il est «institué conseiller du Roy au Chastellet au lieu de m. Jehan de Rueil, son père...». *Ibid.*, p. 363 et 366. — La succession de ce dernier donna lieu à un procès dont la première mention se trouve dans les registres du Châtelet, à la date du 27 avril 1491 : «Honorable homme et sage m. Pierre Parent, notaire et secretaire du Roy, changeur du Tresor, Claude [Herbelot], sa femme, Raouline la Corne, Christophle Herbelot, Hugues de Neufville, la veufve feu Jehan Hue et la veufve feu Jehan Lombart, qui ont fait proceder par voye de scellé et de garnison en l'hostel de feu m. Jehan de Rueil, conseiller et auditeur au Chastellet, assis en la rue des Deux Escus, d'une part, et damoiselle Jehanne Piedefer, veufve dudit feu m. Jehan de Rueil, en son nom et comme executeresse du testament dudit deffunt, requerant la levée dudit scellé et garnison, dit [est] que ledit scellé fait par m. Pierre Turquant, examinateur, tiendra, et les autres coffres seront aussy scellez, et vuidera la garnison.» *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 50: cf. p. 51, 53, etc. — Jean de Rueil l'aîné laissait, outre son fils et deux filles déjà mariées, deux mineures, dont le nouveau chef de famille fut nommé tuteur le 7 mai 1491 : «Au tesmoignage de damoiselle Jehanne Piedefer, veufve feu m. Jehan de Rueil, auditeur au Chastellet, mère, m. Jehan de Rueil, son fils, conseiller et auditeur au Chastellet, frère, m. Jacques Disome et m. Robert Hector, [advocats en Parlement], frères à cause de leurs femmes, sire Simon de Neufville, receveur de Paris, cousin, m. Jacques Piedefer, oncle maternel, m. Jehan Baudry, cousin germain à cause de sa femme du costé maternel, m. Robert Piedefer, cousin maternel, m. Jean de Montmirail, cousin maternel, et Jehan Sanxon, orfèvre, cousin paternel, à cause de sa femme, de Catherine et Genevieve de Rueil, enfans mineurs dudit deffunt et veufve, ont esté nommez tuteurs ladite veufve et Jehan de Rueil.» *Ibid.*, p. 53. — Le 28 mai 1494, «Jehan de La Croix, notaire et secretaire du Roy [est] renvoyé ès requestes en la cause qu'il a contre Jehan de Rueil, auditeur et conseiller, et damoiselle Jehanne de Neufville, sa femme». *Ibid.*, p. 235. — Le 20 octobre suivant, «honorable homme et sage Jehan de Rueil, conseiller du Roy et auditeur au Chastellet, emancipe Jehanne, sa fille, aagée de 5 ans; curateur, le père». *Ibid.*, p. 243. — Le 6 février 1494 [1495], «honorable homme m. Jehan Catin, advocat en Parlement, et sire Hugues de Neufville, vendeur de poisson de

[21 Février.] Die veneris XXI mensis Februarii, dominus Ambrosius de Cambray pro juribus cancellarie tuendis adversus theologos ad curiam Regis declinavit.

[26 Février.] Die XXVI mensis Februarii, fuit sigillata littera nominacionis pro fratre Nicolao Britonis, Carnotensis dyocesis, ordinis S. Benedicti, qui pro sigillo solvit scutum receptori.

Ipso die, premisso examine, fuerunt ad gradum baccalariatus et lecturam recepti et admissi Guichardus Aiguetani, Lugdunensis dyocesis, et Johannes Guiberti[1], ejusdem dyocesis, qui pro bursis solverunt quilibet tria scuta auri.

[27 Février.] Die penultima mensis Februarii, fuit missa et collegium apud cameram exa-

mer es halles de Paris, ont certifié, tesmoigné et affirmé qu'ils ont bonne cognoissance de honorable homme et sage m. Jehan de Rueil, conseiller du Roy et auditeur des causes du Chastellet, et qu'il est soullisament possesseur de biens immeubles jusques à la valeur de mille l. par.; dont honorable homme sire Simon de Neufville, *receveur de Paris*, a requis lettres». *Ibid.*, p. 251. Simon de Neufville, qui était peut-être le propre beau-père de Jean de Rueil, demandait ce témoignage solennel pour lui céder sa charge; en effet, nous voyons que, le 31 août 1500, «honorable homme et sage m. Jean de Rueil, licencié ès loys, *receveur ordinaire de Paris*, a pouvoir de reparer une maison qu'il a au village de Montmagnie [auj. Montmagny, Seine-et-Oise, arr. de Pontoise, canton de Montmorency]». *Ibid.*, p. 383. Et le 27 janvier 1500 [1501], «noble homme et sage m. Pierre Parent, tresorier de France, qui a fait proceder par voye d'arrest sur les loyers deus aux heritiers de feu m. Jehan de Rueil [l'aisné], auditeur aux causes et conseiller au Chastellet, par Mons. maistre Jehan le Cocq, conseiller au Parlement, à cause de la maison en laquelle ledit le Cocq est demourant, appartenant à la succession dudit de Rueil, contre noble homme m. Jehan de Rueil, receveur de Paris, tuteur de Genievefve de Rueil, sa seur, heritière dudit feu Jehan de Rueil, son père, opposant: dit est, après que honorable homme et sage m. Nicolle Godin, licencié es loix et auditeur des causes audit Chastellet, s'est constitué plége et caution pour ledit de Rueil de la somme de onze vingts livres, que lesdits loyers seront rendus audit de Rueil». *Ibid.*, p. 422. Nicole Godin avait sûrement succédé à Jean de Rueil lorsque celui-ci avait lui-même pris possession de la succession de Simon de Neufville comme receveur de la ville de Paris. — Lors de son décès, Jean de Rueil était lieutenant civil de la prévôté de Paris, charge dans laquelle il remplaça Jean Alligret. Le 28 novembre 1513, «Pierre Talon, marchant bourgeois de Paris, [plaide] contre m. Charles Michon, conseiller et tresorier de France, tuteur des enfans mineurs de feu noble homme et sage m. Jehan de Rueil, lieutenant civil de la prevosté de Paris, et de Jehanne de Neufville, sa femme; qui est condamné, audit nom de tuteur, de laisser par rachapt XL livres de rente restans de XLV livres que lesdits mineurs ont droit de prendre sur une maison rue de la Grant Truanderie, appartenant audit Talon». *Ibid.*, p. 229. — Nous avons vu Jean de Rueil propriétaire à Paris et à Montmagny; il possédait encore, semble-t-il, un autre immeuble dans les environs de Paris : le 19 septembre 1499, se présente au Châtelet «honorable homme et sage m. Jehan de Rueil, seigneur de Chasteau de Mail près Argenteuil, qui a fait proceder par voye d'arrest sur les fruits d'une vigne assise près ledit Chasteau, appartenant à honorable homme Pierre Ferret, bourgeois de Paris; après que Jacques Jullien, marchant bourgeois de Paris, s'est constitué caution jusques à la somme de XX l. par., dit est que ledit Ferret despouillera». *Ibid.*, p. 296. — Notons enfin que Chevillard signale un «Jean de Ruel, auditeur des Comptes, échevin en 1485, conseiller de ville en 1500». *Franç.* 11746, fol. 35 et 94.

[1] Maître Jean Guibert, licencié en Décret, se présente, en 1497, sous le rectorat de Jean Maiguen, à la collation de l'abbé de Saint-Martin d'Ainay et à celle de l'abbesse de Saint-Pierre-aux-Nonnains, à Lyon. *Archives de l'Univ. de Paris*, vol. 50, fol. 11.

minis congregatum, in quo concluditur, propter controversiam super cancellaria inter dominum Ambrosium et theologos exortam, quod licenciandi quamcicius erant examinandi, ut presentari possent ad licenciam, priusquam cancellarie dignitas sequestretur.

Marcius. — Die tercia mensis Marcii post meridiem, omnes domini, apud cameram examinis congregati, super admissione vel repulsione baccalariorum examinatorum in medium posita, deliberaverunt quod eis placebat cum ipsis examinatis misericorditer procedere et omnes ad munus licencie recipe[re] seu admittere, salvis juribus Facultatis. [3 Mars.]

Die quarta mensis Marcii, discretus vir Franciscus Tenaudi, Mal[l]eacensis dyocesis, examine premisso, extitit admissus ad gradum baccalariatus et lecturam, et pro bursis solvit duo scuta cum dimidio. [4 Mars.]

(F° 90 v°.) Die mercurii quinta Marcii, hora quarta post meridiem, in domo quondam domini Dyonisii le Herpeur, dominus Stephanus de Veterivilla et ego decanus domino et magistro Berengario Mercatoris, vicecancellario, decem baccalarios in rotulo aperto, prout sedebant in aula examinis, descriptos, tanquam dignos munere licencie juris canonici, brevi collacione per me habita, presentavimus cum instancia supplicando quatinus illos quamcicius facultas se offerret, expedire vellet ac dignaretur. Qui quidem vicecancellarius benigne recepit et admisit presentacionem antedictam, et declaravit quod dominus Ambrosius de Cambray cancellarius in suo recessu sibi dederat in mandatis quod in omnibus et per omnia complaceret Facultati, prout facere intendebat, et ipsos presentatos quamcicius expedire. [5 Mars.]

Die jovis sexta mensis Marcii, in collegio post missam Facultatis celebrato, domini legentes supplicarunt quod possent more solito impetrare litteras monitorias pro collecta eorum consequenda; quorum supplicacioni fuit obtemperatum. [6 Mars.]

Eodem die, discreti viri Johannes de Canibus, Trecensis dyocesis, et Matheus Mercade [*in marg.* : Marcade], Rothomagensis dyocesis, premisso examine, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus et lecturam, ac pro juribus Facultatis solverunt quatuor scuta cum dimidio, videlicet de Canibus duo cum dimidio, et Mercade duo tantum, propter paupertatem; prestiterunt quoque juramenta consueta.

Anno Domini M CCCC octuagesimo secundo, die decima mensis Marcii, hora septima de mane, omnibus dominis doctoribus per cedulam apud cameram examinis convocati[s] ad componendum rotulum licenciandorum, cum matura deliberacione, insequendo tenorem suorum statutorum, licenciandos decem in [10 Mars.]

IMPRIMERIE NATIONALE

numero, prout inferius describuntur, collocaverunt, et rotulum duplicatum more consueto fieri fecerunt, quorum alter domino cancellario Parisiensi seu ejus commisso presentandus, tribus sigillis seu signetis dominorum, videlicet dominorum de Veterivilla, Roberti Gaguin et mei decani, extitit obsignatus; reliquus vero, in manibus meis manens, tantum sigillo decanatus fuit obsignatus, ad comparacionem faciendam in evocacione licenciandorum et sciendum si aliquid de ordine per dominos assignato esset per cancellarium aut alium immutatum.

Ipso die, hora nona de mane, post juramenta consueta per dictos licenciandos prestita, ex ecclesia Sancti Johannis Jherosolimitani egressa est Facultas cum ipsis licenciandis, precedentibus majoribus ac minoribus bidellis, baccalariis et sequente turba plurima, et cum gravitate magna processit usque ad ecclesiam Nostre Domine Parisiensis, ubi Beate Marie salutacione facta, dominus generalis et ego cum eo, precedente majori bidello, ad locum habitacionis def(f)uncti magistri Dyonisii le Herpeur, quondam Parisiensis cancellarii, ubi erat dominus et magister Berengarius Mercatoris, declinavimus, sibique rotulum per Facultatem compositum, dictis tribus sigillis obsignatum, presentavimus, requirendo ut clausum tenere vellet quousque in aula reverendi in Christo patris domini episcopi Parisiensis ad vocacionem licenciandorum faciendam aperiretur. Qui quidem Mercatoris, pro vicecancellario se gerens in absencia domini cancellarii, eo pacto rotulum ipsum recepit, dicens quod in omnibus erat paratus complacere Facultati, sed quod unus licenciandorum, vocatus Vernerus, erat excommunicatus majori excommunicacione, prout sibi constiterat per litteras domini officialis Parisiensis : quare non intendebat eum licenciare nisi primitus foret absolutus; (et) quem ad cautelam absolvit quoad presentem actum licencie, prius data caucione per eumdem Vernerum de stando juri et satisfaciendo parti. Deinde vero ad aulam predictam, ubi erat Facultas cum suis licenciatis, accessimus, et, paulo facto intervallo, supervenit dictus vicecancellarius, (F° 91 r°) qui dictum rotulum conclusum et obsignatum tradidit majori bidello Facultatis, ut eidem Facultati presentaret ad videndum si rotulus fuisset reseratus aut non, prout fuit presentatus; et, visitacione facta, repertus extitit inviolatus et intactus, illoque reserato et aperto, dictus bidellus licenciandos vocavit ordine sequenti [1].

Et sic fuit adopcio dominorum novissimorum licenciatorum facta, quia domini de Corcellis, Tullen et Junii prima opcione per eos facta incontinenti recesserunt, nullo pro eis onerato qui dictos dominos adoptaret. Facta autem vocacione licenciandorum, omnes ordine quo vocati fuerunt ex banca posteriori ad bancam positam ad oppositum dicti subcancellarii accesserunt, et postquam in locis suis sedentes steterunt, idem subcancellarius, paulo intervallo facto, oracionem disertissimam et facundissimam habuit. Qua finita, dictis licenciandis discopertis et

[1] Voir plus loin, p. 54.

genibus flexis munus licencie in jure canonico cum benedictione dedit, presentibus domino rectore Universitatis Parisiensis, abbatibus, prelatis, doctoribus, licenciatis et bachalariis signanter Facultatis Decretorum, ac aliis quamplurimis personis assistentibus et actum ipsum decorantibus. De quibus ego decanus a magistro Johanne de Vado, notario publico, pecii instrumentum. Deinceps vero domini cum suis licenciatis ex aula ubi fuit actus celebratus deorsum ordinate descenderunt, et ad inferiorem cap(p)ellam domini episcopi Parisiensis declinarunt, ubi prefati licenciati per organum magistri Ricardi le Gros dominis presentibus et toti collegio de penis, vac(c)acionibus et laboribus assumptis graciarum actiones reddiderunt.

Die martis xi mensis Marcii, fuit sigillata littera nominacionis pro magistro Leonardo de Lastur [l. Lastic], dyocesis Sancti Flori, qui pro sigillo solvit scutum auri. [11 Mars.]

Die mercurii xii mensis Marcii, fuit sigillata littera nominacionis pro fratre Stephano de Nyceyo, in Decretis licenciato, qui pro sigillo solvit scutum auri. [12 Mars.]

Die jovis xiii mensis Marcii, missa et collegium celebrantur, et supplicat dominus preceptor Sancti Johannis Jherosolimitani, per organum alterius suorum religiosorum, quod de summa viginti librarum, ut dicebat, debita pro locagio scolarum, quas Facultas titulo locati tenet, sibi fiat satisfactio. Cui responsum extitit quod, quamcicius fieri poterit, fiet sibi satisfactio. [13 Mars.]

Die sabbati xv mensis Marcii, de mane, fuit sigillata littera gradus pro magistro Vernero Vernuscher, in jure canonico licenciato, qui pro sigillo solvit scutum auri majori bidello. [15 Mars.]

(F° 91 v°.) Ipso die, fuit sigillata littera gradus pro magistro Richardo le Gros, qui solvit pro sigillo scutum auri, positum in manibus majoris bidelli.

Die jovis xx mensis Marcii, missa et collegium celebrantur, et concluditur quod bidelli pro suis juribus licencie preterite habebunt collectam scolarum Facultatis pro anno currenti et quatuor auri scuta, que sunt in manibus magistri Johannis de Vado, provenientia ex sigillis quatuor litterarum novissime sigillatarum. [20 Mars.]

Die ipso, fuit admissus ad gradum baccalariatus et lecturam Johannes Gennart[1], dyocesis Meldensis, qui pro bursis solvit duo scuta auri cum di[mi]dio unius.

[1] Le 29 octobre 1488, «Jehan Gennart, licencié ès loix, institué advocat au Chastellet, a fait serment». *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 371. — Un de ses parents et homonymes, «honorable homme Jehan Gennart, marchant de Rosay en Brie [auj. Rozoy-en-Brie, Seine-et-Marne], fils et heritier de feu Jehan Gennart, marchant bourgeois de Paris, [plaide] contre Pierre Buisson, cousturier à Armez [Hermé], pour raison de xvi s. par. de rente». *Ibid.*, vol. 765, p. 260.

[22 Mars.] Sabbati, vigilia Dominice in Ramis Palmarum, dominus Robertus Tulleu legit Decretalem *Omnis utriusque sexus* in majoribus scolis Facultatis, et intravit scolas hora quinta, necnon egressus est hora septima de mane, et ad ejus lecturam solemnem audiendam convenit multitudo audiencium copiosa.

[28 Mars.] Die XXVIII mensis Marcii, fuit sigillata littera nominacionis pro magistro Matheo Marcade, qui pro sigillo tradidit scutum magistro Johanni de Vado.

Die . . . . .[1], dominus Ambrosius de Cambray ex curia Regis reversus Parisius ap[p]licuit.

[6 Avril.] Aprilis. — Die dominica sexta mensis April(l)is, Facultas post meridiem apud dominum Johannem de Corcellis extitit, super duobus articulis congregata : primus, ad providendum lecture instantis extraordinarii ; secundus erat super supplicacionibus et injuriis. Quoad primum articulum, nichil pro tunc fuit conclusum, sed totum extitit remissum ad aliam congregacionem super hoc articulo celebrandam, propter absenciam dominorum Roberti Tulleu, Andree Wasselin et Roberti Gaguin. Quoad secundum articulum, super supplicacione bidellorum, qui remonstrari fecerunt quod ex licencia novissime celebrata non fuerant sufficienter assignati, ordinavit Facultas quod ex denariis Facultatis haberent quindecim scuta, videlicet major bidellus decem, et alter quinque.

Eodem die, dominus Ambrosius de Cambray ex Parisius recessit et ivit ad curiam Regis.

[10 Avril.] Die jovis X(i) mensis Aprilis, missa et collegium apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum celebrantur, et in collegio vocatis supplicantibus, personaliter comparuit magister Karolus de Altobosco, secundus legens de mane, qui inter cetera narravit quod sine detrimento sue salutis corporalis et gravi prejudicio sui status peramplius onus secunde lecture matutinalis ferre non valebat, supplicans cum humilitate ut Facultas pro tempore preterito vellet eum habere sup[p]ortatum et pro tempore futuro ipsum ab onere dicte lecture exonerare, sibique licenciam concedere hujusmodi lecturam dimittendi. Cujus supplicacioni annuit Facultas.

Eodem die, premisso examine, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus et lecturam Nicolaus de Hersteyn, Maguntinensis, et Johannes de Trarbach, Treverensis dyocesum, qui pro bursis et dispensacione non faciendi harengam propter eorum repentinum recessum, solverunt quinque auri scuta, videlicet quilibet eorum duo scuta cum dimidio, et prestiterunt juramenta consueta.

[1] La date est restée en blanc.

Ipso die, et incontinenti post, magister Stephanus Bude[1], de Parisius, in legibus licenciatus et qui de gradu licencie litteratorie docuit, absque examine admissus extitit ad gradum baccalariatus et lecturam juris canonici; prestitit quoque juramenta, et pro bursis solvit tria scuta. [11 Avril.]

(F° 92 r°.) Die jovis XVII(I) mensis Aprilis, post lecturam dominorum, missa et collegium in loco solito celebrantur, nichilque scriptura dignum expeditur. [17 Avril.]

Die XXIII mensis Aprilis, post missam Facultatis de more celebratam, fuit collegium in loco solito congregatum, et vocatis supplicantibus, comparuerunt magistri Guychardus Vygnetani et Johannes de Canibus, supplicantes pro litteris nominacionum habendis; que fuerunt ipsis concesse. [24 Avril.]

Die XXVI mensis Aprilis, fuerunt sigillate hine littere nominacionum pro dictis magistris Guichardo Aignetani et Johanne de Canibus, qui pro illis solverunt quilibet unum scutum. [26 Avril.]

Die XXIX mensis Aprilis, fuit sigillata littera gradus pro Nicolao de Hersteyn, Maguntinensis dyocesis, qui pro sigillo tradidit scutum majori bedello. [29 Avril.]

Die ultima mensis Aprilis, missa et collegium de more celebrantur, et a dominis presentibus concluditur quod obitus quondam bone memorie domini Johannis Chuffart differetur usque ad secundam missam, propter festum Ascensionis Domini, quod erit eo die quo idem obitus celebrari consuevit et in kalendario Facultatis describitur[1]. [30 Avril.]

Maius. — Die septima mensis Maii, post missam Facultatis, collegium in cap(p)ella Sancti Johannis Jherosolimitani extitit congregatum, et in eo concluditur quod convocetur Facultas per cedulam ad providendum lecture solemnis Decretalis in vigilia Penthecostes instantis faciende, cujus onus dominus Ambrosius de Cambray, nunc a civitate Parisiensi notorie absens, (onus) habebat. [7 Mai.]

Die Ascensionis Domini, que fuit octava mensis Maii, Facultas, in egressu vesperorum Nostre Domine Parisius, penes dominum Johannis de Corcellis extitit super duobus articulis congregata : primus erat ad providendum instantibus lecturis extraordinarii et Decretalis doctoralis in vigilia proxima Penthecostes; secundus communis, super sup[p]licacionibus et injuriis. Quoad primum arti- [8 Mai.]

[1] Cf. ci-dessous, p. 57. — [2] C'est-à-dire le 8 mai.

culum, concluditur quoad lecturam dicte Decretalis, cujus dominus Ambrosius de Cambray habebat onus legendi, quod, attenta ejus absencia, primus post eum veniens, videlicet ego decanus, haberem legere, et pariter extraordinarium proximum, eo quod novi doctores consueverunt et tenentur bina vice ipsum extraordinarium legere, semel pro jocundo adventu, et iterum ordine suo; quodque post me leget dominus generalis, et sic consequenter, ordine retrogrado procedendo, usque ad dominum de Corcellis, qui propter gratuita servicia Facultati impensa et senium alias a lecturis doctoralibus extitit excusatus.

[15 Mai.] Die xv mensis Maii, missa et collegium celebrantur, sed nichil annotacione dignum in collegio agitur.

[17 Mai.] Die sabbati, in vigilia Penthecostes, ex ordinacione Facultatis ego R. de Vaccaria legi Decretalem *Cum Mart*[*h*]*e, de celebranda missa*, in majoribus scol(ar)is, in quibus legere cepi hora quinta de mane usque ad septimam inclusive.

[22 Mai.] Die xxii mensis Maii, post missam Facultatis, collegium in loco solito congregatur, ibique concluditur quod in lectura extraordinarii instantis ego, qui sum in turno legendi, possum eligere quos et quot dies michi placuerit ad legendum qualibet septimana; et quia diebus quibus in curia conservacionis plebi[s]citari consuevit, vix dicte lecture possem intendere, ad legendum delegi dies feriarum secunde et sexte.

[30 Mai.] Die penultima mensis Maii, missa et collegium celebrantur.

[5 Juin.] Junius. — Die quinta mensis Junii, in collegio post missam Facultatis de more celebrato, Guillermus Beguyn, Lingonensis dyocesis, examine premisso, fuit admissus ad gradum baccalariatus et lecturam, et pro juribus Facultatis solvit tria scuta, in manibus thesaurarii posita, fuitque dispensatum cum eo, propter calores existentes, quod non iret per singulas domos dominorum ad invitandum eos ut sue harenge velint interesse.

[12 Juin.] Die jovis xii mensis Junii, missa celebratur, et collegium in loco consueto congregatur, ibique concluditur quod domini doctores legent in prima missa celebranda post instans festum Beati Johannis Baptiste.

[18 Juin.] (F° 92 v°.) Die xviii mensis Junii, in collegio post missam Facultatis congregato, recensui qualiter ex ordinacione Facultatis feceram cop(p)iari et transcribi litteras, quartas [*l.* chartas] et titulos eidem pertinentes, et quod paratus eram intendere ad recondendum in archa communi hujusmodi documenta, si placeret Facultati

ad id intendere. Super quo concluditur hoc adhuc esse differendum quousque domini ad id fieri videndum deputandi poterunt intendere.

Die xxvi mensis Junii, post lecturam dominorum missa et collegium celebrantur. [26 Juin.

Jul(i)us. — Die tercia mensis Jul(l)ii, missa Facultatis celebrata, collegium in cap(p)ella Sancti Johannis Jherosolimitani extitit congregatum, nichilque memoria dignum fuit actum. [3 Juillet.

Die decima mensis Jul(l)ii, in collegio post missam Facultatis celebrato, per magistrum Johannem de Vado extitit expositum quod magister Johannes Olivier, baccalarius in Decretis Parisius, desiderabat litteras nominacionis, alias tempore quadragesimali levatas, habere sigillatas de illa data, sed quod decanus de hoc fecerat difficultatem; ideo placeret Facultati eas expediri facere sub illa data. Super quo fuit conclusum quod dictus Olivier veniret in persona supplicaturus, et hoc facto, Facultas ordinaret id quod juris et racionis esset. [10 Juillet.

Die jovis xvii mensis Jul(l)ii, in collegio post missam Facultatis loco consueto celebrato, comparuit magister Johannes Olivier, qui litteras nominacionis, de quibus in ultimo regestro fit mencio, peciit sibi expediri sub data mensis Marcii, novissime dicens et asserens quod illotunc in registro majoris bedelli fecerat registrari hujusmodi litteras in mense supradicto, et quod illotunc per bedellum fuerunt ei expedite, licet non extiterint sigillate. Super quo Facultas interrogavit eumdem bedellum qui premissa medio juramento asseruit fore vera. Quapropter, ejus assercione audita, conclusit quod dicte nominacionis littere sub data premissa expedirentur supplicanti; finitque sigillata xvii mensis predicta littera, et pro sigillo scutum auri solutum majori bedello. [17 Juillet.

Die xxiii mensis Jul(l)ii, missa et collegium celebrantur, sed nichil memoria dignum actum est. [24 Juillet.

Die ultima mensis Jul(l)ii, in collegio post missam Facultatis celebrato, discretus vir magister Johannes Fassier supplicavit pro littera gradus. Que sibi fuit concessa, et eodem die expedita ac sigillata; pro cujus sigilla[cione] solvit scutum auri majori bidello. [31 Juillet.

Augustus. — Die jovis in vigilia Assumpcionis Beate Marie, post missam Facultatis in collegio apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum congregato, recitavi quod, conformiter [ad] alias per Facultatem conclusa, in uno codice fecerant transcribi documenta Facultatis alias tradita per dominum Ambrosium de Cambray, requirendo [14 Août.

dominos ut vellent dare deputatos ad originalia in archa Facultatis recondenda. Super quo domini deliberaverunt quod, priusquam ipsa originalia recluderentur, bonum erat illa visitare et in tergo cujuslibet littere describere substanciam ipsius littere, ut, cum esset opus ex coffro extrahere, possent cicius inveniri absque labore, et hoc facto, ad recondendum hujusmodi documenta dederunt deputatos, dominos scilicet Robertum Tulleu, Stephanum de Veterivilla, generalem, unacum decano.

[21 Août.] Die xx[i] mensis Augusti, post missam Facultatis, domini non ingressi fuerunt cap(p)ellam Sancti Johannis, eo quod erant ex parte Universitatis deputati congregati aput Sanctum Mathurinum, quibus opus erat interesse.

[28 Août.] Die xxvm mensis Augusti, in collegio post missam Facultatis congregato, comparuit dominus Nicolaus de Conty, qui supplicavit recipi ad resumendam regenciam, quam propter absenciam diutinam amiserat. Super qua supplicacione, ipso ad partem retracto, domini presentes concluserunt quod ad deliberandum super hujusmodi supplicacione vocaretur Facultas per decanum.

[3 Septembre.] September. — Die tercia mensis septembris, venerabilis et discretus vir Johannes Guy[1], dyocesis Bisuntinensis et decanus Aurelianensis, examine premisso, receptus extitit ad gradum baccalariatus et lecturam (F° 93 r°), et pro bursis solvit sex auri scuta; fuitque cum eo dispensatum super non invitacione dominorum per singulos domos eorum pro harenga, et prestitit juramenta consueta.

[4 Septembre.] Die jovis quarta mensis Septembris, Dyonisius le Gay, creatus in bedellum domini Andree Wasselin, prestitit juramenta que solent prestari per minores bedellos.

Eadem die, post missam Facultatis, dominus Nicolaus de Conty, in collegio per cedulam evocato ad deliberandum super supplicacione alias per eum facta, comparuit et suam supplicacionem refricavit, petens instanter admitti ad regenciam resumendam. Super qua supplicacione ego decanus, qui solus in congregacione comparui, sibi dedi responsum quod ego solus eum admittere non auderem inconsulta Facultate, sed quod de iteracione sue supplicacionis regestrum conficerem, et, si vellet, iterum Facultatem per cedulam super sua supplicacione convocarem. Qui michi respondit quod in prima missa compareret et interim apud dominos instaret quod ad ipsam missam comparerent super sua supplicacione deliberaturi.

[1] Jean Guy, né aux environs d'Orléans, devint doyen du chapitre de cette ville en 1482 et n'exerça ses fonctions que pendant un an. Cf. *Gallia Christ.*, t. VIII, col. 1509. — On lit dans les registres du Châtelet, à la date du 1er février 1499 [1500] : « Venerable et discrète personne m. Jehan Guy, licentié en Decret, archidiacre de Pithiviers en l'eglise d'Orleans, curé de la Selle, diocèse de Tours, escolier à Paris, contre messire Aymar de Prie; dit est que la cause d'entre les parties renvoyée pardevers nous y demeurera. » *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 327.

Die Nativitatis Beate Marie, post missam Facultatis, Johannes Carbonnel[1], dyocesis Atrebatensis, examine premisso, fuit admissus ad gradum baccalariatus et lecturam, prestititque juramenta consueta, et pro bursis solvit duo scuta cum dimidio. [8 Septembre.]

Die jovis XI mensis Septembris, post missam Facultatis, collegium extitit congregatum, et in eo comparuerunt domini Johannes de Corcellis, Ambrosius de Cambray, Nicolaus de Conty, Robertus Tulleu, Andreas Wasselin, Robertus Gaguin, et ego cum ipsis, ponens in medium quod major bidellus Facultatis retulerat michi quod quidam religiosus, pro magistro collegii Majoris Monasterii Parisius se gerens, in ipso collegio, singulis diebus, hora sexta de mane, legebat Decretales, sic quod scolares a lectura matutinali distrahebat et ordinarium impediebat, contra inhibiciones alias sibi factas ex parte domini rectoris Universitatis Parisiensis ad instanciam decani et collegii Facultatis Decretorum. Super [quo] concluditur quod decanus cum aliquibus de dominis adibit dominum rectorem modernum et ex parte Facultatis requiret eumdem ut inhibiciones alias factas dicto religioso velit renovare, cum adjectione magnarum penarum casu quo contrarium facere presumeret, et si propter ipsas inhibiciones noluerit cessare, quod adversus eumdem religiosum capiatur casus novitatis et possessiones eliciantur cum consilio domini de Corcellis. [11 Septembre.]

Ipso die, dominus generalis in collegio retulit quod magister Ludovicus Poulain[2], collegii de Plesseyo magister, ei conquerendo exposuerat quod bursarii dicti collegii, contra statuta ejusdem collegii relicta Facultate, se transferebant Aurelianis ad gradus suos in jure canonico recipiendos, petens circa hoc provideri. Super quibus concluditur quod decanus se informabit de tenore statutorum dicti collegii et nominibus bursariorum qui, ut prefertur, suos gradus alibi receperunt, ut referat Facultati, que tunc providebit prout videbitur expedire.

Eodem die, Johannes de Pintavilla[3], fratres Nicolaus Louchart, de Parisius,

[1] C'est sans doute de lui qu'il s'agit dans la mention suivante des registres du Châtelet, à la date du 5 juillet 1485 : «M. Jehan Carbonnel, licencié ès lois, a esté receu advocat.» *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 328.»

[2] Il est prénommé *Jean*, et non *Louis*, dans les registres du Châtelet, à la date du 10 mai 1491 : «Jehan Poulain, marchant de Chinon, frère et heritier seul de feu m. *Jehan Poulain, maistre du collège du Plessis à Paris*, contre honorable homme m. Jehan Constant, procureur en Parlement, Nicolle Charpentier, prestre, procureur dudit collège, et François Poulain, executeur du testament dudit deffunt, à ce que lesdits executeurs soient condamnez à delivrer audit Poulain le reliqua des biens meubles demeurez du decez dudit Poulain. Dit est que lesdits executeurs bailleront et delivreront audit Poulain, marchant, le reste desdits biens.» *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 53.

[3] Jean de Pinteville, sieur de Moncetz et de Villers-aux-Corneilles, licencié ès lois, était devenu chanoine, archidiacre et official de l'église Saint-Étienne de Châlons en 1509; il fut inhumé «à l'entrée du chœur de ladite église, du côté de la grande rue». Il était l'un des fils de Nicolas dit «Collet» de Pinteville, écuyer, seigneur de Revigny-

IMPRIMERIE NATIONALE.

et Cornelius Witen, examine premisso, fuerunt ad gradum baccalariatus et lecturam recepti, et solverunt pro bursis dicti Johannes et Cornelius, quilibet tria scuta auri, dictus vero Louchart, duo scuta cum dimidio. De quibus denariis Facultas ordinavit sex scuta pro satisfactione pensionis scolarum Sancti Johannis Jherosolimitani; que ego tradidi magistro Claudio subbedello, et residuum, ascendens ad quinque scuta, fuit partitum inter dominos.

[15 Septembre.] Die lune xv mensis Septembris, discretus vir Johannes de Ruella, in artibus magister, Belvacensis dyocesis, examine premisso, fuit admissus ad gradum baccalariatus et lecturam; prestitit quoque juramenta consueta, et pro bursis solvit duo scuta auri cum dimidio.

Eodem die, hora secunda post meridiem, domini Nicolaus de Conty, Robertus Gaguin et ego (F° 93 v°) dominum rectorem Universitatis in collegio Sancte Barbare [convenimus], et eidem intimavimus ex parte Facultatis quod quidam religiosus, pro magistro collegii Majoris Monasterii se gerens, contra statuta Universitatis et Facultatis Decretorum, hora sexta de mane et dum ordinarium legebatur, in camera una collegii privatim Decretales inceperat legere et scolares a lectura matutinali distrahere in grave prejudicium ipsius Facultatis; que instanter requirebat ut religiosus ipse mandaretur, sibique fierent inhibiciones ne amplius taliter legere presumeret, prout alias eidem religioso et pluribus aliis extra Clausum Brunelli Decretales legere volentibus fuerat prohibitum. Quod liberaliter fecit prefatus dominus rector; et postquam premissa per dictum religiosum presumpta fieri non debere remonstravit, dictas inhibiciones fecit eidem religioso, qui, quamvis prima facie dixerit quod non cessaret et quod ab inhibicionibus sibi factis appellabat, tamen post plures remonstraciones quas singuli dominorum fecerunt ipsi religioso, cessare promisit et nichil amplius in prejudicium nostre Facultatis velle attemptare. De qua responsione ego nomine Facultatis litteras sub sigillo Universitatis domino rectori requisivi.

[18 Septembre.] Die jovis xvii[i] mensis Septembris, post missam Facultatis, in collegio loco solito congregato concluditur quod super abusu scolarium collegii de Plesseyo, qui

en-Barrois, et de Jacquette Erard, dame de Moncetz-lez-Surry. (Bibliothèque nation., *Pièces orig.*, vol. 2287, dossier Pinteville, pièce 65.) — Dans la *Genealogie de Pinteville, seigneurs de Moncetz, de Vaugency et de Cernon-en-Champagne; originaires de Lorraine, produite par devant..... Mgr de Caumartin, intendant en Champagne, au mois de fevrier 1670*, on trouve la mention suivante : «Partage du 18 janvier 1509, signé de Pars et Marin, tabellions à Chaalons, donné par damoiselle Jacquetet Errard, veuve de noble Collet de Pinteville, à Mre Jean de Pinteville, chanoine de l'église de Chaalons, et à Claude de Pinteville, escuyer, ses enfans, de la vicomté de Germinon et des terres et seigneuries de Moncetz, des Ist[r]es et de Bury, lesquelles luy appartenoient pour moitié, et dont l'autre luy estoit échuë par la mort de damoiselle Jacquette [*lire* Marguerite] Errard, sa sœur, veuve d'Estienne de Paris, escuyer, seigneur de Flavigny.» *Ibid.*, pièce 69.

contra statuta fundatorum negligebant infra tempora eis prefixa recipere gradus suos in jure canonico, et qui, Universitate Parisiensi relicta, ad Universitates peregrinas declinabant, fiet querimonia in Universitate ut hiis abusibus provideat.

Die xxii mensis Septembris, Johannes Ericii[1], dyocesis Sancti Flori, examine premisso, fuit ad gradum baccalariatus et lecturam receptus, et prestitit juramenta consueta; solvitque pro bursis duo auri scuta, que fuerunt tradita majori bedello in absencia receptoris. [22 Septembre.]

Die xxv mensis Septembris, in collegio post missam Facultatis congregato supplicantibus vocatis, comparuit dominus legens primum ordinarium, videlicet magister Dyonisius Alligret, qui Facultati retulit quod peregerat primum librum Decretalium sibi anno preterito assignatum, supplicans sibi de materia provideri pro lectura anni instantis. Super qua supplicacione deliberaverunt domini quod legeret secundum librum Decretalium. [25 Septembre.]

Eodem die, premisso examine, Petrus Grandin, in artibus magister, dyocesis Noviomensis, fuit admissus ad gradum baccalariatus et lecturam; prestitit quoque juramenta solita, et solvit pro bursis et dispensacione cum eo facta super non invitacione dominorum per domos eorum tria scuta, que tradita fuerunt magistro Claudio Poculoti.

Die xxvii mensis Septembris, post meridiem, Petrus Bonnot, Trecensis dyocesis, examine premisso, ad gradum baccalariatus et lecturam receptus extitit, et pro bursis solvit duo scuta cum dimidio, que posita fuerunt in manibus magistri Claudii Poculot ad tradendum domino receptori. [27 Septembre.]

October. — Die jovis secunda mensis Octobris, in collegio post celebracionem misse Facultatis celebrato, concluditur quod scole Facultatis et alie visitabuntur die mercurii proxima post missam Facultatis. [2 Octobre.]

Die octava[*l.* nona] mensis Octobris, post missam Facultatis, domini, quia erat congregacio Universitatis apud Sanctum Mathurinum, visitacionem scolarum prorogarunt ad diem veneris instantem, post visitacionem domini primi legentis. [9 Octobre.]

[1] Jean «Erici», maître ès arts et bachelier en Décret, du diocèse de Saint-Flour, se présente, en mars 1493 [1494], à la collation de l'abbé de Saint-Germain-des-Prés et à celle du prieur de Saint-Martin-des-Champs. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 37 v°. — En mars 1498 [1499], il se présente à la collation du prieur de Langheac (*sic*), diocèse de Nevers; à celle des prieurs «de Lurciaco super Abronem» [Lurcy], de Sardy, membres du prieuré «de Langhiaco», et «de Capella Cathorum» [la Chapelle-aux-Chats], même diocèse. *Ibid.*, vol. 50, fol. 72 v°.

[10 Octobre.] Die veneris x mensis Octobris, domini Robertus Tullen, Nicolaus de Conti, Stephanus de Veterivilla, Jacobus Junii, Robertus Gaguin et ego cum ipsis, visitaverunt scolas in quibus legi consuevit; quibus visitatis, unusquisque pro ordine suo scolas quas voluit optavit, ceteris remanentibus pro dominis absentibus.

[15 Octobre.] Die mercurii xv mensis Octobris, post missam Facultatis, fuit conclusum in collegio quod, quia baccalarii conformiter ad statuta volentes acquirere tempus pro perveniendo ad licenciam, secunda die legibili novissime preterita post festum Beati (F° 94 r°) Dyonisii, in lectione matutinali per majorem bedellum suas cedulas non fecerant proclamari nec lecturas inceperant, publicaretur in scolis per cedulam quod premissa infra quindenam pro omni dilacione habeant adimplere, sub penis contentis in statutis; alias tempus non acquiretur.

[22 Octobre.] Die mercurii xxii mensis Octobris, post missam Facultatis in collegio, dominus Robertus Caronis, presbiter, dyocesis Noviomensis, examine premisso, fuit admissus ad gradum baccalariatus et lecturam; et pro maturitate etatis cum eo dispensatum extitit quod non iret per villam ad dominos sue harenge invitandos: solvitque pro bursis tria scuta auri.

[30 Octobre.] Die jovis xxx mensis Octobris, post missam Facultatis, in collegio comparuerunt domini Johannes de Corcellis, Nicolaus de Conty, Stephanus de Veterivilla, Andreas Wasselin, Robertus Gaguin et ego Reginaldus de Vaccaria, decanus. Coram quibus duo in medium posui : primum, super resumpcione lecturarum per dominos facienda; secundum, super lectura Decretalium solemnium que solent legi per dominos, et hoc pro anno currenti. Super quibus domini deliberaverunt quod in proxima missa Facultatis, que celebrabitur die jovis proxima post festum Omnium Sanctorum, domini suas lecturas resument; et quoad lecturas Decretalium solemnium, quod dominus de Conty in vigilia Nativitatis Domini leget Decretalem que illo die solet legi, tanquam de novo ad regenciam resumendam receptus, et dominus Ambrosius de Cambray, pro quo, ex ordinacione Facultatis, quia tunc erat absens, legi, in vigilia Penthecostes novissime lapse, Decretalem *Cum Marthe, de celebranda missa*, in Ramis Palmarum leget Decretalem *Omnis utriusque sexus*, et dominus Robertus Gaguin Decretalem in vigilia Pentecostes legendam.

Ipso die, domini deliberaverunt quod in proximo collegio, si omnes fuerint presentes, vel statim postquam fuerint in unum congregati, decanus habebit ponere in medium materiam librorum Facultatis, ut advisetur modus recuperandi et illos in loco securo reponendi.

Eodem die, Guillermus Couste, arcium magister, Carnotensis dyocesis, examine premisso, fuit admissus ad gradum baccalariatus et lecturam, et prestitit

juramenta consueta; solvitque pro bursis duo scuta auri cum dimidio, postquam asseruit fide media quod amplius solvendi facultatem non habebat.

Die mercurii quinta mensis Novembris, fuit sigillata littera gradus pro domino Roberto Caronis, qui pro sigillo solvit scutum auri, positum in manibus magistri Johannis de Vado. [5 Novembre]

De Vaccaria.

II

COLLATION DES GRADES ET HARANGUES.

1. DOCTORATS [1].

2. LICENCES [2].

1483.	(F° 91 r°.) Ricardus le Gros.	Quem d. Johannes de Corcellis adoptavit.
10 Mars.]	Frater Ludovicus de Pausa.	D. Robertus Tulleu.
	Petrus Alard.	D. Stephanus de Veteri Villa.
	Frater Stephanus de Niceyo.	R. de Vaccaria, decanus.
	Guillermus de Ladehors.	D. Johannes Picard.
	Johannes Artault.	D. Jacobus Junii.
	Petrus Kindig.	D. Robertus Gaguin.
	Dyonisius Burelli.	D. Andreas Wasselin.
	Vernerus Vernuscher.	D. Johannes Picard.
	Thomas Daguier.	D. Stephanus de Veteri Villa.

3. BACCALAURÉATS.

[1482.	XXI Novembris.	Simon Strabonis et Jacobus de Cruce. (V. p. 33.)
	XXV Novembris.	Johannes Olivier. (V. p. 34.)
	VI Decembris.	Johannes Amelot. (V. p. 34.)
	XII Decembris.	Philibertus de Ponte. (V. p. 34.)
	XIX Decembris.	Guillermus Caillerii. (V. p. 35.)
	XXVIII Decembris. . . .	Nicolaus Daulphin. (V. p. 35.)
1483.]	XVIII Januarii.	Ludovicus Roberti. (V. p. 36.)
	IX Februarii.	Joachinus de Cavenieres. (V. p. 37.)
	XIV Februarii.	Albertus Loelbin. (V. p. 38.)
	XVII Februarii.	Frater Philippus Basiere. (V. p. 38.)
	XX Februarii	Johannes Nicolay. (V. p. 38.)
	XX Februarii	Johannes de Ruel. (V. p. 39.)
	XXVI Februarii	Guichardus Aiguetani. (V. p. 40.)
	XXVI Februarii	Johannes Guiberti. (V. p. 40.)
	IV Martii.	Franciscus Tenaudi. (V. p. 41.)
	VI Martii.	Johannes de Canibus. (V. p. 41.)
	VI Martii.	Matheus Mercade. (V. p. 41.)
	XX Martii.	Johannes Gennart. (V. p. 43.)
	XI Aprilis.	Nicolaus de Hersteyn. (V. p. 44.)
	XI Aprilis.	Johannes de Trarbach. (V. p. 44.)
	XI Aprilis.	Stephanus Bude [incorporatus]. (V. p. 45.)

[1] Aucune mention. — [2] Cf. plus haut, p. 42.

v Junii. . . . . Guillermus Beguyn. (V. p. 46.)
III Septembris. . . . . Johannes Guy. (V. p. 48.)
VIII Septembris. . . . . Johannes Carbonnel. (V. p. 49.)
XI Septembris. . . . . Johannes de Pintavilla. (V. p. 49.)
XI Septembris. . . . . Frater Nicolaus Louchart. (V. p. 49.)
XI Septembris. . . . . Frater Cornelius Witen. (V. p. 50.)
XV Septembris. . . . . Johannes de Ruella. (V. p. 50.)
XXII Septembris . . . . Johannes Ericii. (V. p. 51.)
XXV Septembris. . . . . Petrus Grandin. (V. p. 51.)
XXVII Septembris. . . . Petrus Bonnot. (V. p. 51.)
XXII Octobris. . . . . Robertus Caronis. (V. p. 52.)
XXX Octobris. . . . . Guillermus Couste. (V. p. 52.)

III

LECTURES DES BACHELIERS.

(F° 95 r°.) Sequuntur nomina et cognomina baccalariorum in jure canonico Parisius suas lectiones incipiencium a mense Novembbis anni Domini mcccclxxxii usque ad mensem novembris anni Domini mcccc octuagesimi tebcii.

Simon Strabonis, dyocesis Atrebatensis, in artibus magister et in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis superioribus Facultatis, pro primo anno et primo volumine. Datum die xx mensis Novembris, anno Domini m cccc octuagesimo secundo.

Jacobus de Cruce, presbiter, dyocesis Morinensis, in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Beati Eustachii, pro primo anno et primo volumine. Datum die xxi mensis Novembris.

Guillermus de Ladehors, de Parisius, baccalarius in Decretis, hodie, in nonis Beati Jacobi, incipiet tercium librum Decretalium, in magnis scolis inferioribus, pro tercio anno et tercio volumine. Datum die xiii Octobris, anno predicto.

Johannes Artault, de Parisius, in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet tercium librum Decretalium, in scolis magnis superioribus, pro tercio anno et tercio volumine. Datum anno et die predictis.

Frater Stephanus de Niceyo, ordinis S. Benedicti, Lingonensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet tercium librum Decretalium, in scolis magnis anterioribus, pro tercio anno et tercio volumine. Datum anno et die predictis.

Ricardus le Gros, Lingonensis dyocesis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beate Marie incipiet tercium librum Decretalium in scolis magnis, pro tercio anno et tertio volumine. Datum anno et die predictis.

Johannes Nicolas, de Parisius, in artibus magister et in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis superioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro primo anno et primo volumine. Datum die xxii mensis Februarii, anno predicto.

Philebertus de Ponte, dyocesis Nivernensis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis posterioribus, pro primo anno et primo volumine. Datum die xvi mensis Decembris.

Guillermus Caillery, Mal[l]eacensis dyocesis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Beati Eustachii, pro primo anno et primo volumine. Datum die ultima mensis Decembris, anno predicto.

Frater Philippus Bazere, ordinis S. Benedicti, Carnotensis dyocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis superioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro primo anno et primo volumine. Datum die secunda mensis Marcii.

Bernardus Roberti, Matisconensis dyocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi, incipiet primum librum Decretalium, in scolis anterioribus, ad intersignium Castri, pro primo anno et primo volumine. Datum XXI mensis Januarii, anno predicto.

Johannes Oliverii, de Parisius, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Beati Eustachii, pro primo anno et primo volumine. Datum die penultima mensis Novembris, anno predicto.

Albertus Keswin, dyocesis Spiren(en)sis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis superioribus, ad intersignium Castri, pro primo anno et primo volumine. Datum die decima quinta mensis Februarii, anno predicto.

Stephanus Budé[1], de Parisius, in legibus licenciatus et in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate [Marie], (F° 95 v°) incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Beati Eustachii, pro primo anno et primo volumine. Datum anno Domini M CCCC LXXXIII, die XIII mensis Aprilis.

Joachim des Cavenieres, clericus, Ambianensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis superioribus, ad intersignium Castri, pro primo anno et primo volumine. Datum anno Domini M CCCC [LXXXII], XIIII mensis Februarii.

Johannes de Trabach, dyocesis Treverensis, in artibus magister et in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis superioribus, pro primo anno et primo volumine. Datum anno Domini M CCCC[LXXXIII], XII mensis Aprilis.

Johannes de Ruel, de Parisius, in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis superioribus, ad intersignium Castri, pro primo anno et primo volumine. Datum anno Domini M CCCC [LXXXII], die XXII mensis Februarii.

Johannes Guyberty, Lugdunensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis superioribus, ad intersignium Castri, pro primo anno et primo volumine. Datum anno et die predictis.

Guichardus Aiguetain, Lugdunensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Beati Eustachii, pro primo anno et primo volumine. Datum anno Domini M CCCC LXXXII, die prima mensis Marcii.

Matheus Marchade, Rothomagensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis anterioribus, ad intersignium Beati Eustachii pro primo anno et primo volumine. Datum anno predicto, die IX mensis Marcii.

Nicolaus de Hersteyn, Maguntinensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum [Decretalium], in scolis superioribus, ad intersignium Beati Eustachii, pro primo anno et primo volumine. Datum anno Domini M CCCC LXXXIII, XII mensis Aprilis.

Johannes de Canibus, Trecensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis superioribus, ad intersignium Beati Eustachii, pro primo anno et primo volumiue. Datum die X mensis Marcii, anno predicto.

Dominus Johannes Guy, presbiter, dyocesis Bisuntinensis, decanus Aurelianensis, in nonis

[1] Étienne Budé, troisième fils de Jean Budé, grand audiencier de France, et de Catherine le Picart (fille elle-même de Jean le Picart, seigneur de Plateville, secrétaire du Roi et maître de la Chambre des comptes, et de Catherine Poncher), frère puîné de l'helléniste Guillaume Budé, devint archidiacre de Pont-Audemer en l'église de Lisieux, puis grand vicaire de Jaques Raguier, son cousin, evesque de Troyes [1483-1518], où il gist. Il naquit le 24 juillet 1459. Ses parrains [furent] Me Estienne Chevalier, son oncle, et Me Pierre Bezart : sa marraine, Girardette de Longueil, femme de Me Guillaume le Duc. - Bibliothèque nationale, *Pièces originales*, volume 547, p. 219 et 218: cf. *Français* 20072, fol. 128.

IMPRIMERIE NATIONALE.

Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis anterioribus, pro primo anno et primo volumine. Datum die x mensis Septembris, anno predicto.

Guillermus Beguyn, dyocesis Lingonensis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis anterioribus, pro primo anno et primo volumine. Datum anno predicto, die xv mensis Junii.

Johannes Carbonnel, Atrebatensis dyocesis, in artibus magister et in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis anterioribus, pro primo anno et [primo] volumine. Datum xv mensis Septembris, anno predicto.

Frater Cornelius Witen, ordinis Premonstratensis, Carnotensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, pro primo anno et primo volumine. Datum anno et die predictis.

Frater Nicolaus Louchart, de Parisius, ordinis S. Johannis Jherosolimitani, in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, pro primo anno et primo volumine. Datum die xviii mensis Septembris, anno predicto.

Johannes de Pinteville, dyocesis Sancti Flori, in artibus magister et in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro primo anno et primo volumine. Datum die xxii mensis Septembris anni predicti.

Johannes de Ruella, Belvacensis dyocesis, in artibus magister et in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis superioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro primo (F° 96 r°) anno et primo volumine. Datum die xxiii mensis Septembris, anno predicto.

Johannes Ercy, dyocesis Sancti Flori, in artibus magister et in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro primo anno et volumine. Datum die et anno predictis.

Petrus Grandin, dyocesis Noviomensis, in artibus magister et in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Castri, pro quarto anno et quarto volumine. Datum die xii mensis Octobris, anno predicto.

Petrus Bonnot, Trecensis dyocesis, in artibus magister et in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet quartum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Castri, pro quarto anno et quarto volumine. Datum anno et die predictis.

Nicolaus Militis, presbiter, in artibus magister et in Decretis baccalarius, Ambianensis dyocesis, in nonis Beate Marie incipiet quartum librum Decretalium, in scolis superioribus, ad intersignium Castri, pro quarto anno et quarto volumine. Datum die xiii mensis Octobris anni predicti.

Stephanus Bude, de Parisius, in legibus licenciatus et in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet secundum librum Decretalium, in scolis superioribus, ad intersigninm Beati Eustacii, pro secundo anno et secundo volumine. Datum anno et die immediate dictis.

Michael de Beaumont, in artibus magister et in Decretis baccalarius, dyocesis Turonensis, in nonis Beati Jacobi incipiet quartum librum Decretalium, in scolis superioribus, ad intersignium Beati Eustachii, pro quarto anno et quarto volumine. Datum anno et die predictis.

Johannes de Ruella, dyocesis Belvacensis, in artibus magister et in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet secundum librum Decretalium, in scolis superioribus, ad intersignium Castri, pro secundo anno et secundo volumine. Datum anno et die predictis.

Petrus Rousse, in artibus magister et in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet

quartum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Beati Eustachii, pro quarto anno et quarto volumine. Datum anno et die predictis.

Robertus Caronis, in artibus magister et in Decretis baccalarius, Noviomensis dyocesis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis anterioribus, ad intersignium Beati Eustachii, pro primo anno et primo volumine. Datum die XIIII mensis Novembris, anno predicto.

Frater Cornelius Witen, ordinis Premonstratensis, Cameracensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet secundum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Beati Eustachii, pro secundo anno et secundo volumine. Datum die XXVI mensis Octobris.

Guillermus Coste, Carnotensis dyocesis, in artibus magister et in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scolis anterioribus, ad intersignium Beati Eustachii, pro primo anno et primo volumine. Datum anno predicto, die XIIII mensis Novembris.

Petrus Bonno[t], clericus, Trecensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet secundum librum Decretalium, in scolis magnis, pro secundo anno et volumine. Datum die XXVI mensis Octobris, anno predicto LXXXIII.

DÉCANAT DE ROBERT GAGUIN[1].

NOVEMBRE 1483-NOVEMBRE 1484.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

1483. [6 Novembre.] (F° 97 v°). Anno Domini MCCCC octuagesimo tercio, die jovis que fuit sexta mensis Novembris, congregatis dominis doctoribus in ecclesia Sancti Johannis de Laterano, missaque de more post lecturam in scholis Facultatis Decretorum expeditam celebrata, cum singuli domini doctores fuissent per cedulam convocati ad eligendum novos officiarios, convenerunt in cap(p)ella Beate Marie apud memoratam ecclesiam ii quorum nomina secundum eorum sessiones subsequuntur: dominus Johannes de Corcellis, Ambrosius de Cambray, [Johannes, *corr. in*] Nicolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Andreas Wasselin, Robertus Gaguinus, Reginaldus de Vaccaria. Quibus considentibus, dominus Reginaldus, qui superiore biennio gesserat decanatum, supplicatione facta ut de actis per eum in decanatu domini doctores eum exonerare vellent et minus bene gesta excusata recipere, se officio abdicavit, codicemque, sigillum et claves in potestatem domini Johannis de Corcellis, decani vacante officio naturalis, reposuit. Preterea dominus Stephanus de Veteri Villa, superiorum annorum thesaurarius, officium in arbi-

[1] Sur Robert Gaguin, voir t. II, p. 386, 439 et suiv. Il était né à Calonne sur la Lys, à deux lieues de Béthune, en 1433. Cette date, qui nous est fournie par lui-même dans les présents *Mémoriaux*, se trouve confirmée par une inscription placée au bas d'une tapisserie représentant Gaguin et reproduite par André Thévet dans ses *Vies des hommes illustres* (Paris, 1584, in-fol.), fol. 530 v° :

> De mon temps l'an soixante six,
> Gaultier me fit tel que je suis.
> Mil quatre cens nonante neuf,
> Quant à Paris cheut le Pont neuf.

Cette tapisserie avait été donnée à Thévet par Thibault Meusnier, alors général des Mathurins. Il est vrai que Jean de Figueras Carpi (*Chronicon Ord. SS. Trinitatis*, Vérone, 1645, in-4°, p. 188) fait naître Gaguin en 1435 ; mais il ne donne aucune preuve de son affirmation, à laquelle il faut préférer, sans aucun doute, le témoignage de Gaguin lui-même. — De novembre 1483 à novembre 1500, Gaguin, qui mourut le 22 mai 1501, a relaté les principaux événements de sa vie dans les *Mémoriaux*. Pour les années précédentes, il fallait recourir, jusqu'à l'apparition du travail de M. Louis Thuasne (*Roberti Gaguini Epistole et Orationes*, texte publié sur les éditions originales de 1498, précédé d'une notice biographique..., Paris, 1904, 2 vol. petit in-8°), à la biographie succincte du général des Mathurins rédigée par un de ses successeurs, Jacques Bourgeois, et insérée dans le tome VIII de la *Gallia Christiana*, col. 1741 et suiv., ainsi qu'aux notes biographiques publiées par L. Dorez et L. Thuasne, *Pic de La Mirandole en France* (1485-1488), p. 195-198. — Gaguin avait été élu général de l'Ordre de la Trinité en 1473, après la mort de Raoul du Vivier.

trium dominorum remisit. Deinde, cum ipse dominus de Corcellis singulos doctores interrogasset quem sue Facultati vellent decanum preficere omnesque pari voto decanatum domini Reginaldi probarent atque orarent ut bene gestum a se officium resumeret, et tantam ipse sollicitudinem pro sua humilitate recusaret, omnium sentencia fuit ut ego Robertus Gaguinus, de ordine S. Trinitatis et Captivorum major minister, inter eos doctor penultimus [1], curam decanatus susciperem. Post quorum omnium suffragia venerandus doctor de Corcellis, decanus naturalis, me decanum appellavit, traditis officii insignibus, codice scilicet statutorum, sigillo et clavibus scriniorum. Cujus officii negocium cum ego recusare cuperem, injunctum tamen et mihi demandatum suscepi.

Eodem die, Johannes de Vado, bidellus major, et Claudius Poculo[t], minor, comparentes ante conspectum dominorum doctorum, suas massas argenteas submiserunt, sua officia in potestate Facultatis relinquentes, rogantes tamen ut in eisdem officiis perseverare liceret. Quos, prehabita super hoc deliberatione, domini doctores continuaverunt, juramentoque de servandis statutis ad eorum officium pertinentibus solemniter prestito, suas massas jussi sunt recipere.

In ipsa quoque congregatione, quesitum fuit quid de libris qui ad Facultatem pertinent nec sunt adhuc in loco publico repositi placeret ordinare. Sed cum eos dominus Ambrosius de Cambray pro magna parte haberet, in cujus custodia libri videbantur salvi esse, nichil aliud extitit ordinatum.

Die Novembris decima quinta, missa Facultatis apud Sanctum Johannem celebrata, cum dominus Nicolaus [2] de Conty tantum adesset, congregatio nulla fuit, nec quicquam eciam occurrebat tractandum. [15 Novembre.]

(F° 97 v°.) Die mercurii que fuit XIX Novembris, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum celebrata, in qua astitit dominus de Conty et ego; nec aliquid ultra factum fuit. [19 Novembre.]

Die martis que fuit XXV Novembris, celebrata fuit missa Beate Catherine apud Sanctum Johannem; in qua astiterunt domini Johannes de Courcellis, Nicolaus de Conty, Jacobus Junii, Reginaldus de Vaccaria et ego Robertus Gaguinus, decanus. Qua fun[c]ta, convenerunt domini doctores in capella, juxta consuetudinem Facultatis. [25 Novembre.]

Eodem die, Johannes Labati, presbiter, et Michael Orlier, clericus, Nivernensis diocesis, supplicaverunt pro gradu baccalariatus; qui, premisso examine, fuerunt ad gradum baccalariatus admissi et ad lecturam recepti prestiteruntque juramenta more solito, et quisque pro bursis solvit duo scuta auri.

[1] Cf. t. II, p. 454. — [2] Ms. *Johannes*.

[27 Novembre.] Die jovis xxvii Novembris, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem etc. Affuerunt in ea domini doctores Nicolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin et ego; sed statim recessi propter congregationem Universitatis, que eadem hora super mittendis ad regem oratoribus celebrabatur.

[4 Décembre.] Die jovis que fuit quarta Decembris, celebrata fuit missa Facultatis in ecclesia Sancti Johannis Jherosolimitani. In ea domini doctores astiterunt Nicolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa et ego. Ordinatum fuit quod die jovis proxime sequenti domini doctores legerent, et illo die fieret proclamatio in magnis scholis pro futura licencia anni jubilei, ut baccalarii licenciandi se disponerent ad se presentandum ad examen licencie.

[8 Decembre.] Die lune que fuit octava Decembris, fuit missa de Conceptione Beate Virginis Marie celebrata. In ea astiterunt domini doctores Johannes de Corcellis, Nicolaus de Conti, de Veteri Villa, Reginaldus de Vaccaria et ego.

[11 Décembre.] Die jovis proxime sequenti, xi ejusdem mensis, domini doctores legerunt, et fuit missa, die eadem, apud Sanctum Johannem celebrata. Affuerunt ibi domini Nicolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin, Reginaldus de Vac[c]aria et ego.

[15 Décembre.] Die lune, que fuit xv Decembris, fuit missa celebrata de Rorate apud Sanctum Johannem, ibique affuerunt domini Ambrosius de Cambray, Nycolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa et ego.

(F° 98 r°.) Eadem die, supplicaverunt tres baccalarii pro admissione ad examen licencie; quibus responsum est, cum expectarentur alii superventuri, ut redirent ad proximam missam et significarent aliis consociis suis, si qui essent, ut comparerent, et quod interea domini visitarent cedulas eorum.

[18 Décembre.] Die jovis que fuit xvii[i] Decembris, missa apud Sanctum Johannem celebrata fuit et dominis doctoribus Nycolao de Conty, Stephano de Veteri Villa, Reginaldo de Vaccaria et me in cap(p)ella congregatis, supplicaverunt iterum presentati ad examen licencie. Quibus responsum est ut ad proximam missam redirent.

Eodem die, Reginaldus Turpin, Morinensis diocesis, presbiter, premisso examine, fuit ad gradum baccalariatus et lecturam admissus, et prestitit juramenta solita, et solvit pro bursis tres florenos trajectenses.

[24 Décembre.] Die mercurii que fuit vigilia Natalis Christiani, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem, et post eam congregatio, in qua fuerunt domini doctores Nycolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin, Reginaldus de

Vaccaria et ego. Et eodem die, presentati ad examen licencie supplicaverunt iterum pro sua admissione, et obtinuerunt responsum, ut magnas (s)cedulas suas conficerent easque singulis dominis doctoribus infra quindecimam venturam diem circumferrent. Eodem die, dominus Nicolaus de Conty legit Decretalem doctoralem *Firmiter, de summa Trinitate et fide catholica.*

Die jovis que fuit octava Januarii anni Domini M CCCC octuagesimi tercii, missa Facultatis fuit apud Sanctum Johannem celebrata; in qua astiterunt domini doctores Nicolaus de Conti, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wassel(l)in, Reginaldus de Vaccaria et ego. [1484. 8 Janvier.]

Eodem die, presentati ad examen licencie supplicaverunt iterum pro apertione examinis; et quia non omnes portaverant suas magnas (s)cedulas secundum preceptum Facultatis, responsum est eis quod de die crastina veneris usque ad diem quindecimam proxime subsequentem festinarent exhibere singulis dominis doctoribus (s)cedulas suas, et quod interea alloquerentur bidellos ad cognoscendum quid agere deberent super lignis et speciebus preparandis; quodque studerent pro futuro examine causam undecimam, et quod illo die veneris Facultas suum examen inc[h]oaret.

Die jovis que fuit XIII[I] Januarii, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem celebrata; in qua affuerunt domini Nicolaus de Conty, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin, Reginaldus de Vaccaria et ego. [15 Janvier.]

(F° 98 v°.) Die mercurii que fuit XX[I] Januarii, missa Facultatis fuit apud Sanctum Johannem celebrata, affueruntque ibi domini Nicolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin et ego; fuitque per collegium ordinatum de cereis pro festo Purificationis, ut fierent solito more. [21 Janvier.]

Die veneris XXI[II] mensis Januarii, convenerunt domini doctores in camera examinis Ambrosius de Cambray, Nicolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa, Johannes Picard, Andreas Wasselin, Reginaldus de Vaccaria; ibique habita per me oratione, receptisque juramentis pro forma statutorum Facultatis, textus portionem singulis examinandis taxavimus et distribuimus. Quibus bac[c]alariis examinandis fuit injunctum reverti ad locum examinis die jovis post Purificationem, hoc est III[I] die mensis Februarii. [23 Janvier.]

Die lune XXVI Januarii, fuit anniversarium celebratum apud Sanctum Johannem pro bone memorie Martino de Fraxinis, hujus Facultatis doctore; in qua [missa] affuerunt domini Nicolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa et ego. [26 Janvier.]

Eodem die, magister Guillermus Piquot, Cenomanensis dyocesis, et Robertus

Richer, presbiter, Lexoviensis diocesis, examine facto, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus et ad lecturam; et prestiterunt juramenta more solito. Pro bursis solverunt sex scuta.

[29 Janvier.] Die jovis que fuit XXIX Januarii, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem celebrata; in qua affuerunt dominus Nycolaus de Conti, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin, Reginaldus de Vaccaria et ego.

Eodem die, cum rediremus de harenga dominorum baccalariorum, invenimus (s)cedulam parvo ostio scholarum affixam, per quam quidam licenciatus significabat se lecturum sextum librum Decretalium in vico Sancti Jacobi, ante collegium du Plessys; quam (s)cedulam jussimus auf(f)erre, et de ea in collegio Facultatis rettulimus; fuitque per dominos doctores conclusum quod major bedellus inquireret nomen licentiati qui (s)cedulam affixerat, et eo comperto, inhiberet illi ex parte Facultatis ne lecturam suam extra Clausum Brunelli inciperet, et nichilominus citaret eum coram doctoribus per juramentum apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum responsurum obiciendis ei per collegium; et adhuc modum facere bedello precepimus.

[2 Février.] Februarius. — Die Purificationis, fuit missa apud Sanctum Johannem celebrata, in qua fuerunt domini Milo d'Illiers, Carnotensis episcopus, non tanquam regens, Ambrosius de Cambray, Nicolaus de Conti, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin, Reginaldus de Vaccaria et ego, fueruntque licenciatis et baccalariis cerei pro more Facultatis distributi.

[3 Février.] (F° 99 r°.) Die quinta mensis Februarii, fuit missa Facultatis in Sancto Johanne Jherosolimitano. Affuerunt Ambrosius de Cambray, Nicolaus de Conti, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin, Reginaldus de Vaccaria et ego; et his collegialiter in cap(p)ella congregatis, supplicavit Ludovicus de Marciolio, presbiter, Lemovicensis diocesis, ut admitteretur ad lecturam et ad examen licencie, cum esset baccalarius in Studio Pictavensi et post susceptionem gradus baccalariatus in jure canonico studuisset multis annis ibidem, et deinde per quinquennium Parisius. Super cujus supplicatione, deliberatione habita per collegium, responsum est ei quod si vellet per proprium juramentum et per testes probare quod esset baccalarius et quod studuisset, ut dixerat, veniret ipse cum suis testibus, hora secunda post meridiem, ad domum meam, et ipse et sui testes per me et dominum de Vac[c]aria audirentur et probatis probandis admitterentur, salvis juribus Facultatis.

Eodem tempore, supplicavit Johannes Amelot, baccalarius in jure canonico, diocesis Senonensis, admitti ad examen licencie. Cui responsum est ut conficeret majores (s)cedulas suas et eas deferret singulis doctoribus; et prestitit juramenta solita.

Eodem tempore, ordinatum est quod procuratori Facultatis in Parlamento renovaretur..... littera procurationis ad se presentandum contra dominum Milonem d'Illiers, episcopum Carnotensem. [5 Février.]

Eodem die, post meridiem hora secunda, comparuit apud Sanctum Maturinum Parisiensem, in domo mea, prefatus Ludovicus de Marciolio, cum Johanne Eschangue, diocesis Lemovicensis, et Gabriele de Chalus, ejusdem dyocesis. Qui quidem Ludovicus per dominum Reginaldum de Vaccaria et me adjuratus de dicenda veritate, affirmavit medio juramento suscepisse gradum baccalariatus in dyocesi Pictavensi, et ibidem postea diu studuisse et similiter in Universitate Parisiensi. Quam affirmationem predicti Johannes et Gabriel interrogati juraverunt esse veram, presentibus Johanne du Ghe et Claudio Poculo[1], bidellis Facultatis. Fuit igitur ad lecturam admissus, et solvit pro bursis duo scuta, prestititque solita juramenta. Deinde ordinatum est ei deferre magnas (s)cedulas singulis dominis doctoribus, prestitis primitus solitis super hoc juramentis.

Eodem die, post missam congregatis in cap(p)ella dominis prescriptis, Carolus de Loy, dyocesis Bajocensis, licenciatus in Decretis, qui publicaverat per (s)cedulas se lecturum in camera privata sextum librum Decretalium, cum super hoc fuisset citatus, comparuit, fuitque interrogatus quare hujusmodi lecturam auderet publicare, contra propria juramenta per eum prestita et contra statuta et ordinationes Facultatis. Respondit quod nesciebat hoc esse prohibitum, nec se talia juramenta prestitisse, et quod non legeret preter voluntatem Facultatis. Nichilominus tamen fuit ei per me, nomine Facultatis, sub pena perjurii et privationis inhibitum ne extra Clausum Brunelli lecturam aliquam juris inciperet aut faceret contra ordinationes et statuta predicta.

(F° 99 v°.) Die decima mensis Februarii MCCCCLXXXIII^xx tercio, Lucas du Pleys[1], clericus, Parisiensis diocesis, post consuetum examen de eo factum fuit admissus ad lecturam et gradum baccalariatus in jure canonico, fuitque cum eo dispensatum de non eundo per villam invitatum dominos doctores; et quia erat nepos defuncti domini Johannis du Pleys, nuper hujus Facultatis doctoris, actum est cum eo liberaliter, et pro bursis solvit duo scuta cum dimidio. [10 Février.]

[1] Le 25 septembre 1481, se présentent au Châtelet «honorable homme et sage m. Jehan Mastrecolle, notaire et secretaire du Roy, et Margueritte du Pleys, sa femme, et Denise du Pleys, veuve de feu Guillaume Boutetart, contre Luc du Pleys, pour raison de la succession de feu m. Jehan du Pleys, chanoine et soux chantre de l'eglise de Paris; est ordonné que les biens contentieux seront gouvernez sous la main du Roy par m. Jehan Regnier, examinateur.» *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 243. — Le 15 juin 1482, se présentent de nouveau «honorable homme et sage m. Jehan Colle (*sic*), notaire et secretaire du Roy, et Margueritte du Pleys, sa femme, contre Luc du Pleys, pour raison des reparations qui sont à faire en un pressoir, place et granche assis à Challiau, à eux appartenant par indivis, qui sont ordonnées estre faites.» *Ibid.*, p. 265.

IMPRIMERIE NATIONALE.

[19 Février.] Die jovis que fuit XIX Februarii, missa fuit apud Sanctum Johannem celebrata. Astiterunt domini Nicolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin et ego.

[26 Février.] Die jovis, in crastino Beati Mathie, celebrata est missa Facultatis apud Sanctum Johannem. In ea fuerunt domini Nicolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin et ego.

[28 Février.] Die sabbati penultima Februarii, post vesperas Beate Marie congregati sunt per (s)cedulam omnes domini doctores regentes in domo domini Johannis de Courcellis super tribus articulis : primus fuit de admittendis vel non admittendis baccalariis examinatis ad gradum licencie; secundus fuit super baccalariis qui ex collegio d'Autun et aliis collegiis Studii Parisiensis dicebantur ivisse Aurelianum ut ibidem licenciarentur; tertius fuit super supplicationibus et injuriis. — Super primo, placuit omnibus dominis doctoribus omnes qui fuerant examinati ad licenciam admittere tanquam ydoneos. — Super secundo, dictum fuit quod dominus Ambrosius de Cambray, cancellarius Beate Marie, et ego inquireremus qui essent illi baccalarii qui contra statutum Facultatis et arrestum curie Parlamenti iverant receptum licentiam Aurelianis; quo constito, Facultas adhiberet remedium. — Super tercio, dominus Ambrosius de Cambray, qui litteras de committimus toti Facultati et omnibus officiariis ejusdem perpetuo duraturas impetraverat, et hujus gratia impensas graves fecerat, que sibi solute non fuerant ad plenum, supplicavit ut provideretur eidem de satisfactione. Ad quod dictum fuit quod bidelli et alii officiarii, qui scutum ad quod singuli ipsorum fuerant taxati non solvissent, solvere cogerentur; et si pecunia inde proveniens non sufficeret, quod rationabile erat quod Facultas suppleret residuum. Et ita super omnibus articulis conclusi.

[4 Mars.] Die jovis que fuit quarta Marcii, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem celebrata; in qua affuerunt domini Ambrosius de Cambray, de Conti, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin, de Vac[c]aria et ego. Qua (F° 100 r°) celebrata, itum est ad cameram examinis, ubi, majore parte dominorum congregata, Philippus de Altaribus, Eduensis diocesis[1], post examen de ipso factum, admissus est ad gradum baccalariatus et ad lecturam. Pro bursis solvit duo scuta.

Eodem die, magister Nicolaus Lapite, bac[c]alarius in Decretis, supplicavit admitti ad examen licentie; qui, fide facta de tempore requisito ad gradum licencie, fuit ad examen admissus, prestititque juramenta solita de conficiendis magnis (s)cedulis; quas tamen propter brevitatem temporis dispensatus est non portare per singulas domos dominorum doctorum, sed trium dumtaxat, domini videlicet

[1] C'était peut-être un oncle du poète Guillaume des Autels, né à Charolles vers 1529.

de Veteri Villa, domini de Vac[c]aria et mei; reliquis vero dominis doctoribus in camera comparentibus alias (s)cedulas offerret. Jam enim reliqui licenciandi examinati erant, et ne propter hujus novissimi adventum tardarentur, placuit cum isto celerius procedere.

Die XIII Marcii, assencientibus omnibus dominis doctoribus, omnes qui fuerant in examine probati fuerunt admissi, et per me brevi oracione habita, pronunciata est eorum admissio. [13 Mars.]

Die lune sequenti, hora prima post meridiem, dominus de Conti, Stephanus de Veteri Villa, Reginaldus de Vaccaria et ego, subsequentibus licenciandis, adivimus dominum Ambrosium de Cambray, cancellarium ecclesie Parisiensis, et ei post brevem orationem omnes licenciandos numero novem in cartula conscriptos eo ordine quo in camera examinis sedebant, pro suscipienda licencia presentavimus, cum protestatione quod Facultas eos pro qualitate suorum meritorum in rotulo clauso nominandos ordinaret, secundum observatam diu consuetudinem; de cujus Facultatis consuetudinibus, usibus et privilegiis ipse dominus cancellarius nichil immutaret. Oravimus insuper ut quam brevissime posset licenciam expediret. Qui respondit se omnino velle complacere Facultati et de ejus privilegiis et libertatibus nichil innovare, sed ea protegere et conservare, seque daturum operam ut secundum formam apostolice commissionis sibi ab antiquo injuncte ipsi licenciandi expedirentur. [15 Mars.]

Die mercurii XVII mensis Marcii, Germanus Charthelier[1], clericus, dyocesis Parisiensis, examinatus fuit et ad lecturam et gradum baccalariatus admissus, et pro bursis solvit III scuta auri. [17 Mars.]

[1] D'après Blanchard (*Catal. de tous les conseillers du Parlement de Paris*, p. 43 *a*), Germain Chartelier n'aurait été reçu au Parlement qu'en 1507; en réalité, il avait été nommé conseiller lai le 24 mars 1491 [1492] (*Franç.* 4431, fol. A v°). Le 7 juin 1492, « messire Alain de Halainville, chevalier, seigneur de La Ferté, [est] demandeur en cas de retrait lignager pour raison de X l. par. de rente naguères delaissez par Jacques d'Estouteville, chevalier, à honorable homme et sage m. Germain Chartelier, conseiller au Parlement, à prendre sur un fief assis à Lugnes [Luguy] en Brie, qui jadis fut à m. Jehan Larcher. » *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 142. — Le 19 août 1493, « honorable homme et sage m. Germain Chartelier, conseiller au Parlement, a renoncé à l'execution testamentaire de feu Nicolle Tourneur, chanoine de Saint Honoré. » *Ibid.*, p. 194. — Le 22 mars 1493 [1494], « m. Denis et Guillaume Fromons, frères, [sont] demandeurs en matière de retrait » contre lui, et l'affaire est remise après Quasimodo. *Ibid.*, p. 229. — Le 25 juin 1500, Chartelier est « receu à avoir son recours de garantie pour raison de m^c^ livres par luy baillez et payez à m. Claude Beaufils et Jehan Beaufils, frères, pour la vente d'une maison rue de la Huchette, où pend *la Fleur de Lis*, et pour les despens de ne luy avoir garenty ladite maison. » *Ibid.*, p. 364. — Et le 15 juillet suivant, on le retrouve « soustenant la renonciation par luy faitte de sa maison de la *Fleur de Lis*, rue de la Huchette, qui fut à Claude Beaufils et m. Jehan Beaufils, frères, contre Pierre de Chasteaupers, Ambroise de Chasteaupers et autres; dit est que la renonciation sera receue. » *Ibid.*, p. 370. — Enfin, le 17 février 1500 [1501], il re-

[18 Mars.] (F° 100 v°.) Die jovis (x)xviii Marcii, fuit missa apud Sanctum Johannem celebrata, et post missam fuit collegium Facultatis in capella congregatum; ubi affuerunt domini Ambrosius de Cambray, Nycolaus de Conty, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes Gressier, qui non erat regens, sed quia recenter venerat, ipse honoris gratia permissus est interesse, Andreas Wasselin, Reginaldus de Vaccaria. Ibidem fuit conclusum quod Johannes Amelot, de Stampis, qui erat presentatus ad licenciam et propter paupertatem non poterat satisfacere de juribus bedellorum dominorum doctorum, nec de prandio ipsorum, in die future licencie maneret immunis a dictis juribus, et quod nichil solveret.

Eodem die, post examen de ipsis factum, Jacobus de Poligniaco[1], Aniciensis diocesis, Bertrandus de Poligniaco[2], ejusdem diocesis, Egidius de Turre, Lemovicensis diocesis, et Johannes du Cay, presbiter, Ambianensis dyocesis, fuerunt admissi ad lecturam et gradum baccalariatus, et solverunt pro bursis post prestita juramenta xviii scuta auri.

[21 Mars.] Die Dominica que fuit xxi Marcii, anno Domini m cccc iii^xx tercio, domini doctores Cambray, Conty, Tulleu, [de] Veteri Villa, Picard, Junii, Wasselin, [de] Vac[c]aria et ego decanus, cum essemus congregati in camera examinis super confectione

quiert «avoir par rachapt lxxiii l. iii s. p. de rente faisant partie de vi^xx l. de rente à quoy a esté adjugée audit Chartelier une grande maison rue de la Huchette, contenant plusieurs corps d'hostel, court et jardin, abontissant à la rivière, contre tous les opposans: dit est que ledit Chartellier pourra rachepter et consigner le principal de ladite rente.» *Ibid.*, p. 427. — Germain Chartelier mourut le 5 mars 1520 [1521]. — Il ne faut pas le confondre avec un autre Germain Chartelier, qui était conseiller au Parlement de Paris en 1436 (Blanchard, ouvr. cité, p. 19 *b*).

Les registres du Châtelet signalent, dès 1463, un personnage de ce nom qui certainement ne fait qu'un avec le futur conseiller au Parlement. Le 23 décembre 1473, on voit «l'abbé, doyen, prevost et confrères de la grande Confrairie des bourgeois de Paris requerans avoir par rachapt xl. s. par. de rente que m^e Germain Chartelier, notaire et secretaire du Roy, chapelain de la chapelle Saint Jehan en l'eglise Saint Gervais, avoit droit de prendre sur deux maisons, rue des Nonains d'Yerre, appartenans à ladite Confrairie.» *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 45. Et, le 20 décembre 1479, comparaît au Châtelet «honorable homme et sage m. Germain Chartellier, notaire et secretaire du Roy, qui a fait adjourner en cas d'heritage et de peril Jehan Toutehan, serrurier, pour raison de certains murs corompus qui font separation de la maison dudit Germain, près les Bons Enfans de la porte Saint Honoré, de la maison dudit Toutehan.» *Ibid.*, p. 196.

[1] Selon deux généalogies conservées à la Bibliothèque nationale (*Franç.* 20223, fol. 80, et 20229, fol. 231), Jacques de Polignac était fils de Guillaume, dit *Armand* de Polignac, et d'Amédée de Saluces; il fut chanoine de l'église du Puy.

[2] Bertrand de Polignac, suivant les auteurs de la *Gallia Christiana*, était fils de Louis, dit *Armand*, vicomte de Polignac, baron de Chalançon, et d'Isabelle de La Tour de Boulogne; au contraire, d'après les généalogies citées dans la note précédente, il aurait été le petit-fils de Louis, dit *Armand* de Polignac, et de sa femme Amédée de Saluces. Il était doyen de l'église du Puy en 1497 (*Gallia Christ.*, t. II, col. 745). En 1494, son oncle ou son grand-oncle, Bertrand de Chalançon, résignait en sa faveur l'évêché de Rodez, dont il était titulaire depuis 1457, mais il se réservait l'administration du diocèse; il mourut le 24 octobre 1501. Le nouvel évêque ne lui survécut que peu de jours; il expira le 2 novembre 1501, au château de Polignac, et fut enseveli dans la cathédrale de Rodez. Cf. *Gallia Christ.*, t. I, col. 227-228.

rotuli licenciandorum, fuit varietas opinionum de ipsa confectione rotuli, dicentibus multis quod illo die non debebat fieri rotulus, propterea quod visum est superioribus annis quod aliqui revelabant secreta ipsius rotuli; quare opportunius erat ipsum conficere die licenciarum; dicente in contrarium domino Ambrosio de Cambray, cancellario Beate Marie Parisiensis, quod non mitteret signetum suum licenciandis, nisi prius presentaretur sibi rotulus confectus secundum consuetudinem observatam prioribus annis, eo quod si oriretur aliqua discordia super ordinacione licenciandorum et non posset inveniri concordia ante horam licencie, ipse dominus cancellarius pateretur scandalum. Quocirca pro concordia et pace servanda et eciam pro conservatione jurium tam Facultatis quam ipsius domini cancellarii, fuit concordatum inter partes quod pro anno presenti confectio rotuli differretur usque in crastinum diem quo licencie fierent, et hoc sine prejudicio ipsius domini cancellarii et jurium ejus, et eciam sine prejudicio seu derogacione libertatis et privilegiorum dicte Facultatis. Cujus concordie tenorem manu mea scriptum et signatum de consensu dominorum doctorum, prout est hic annotatum, dominus cancellarius habuit.

(F° 101 r°.) Die lune XXII mensis Marcii MCCCCIII^XX tercio, convocatis omnibus dominis doctoribus Facultatis, ipsisque in camera examinis pro conficiendo rotulo licenciandorum congregatis, domino videlicet Johanne de Courcellis, Ambrosio de Cambray, Nycolao de Conty, Roberto Tullen, Stephano de Veteri Villa, Johanne Picard, Jacobo Junii, Andrea Wasselin, Reginaldo de Vaccaria et me, post longam disceptacionem de rotulo ut moris erat ordinando, cum placeret multis relinquere ordinem vocationis, ita quod deinceps ordo tantum antiquitatis susceptі baccalariatus et in examine et in sessione suscipiende licencie observaretur; quia tamen concordia de hoc haberi non potuit, processum est mature et graviter ad ordinandos et collocandos in rotulo baccalarios licenciandos, qui numero novem modo infra descripto pro debito suorum meritorum fuerunt inscripti, claususque fuit rotulus et tribus sigillis signatus, uno scilicet domini de Veteri Villa, altero domini de Vac[c]aria et tercio meo, cujus dup(p)licatum sigillo decanatus obsignatum penes me mansit. Rotulus vero per me domino cancellario, qui presens erat tanquam doctor regens in Facultate Decretorum, fuit cum solitis protestationibus presentatus, videlicet quod rotulum intactum servaret, nec eum ap(p)eriret nisi hora tantum licencie in aula domini episcopi Parisiensis, dictumque rotulum ipse dominus cancellarius ita facere promisit, assistentibus dominis Conty, [de] Veteri Villa, Andrea Wasselin et de Vac[c]aria. [22 Mars.]

Eodem die, hora nona ante meridiem, prestitis per licenciandos solitis juramentis, de ecclesia Sancti Johannis Jherosolimitani processit Facultas, et ad ecclesiam Beate Marie Parisiensis veniens stetit, finitaque brevi oratione, in aulam domini episcopi conscendimus; deinde, referente parvo bidello dominumcancel-

larium in ecclesia esse, dominus de Vac[c]aria et ego, preeuntibus bidellis, processimus obviam ei, quem, salutatione hinc inde facta, comitati in aulam sumus; ubi oratione longiuscula habita, benedictionem licencie presentatis et per ordinem vocatis licenciandis, ut erant in rotulo conscripti, impartivit.

Licencia per dominum cancellarium celebrata, cum Facultas se ad pretorium quod est ante inferiorem capellam domini episcopi contulisset, accesserunt licenciati ordine quo receperant munus licencie :

Frater Franciscus Burgoin, dominus Courcelles adoptavit eum; Nicolaus Lapite, d. de Cambray; Frater Cornelius Wyten, d. Nicolaus [de] Conti; Ludovicus de Mareyolio, d. Robertus Tulleu; Petrus Caroli, d. Johannes Picard; Theobaldus Bastier, d. Stephanus de Veteri Villa; Vulgongus Zuelart, d. Wasselin; Johannes Guyberti, ego Robertus Gaguinus; Johannes Amelot, d. Reginaldus de Vac[c]aria.

Quorum omnium nomine venerabilis frater Franciscus Burgoin de beneficiis a Facultate Decretorum susceptis gracias egit, et ita discessimus.

[24 Mars.] (F° 101 v°.) Die xxiiii Marcii, in vigilia Annunciationis Domini MCCCIIII^xx tercio, fuit missa et collegium; congregatisque dominis doctoribus per (s)cedulam pro adoptandis (baccalariis) licenciatis, dominus de Courcellis nec dominus Jacobus Junii comparuit, sed dominus de Courcellis misit mihi (s)cedulam suam per quam significabat adoptare se fratrem Franciscum Burgoin; ceteri vero adoptaverunt eo modo quo proxime supra annotavimus.

Eodem die, dictum fuit quod dominus Ambrosius de Cambray, cancellarius, tradet michi copiam expensarum quas fecit pro impetratione privilegii requestarum et receptam ab eo super satisfactione predictarum expensarum factam; quo facto, bidellus faciet solvere parvos bidellos et capellanos qui non solverunt; et quod quinta decima die post proximum festum Resurrectionis Domini, cum dominus thesaurarius reddet suum compotum, dabitur ultimus modus satisfaciendi domino cancellario.

Eodem die, placuit dominis doctoribus quod bidelli haberent pro suis bursis scuta xv.

Eodem die, frater Guillermus Patris, Bituricensis dyocesis, examine primitus facto, admissus est ad lecturam et gradum baccalariatus, et prestitit juramenta, et pro bursis solvit II scuta.

[31 Mars.] Die ultima Marcii, frater Johannes du Gue[1], ordinis S. Benedicti, et frater Guido Monnyer[2], ordinis S. Trinitatis, diocesis Meldensis, post examen de ipsis factum

[22 Novembre.] Die XXII mensis Novembris, Johannes Fere, dyocesis Constanciensis, examine premisso, fuit admissus ad gradum baccalariatus et lecturam; et deinceps pro juribus Facultatis solvit tria scuta posita in manu receptoris, et prestitit juramenta consueta in talibus prestari.

24 Novembre.] Die mercurii XXIIII mensis prescripti, post missam Facultatis, in collegio comparuerunt domini Nicolaus de Conti, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wassel(l)in

et ego Reginaldus de Vaccaria pro decano Facultatis; et coram ipsis bidellus et subbidellus supplicaverunt ad renovandum sua juramenta recipi, pro tempore preterito sup[p]ortari et pro futuro pro recommissis haberi, deponentes virgas in manibus dominorum; a quibus deliberatum extitit quod per me decanum monerentur ipsi bidellus et subbidellus diligencius solito suum officium exercere, prout feci, et virgas eisdem restitui postquam prestiterunt juramenta consueta.

Eodem die, dominus Johannes Picart per bedellum Facultatis fecit exponi quod ad mandatum supreme curie Parlamenti debebat Tholose proficisci, supplicans pro mensibus gracioso et rigoroso; qui sibi fuerunt concessi, et pariter domino Stephano de Veteri Villa similiter supplicanti, proviso tamen quod ceteri domini similiter eosdem menses haberent, quando illis indigerent.

Ipso die, prefatus subbidellus retulit Facultati quod sex baccalarii volentes intrare examen licencie majori bedello declaraverant quod, si hoc anno fieret rotulus licenciandorum more consueto, ad Universitatem Aurelianensem declinarent, ad ibidem licenciam recipiendam. Super quo concluditur quod de hoc adver[te]tur dominus cancellarius ad sciendum mentem suam, ut inde Facultas convocetur et de modo agendi per eam concludatur.

[2 Décembre.] DECEMBER. — Die secunda mensis Decembris, post missam Facultatis, in cap(p)ella Sancti Johannis Jherosolimitani comparuerunt domini Nicolaus de Conty, Stephanus de Veterivilla, Andreas Wasselin et ego Reginaldus de Vaccaria pro decano; a quibus super positis in medium, an placeret hoc anno currenti, qui jubileus non est, licencias celebrare, [deliberatum extitit] quod super hoc et aliis supervenientibus, si que essent, haberem per cedulam vocare Facultatem, prout feci.

[6 Décembre.] Die sexta Decembris, post missam Beati Nicolay, in cap(p)ella Sancti Johannis interfuerunt domini Nicolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa, Johannes Picard et ego Reginaldus de Vaccaria. Quibus inter cetera exposui quod, insequendo conclusionem Facultatis alias captam, Facultatem ipsam convocari mandaveram ad deliberandum et concludendum si placeret in anno currenti licencias celebrare ac eciam ad providendum seu remedium dandum contra nonnullos baccalarios (F° 109 v°) qui, prout bidelli retulerant, se jactaverant et jactabant, timore rotuli fieri consueti, pergere Aurelianis ad licenciam in jure canonico consequendam. Super quibus audita relacione domini Johannis de Corcellis, qui, die precedenti, in vesperis Sancti Nicolay apud Sanctum Julianum celebratis, ubi divinum officium faciebat, domino de Conty et michi patefecerat quod, nisi essent baccalarii in numero competenti qui instarent pro apertura examinis, non publicaretur cedula in scolis super apertura examinis nec celebrarentur licencie usque ad annum jubileum; insuper, quod ex parte Facultatis dictus dominus de Corcellis requiretur ut vellet conferre cum domino Ambrosio de Cambray, cancellario

IMPRIMERIE NATIONALE.

Parisiensi, super ad tempus rotulo tollendo, quoniam plurimum videbatur Facultati prejudicare, prout dicti domini de Conti, Wasselin et ego post prandium dictum dominum de Corcellis requisivimus: qui pollicitus est quamtocius id facere et pro viribus laborare ad utilitatem Facultatis.

[10 Décembre.] Die veneris decima mensis Decembris, post missam Facultatis, in congregacione apud Sanctum Mathurinum celebrata ad providendum officio scribe Universitatis per obitum quondam magistri Johannis Symonis vac(c)anti, interfuerunt domini Milo d'Illiers, presul Carnotensis, Ambrosius de Cambray, Nicolaus de Conti, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picard, Andreas Wasselin et ego pro decano; a quibus concluditur quod lectura differetur post Epiphaniam propter ruinam scolarum Beati Eustacii, que nudius sextus accidit[1]: insuper, quod visitabuntur scole predicte, ut ruina emendetur et reparetur.

Eodem die, fuit sigillata littera gradus pro fratre Anthonio Boilain, et pro sigillo magister Johannes de Vado recepit scutum auri.

[16 Décembre.] Die jovis decima septima [l. sexta] Decembris, in collegio post missam Facultatis apud cap(p)ellam Sancti Johannis congregato fuit conclusum quod, si apparerent baccalarii in numero competenti examen pro licencia consequenda subire volentes, publicaretur cedula in scolis, prout fieri consuevit in anno jubileo.

[23 Décembre.] Die XXIII mensis Decembris, celebrantur missa et collegium, in quo dominus Stephanus de Veteri Villa retulit ad ejus noticiam ex relacione domini primi legentis et alias pervenisse quod erant duodecim baccalarii in numero volentes ingredi examen future licencie. Qua relacione audita et per dominum de Conty confirmata, fuit conclusum quod die crastina de mane, in lectura Decretalis, ex parte decani et collegii publicaretur cedula continens quod omnes et singuli baccalarii volentes examen licencie subire comparerent in proxima congregacione Facultatis, super hoc audituri conclusionem Facultatis prescriptam.

[24 Décembre.] Die veneris XXIII[I] Decembris anni Domini M CCCC octuagesimi quarti, que fuit vigilia Nativitatis Domini, dominus Andreas Wasselin solemniter legit Decretalem *Firmiter, de summa Trinitate;* in cujus lectura multitudo copiosa dominorum et scolarium interfuit, ut retulerunt bidelli.

Eodem die, conformiter ad conclusionem Facultatis, fuit publicata in scolis cedula, de qua fit mentio in conclusione novissima habita in collegio, et deinde dimissa, in vualvis scolarum affixa, quia per dominos de Veteri Villa, de Conty

1. C'est-à-dire le 5 décembre.

et primum legentem michi relatum extitit quod erant duodecim baccalarii examen licencie ingredi volentes.

Die jovis penultima mensis Decembris, missa et collegium celebrantur, in quibus interfuerunt domini Nicolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin et ego; coram quibus relacionem feci de querimonia domini preceptoris Sancti Johannis Jherosolimitani, quam michi venienti ad missam fecerat super suarum scolarum dimissione facta per Facultatem, que per multos annos titulo locati tenuerat eas, declarando quod, nisi Facultas (F° 110 r°) eo titulo resumeret, essent sibi penitus inutiles, cum nulli essent baccalarii legentes in eisdem. Super quo concluditur unaniniter quod ad super hoc deliberandum vocaretur Facultas per cedulam. [30 Décembre.]

Eodem die, magister Johannes Carbonnel, baccalarius, suas conclusiones pro respondendo in scolis presentavit et de doctore sibi provideri requisivit. Super quo domini non potuerunt concordari, quibusdam dicentibus quod non erat admittendus, quia tarde veniebat post publicacionem cedule pro apertura examinis, et quia tali medio possent alii baccalarii, qui non vellent subire onus respondendi, retrahi ab ingressu examinis; aliis dicentibus quod, salvo honore Facultatis, non poterat non admitti talis supplicacio, cum responsiones cedant ad honorem Facultatis et utilitatem scole, quam quilibet dominorum ex debito juramenti tenetur procurare; quodque oportune veniebat, cum alias plures visi sint, durante examine, similiter respondere, nec propter hoc alii retraherentur ab ingressu examinis, quia statuta non habent quod respondentes aliis preferantur, nisi litteratiores inveniantur per examen. Super quo conclusi in hac discordia Facultatem convocare.

Die ultima mensis Decembris, rogavi Facultatem per cedulam in domo domini Johannis de Corcellis, in egressu vesperorum Nostre Domine Parisiensis, convenire ad deliberandum super querimonia domini preceptoris Sancti Johannis, de qua in precedenti regestro, necnon supplicacione prefati magistri Johannis Carbonnel, et ad pro legendo per dominos diem eligendum. Super quibus concluditur, [quod fiet] lectura die mercurii post Epiphaniam, et post plura hinc inde ad[d]ucta super resumpcione vel dimissione scolarum dicti preceptoris a dominis Johanne de Corcellis, Nicolao de Conti, Stephano de Veteri Villa, Jacobo Junii, Johanne Picard et me, comparentibus loco et hora predictis, quod, quia idem preceptor obtulerat easdem scolas pro duodecim libris turon. annuatim Facultati dimittere, ubi consueverat habere sexdecim, et non erant nisi quatuor scole Facultati pertinentes, in quibus posset legi, cum tres scole Beati Eustacii vetustate nuper corruissent, ita ut in brevi non possent rep[ar]ari, resumerentur dicte scole Sancti Johannis ad unum vel duos annos pro dictis duodecim libris annuatim solvendis, vel minori precio, [31 Decembre.]

si posset cum ipso preceptore conveniri de illo; insuper, quod, visis conclusionibus prefati magistri Johannis Carbonnel et correctis, admittatur ad respondendum publice de illis. Et ordinavit Facultas quod haberem sibi presidere et providere quod in repeticione interessent arguentes pro honore Facultatis conservando.

1485. [5 Janvier.] Die quinta mensis Januarii, in collegio apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum de more post missam Facultatis celebrato comparuerunt duo baccalarii, qui supplicaverunt ad examen pro licencia consequenda recipi et admitti. Quibus post deliberacionem Facul[ta]tis dictum fuit quod in prima missa sequenti suas afferrent minores cedulas in Facultate, ad videndum si haberent tempus sufficiens pro examine subeundo.

[12 Janvier.] Die XII mensis Januarii, lectura, missa et collegium celebrantur, ibique duo baccalarii, de quibus supra, suam supplicacionem cum uno tercio continuaverunt, et suas minores cedulas penes majorem bidellum existentes in Facultate dimiserunt. Ipsis autem ad partem retractis, concluditur quod hujusmodi cedule infra proximam missam visitarentur, et in eadem missa daretur eis conveniens responsum; et si aliqui essent alii volentes examen licencie subire, quod supplicantes haberent eis dicere ut se pararent et cum ipsis in prima missa comparerent, ut Facultas posset ad eorum expedicionem procedere. Que conclusio, dictis baccalariis vocatis, per me ipsis extitit intimata et declarata.

[18 Janvier.] (F° 110 v°.) Die XVIII mensis Januarii, in collegio post missam Facultatis loco solito congregato, comparuerunt baccalarii, pro admissione ad examen suas supplicaciones iterantes; quibus, dempto Petro Bonnot, qui nundum suas minores cedulas exhibuerat ad visitandum, dictum fuit quod conficerent suas majores cedulas et deferrent infra qui[n]denam; et pro illis conficiendis prestiterunt juramenta consueta.

[19 Janvier.] Die mercurii sequenti, post obitum bone memorie quondam domini Martini de Fraxinis, iterum in Facultate dicti baccalarii suas supplicaciones continuaverunt, petentes ut eis examen aperiretur quamcicius. Super quorum supplicacione concluditur quod, quia nonnulli de ipsis paciuntur defectum in cedulis, tempore et lectura, vocaretur Facultas ad primam missam Facultatis, ad concludendum si cum illis placeret dispensare vel non. Quam conclusionem dictis supplicantibus notificavi, et eis injunxi quod in dicta missa comparerent, audituri conclusionem Facultatis.

[28 Janvier.] Die veneris XXVIII mensis Decembris [1. Januarii], in collegio apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum super duobus articulis per cedulam congregato com-

parucrunt domini Ambrosius de Cambray, Nicolaus de Conti, Jacobus Junii, Johannes Picard et ego Reginaldus de Vaccaria, qui posui in medium an placeret cum baccalariis supplicantibus admitti ad examen pro licencia consequenda dispensare vel ne super defectibus temporis ac lecture quos paciebantur plures ex ipsis. Super quo cum matura deliberacione conclusum extitit quod pro hac vice, pensatis et consideratis temporis malicia, paucitate presentatorum et auctoritate Facultatis, minus inconveniens videbatur cum ipsis defectuosis dispensare quam illos cum rubore repellere, prout et fuit dispensatum, cum prefixione diei lune post Purificacionem [1] ad aperiendum examen, et fuit injunctum quod ipsi presentati qui nondum erant admissi ad conficiendas majores cedulas, illas conficerent et deferrent penes dominos infra diem aperture examinis; pro quibus conficiendis prestiterunt juramenta consueta, fuitque ipsis ordinatum quod haberent disponere de nec(c)essariis et aliis requisitis ad expedicionem examinis, et propter hoc conferre cum bidellis.

Februarius. — Die veneris quarta mensis Februarii, post missam Facultatis, in congregacione Universitatis apud Sanctum Mathurinum ad audiendum relacionem suorum oratorum ad regiam Majestatem destinatorum et super articulo communi congregata, fuit admissus ad gradum baccalariatus et lecturam post examen Anthonius Lapostolle [2], Leodiensis dyocesis, qui pro bursis solvit tria auri scuta. [4 février.]

Die lune septima mensis Februarii, presentibus dominis Ambrosio de Cambray, Nicolao de Conti, Stephano de Veteri Villa, Andrea Wassel(l)in et me, examen licenciandorum fuit apertum et, oratione de more per me habita ac juramentis consuetis prestitis, quinque baccalariis, quorum duo sedebant in banca nobilium et tres in secunda banca, fuit facta assignacio textus per partes d. VII. Decreti, et ex parte dominorum eis dictum quod die jovis in crastino Cinerum [3] venirent per ordinem lectiones quas interim componerent recitaturi. [7 février.]

Ipso die, in camera examinis, examine premisso, fuit admissus ad gradum baccalariatus et lecturam servitor seu clericus et procurator domini generalis [4] Guillermus Millet [5] Pictavensis dyocesis, qui, contemplacione dicti

[1] C'est-à-dire le 7 février.

[2] Le 22 décembre 1489, «honorable homme m. Anthoine Lapostolle, advocat en Parlement, et noble homme Guillaume de Rouvroy, dit de Saint Simon, sieur de Rasse, se constituent achepteurs de biens pour noble homme Philipes d'Annoy, escuyer, seigneur de Goussainville, pour la somme de VII^c livres, en quoy il estoit tenu envers noble homme Loys d'Illiers, escuier, pour laquelle il avoit fait saisir ladite terre de Goussainville.» *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 424.

[3] Le 17 février.

[4] Il faut sans nul doute entendre ici par «generalis» non pas le trésorier de la Faculté de Décret, mais le général de l'Ordre de la Trinité, c'est-à-dire Robert Gaguin lui-même. Voir plus bas, aux dates du 30 avril, p. 100, et du 5 mai 1485, p. 101.

[5] En 1493, Guillaume Millet, prêtre, maître ès arts et licencié en Décret, du diocèse de Poitiers, se présente à la collation du chapitre de Paris et à celle du prieur de Saint-Éloi de Paris, O. S. B. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 24 v°. —

domini, solvit pro bursis duo auri scuta duntaxat, et prestitit juramenta consueta.

[10 Février.] (F° 111 r°.) Die jovis decima mensis Februarii, missa et collegium celebrantur; quibus interfuerunt domini Stephanus de Veteri Villa et ego Reginaldus de Vaccaria.

[17 Février.] Die xvii mensis Februarii, post missam Facultatis de more celebratam, in collegio, loco consueto, comparuerunt domini Ambrosius de Cambray, Nicolaus de Conti, Stephanus de Veteri Villa et ego cum ipsis, vocatisque supplicantibus, magister Johannes de Vado, bidellus major, ad visitandum minores cedulas magistri Johannis de Ruella presentavit, dicens quod ab eodem de Ruella fuerat requisitus ut eas afferret Facultati eo die quo, ut dicebat, intendebat supplicare ut cum ceteris admitteretur ad examen pro munere licencie consequendo; sed quia non comparuit idem de Ruella, premisse cedule fuerunt ipsi bidello reddite.

[24 Février.] Die veneris [*l.* jovis] xxiii Februarii, post missam Facultatis de more celebratam, in collegio apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum congregato, examine habito, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus et lecturam Johannes Morin [1],

En 1494, il se présente à la collation des doyens et chapitres des églises collégiales de Saint-Germain l'Auxerrois de Paris et de Sainte-Croix de Loudun, diocèse de Poitiers. *Ibid.*, fol. 33. — En 1496, il se présente à la collation de l'évêque du chapitre de Meaux et à celle de l'abbé de Saint-Faron, même diocèse. *Ibid.*, fol. 137.

[1] Probablement le même que ce Jean Morin, licencié en lois, qui plaide au Châtelet, le 27 juin 1491, avec Hance de Conflans, et «auquel est fait deffence de poursuivre ledit de Conflans en autre cour que ceans». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 66. — Mais c'est sûrement de lui qu'il s'agit dans le même registre du Châtelet, à la date du 6 mars 1494 [1495] : «A la requeste d'honorable femme Jacquette Brachet, veufve m. Pierre Symart, notaire et secretaire du Roy et commis par le Roy au payement des menues affaires et plaisirs du Roy et aussy au payement des offices ordinaires de l'hostel du Roy et des archers du prevost de l'hostel, stipulant en cette partie pour François Symart, fils naturel dudit deffunt et legitimé par le Roy, et Perrette Symart, aussy fille naturelle de feu Jehan Symart, qui estoit fils naturel et legitime dudit feu Pierre Symart, et veufve icelle Perrette aussy legitimée par le Roy, disant que ledit deffunt ou ses heritiers avoient encore à rendre les comptes de l'administration des charges dessusdittes, ce que ne pouvoient faire lesdits mineurs qui sont heritiers, obstant leur minorité et aussy obstant l'absance de honorable homme Jehan Brachet et m. Jacques le Fuselier, tuteurs desdits mineurs, demeurans en la ville d'Orleans, par quoy leur est besoin d'avoir un curateur; au tesmoignage de ladite veufve et honorable homme m. Nicolle Brachet, conseiller au Parlement, *m. Jehan Morin, bachelier en Decret*, Claude le Seurre et Jehan Fromont, serviteurs dudit deffunt, a esté donné curateur auxdits mineurs m. Germain de Loynes, advocat en Parlement.» *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 252.

En 1494, Jean Morin, licencié en Décret, du diocèse de Tours, se présente à la collation des abbé et prieur de la Trinité de Beaulieu, diocèse de Tours, «non obstante quod obtineat duas capellanias, quarum valor non ascendit in portatis xx l. p., et à celle de l'abbé de Saint-Sauveur, «alias de Villalongo [Villeloin, Indre-et-Loire, arr^t de Loches]», même diocèse. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 35.

Turonensis dyocesis, qui pro bursis solvit duo scuta cum medio, et frater Guillermus Sauvage, prior de Taurigueyo, qui pro bursis solvit tria scuta: et prestiterunt juramenta consueta.

Marcius. — Die martis [l. mercurii] secunda mensis Marcii, dominus legens primum ordinarium apud Sanctum Mathurinum, ubi erat congregacio Universitatis, supplicavit Facultati quod annueret sibi litteras monitorias pro collecta sua more consueto percipienda; cujus supplicacioni annuit Facultas. [2 Mars.]

Die veneris, fuit sigillata littera nominacionis pro Ludovico Bragier, Sanctonensis dyocesis, qui pro sigillo solvit dimidium scutum duntaxat, quia die precedenti domini eidem supplicanti propter paupertatem fecerant graciam scutum per statuta debitum ad dimidium moderandi. [4 Mars.]

Die jovis x mensis Marcii, post missam Facultatis, examine premisso, admissi fuerunt ad gradum baccalariatus et lecturam Johannes de Vitri [1], qui pro bursis solvit tria scuta, Guillermus Scabini, duo cum dimidio unius, et dominus Petrus Bove, tantum duo, pretextu paupertatis, et prestiterunt juramenta. [10 Mars.]

Ipso die, Facultas congregata super admissione vel repulsione licenciandorum omnes admisit, et conclusit quod per cedulam haberem convocare Facultatem ad examen concludendum et deliberandum super declaracione facta per dominum

(1) Jean de Vitry était peut-être le fils de Guillaume de Vitry, conseiller au Parlement de Paris, qui, d'après Blanchard (*Catal.*, p. 20), fut reçu en 1436 et mourut en 1479. Le 30 juillet 1489, au Châtelet de Paris, «noble homme Nicolle Baluc, sieur de Villepreux, qui a fait proceder par voye d'arrest sur plusieurs pièces de terre au terroir de Villepreux, appartenans à damoiselle Jehanne le Picart, veufve de feu Guillaume de Vitry, conseiller au Parlement, a donné main levée après que Jehan de Vitry, fils de ladite damoiselle, s'est donné pour caution.» *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 403. — Le 12 avril 1494, «honorable homme m. Jehan de Vitry, licencié ès loix, a esté receu advocat au Chastellet.» *Ibid.*, vol. 765, p. 233. — Le 25 février 1528 [1529], «honorable homme Hermant Guillart et sa femme [plaident] contre dame Marie Quatrelivres, veufve feu m. Jehan de Vitry, en son nom et comme tutrice, avec François Marette, de son fils Gervais de Vitry, son fils mineur; dit est qu'une maison commune entre les parties sera partagée ou licitée.» *Ibid.*, vol. 765, p. 464.

Sur Guillaume de Vitry, nous lisons encore, à la date du 30 septembre 1478 : «Noble homme Pierre de Boutheon, escuier, et m. Olivier de Vienne, prothonotaire du Saint Siège, frère germain de noble et puissant seigneur messire Jehan de Vienne, chevalier, seigneur de Listenois, et cousin remué de germain de noble et puissante dame dame Anne de Vienne, femme dudit chevalier, qui avoient fait convenir honorable homme et sage m. Guillaume de Vitry, conseiller au Parlement, affin d'avoir par retrait la terre et seigneurie de Persene [Persan], en la comté de Beaumont sur Oise, acquise par ledit de Vitry desdits chevalier et dame; et après qu'il est apparu à m. Jehan le Picart, notaire et secretaire du Roy, et à noble femme damoiselle Jehanne le Picart, femme dudit Guillaume de Vitry, iceux le Picart et femme fondez de procuration dudit de Vitry, ledit Olivier de Vienne estre frère dudit chevalier, et qu'il leur a esté delivré par ledit Bo[u]theon audit nom la somme de mil escus d'or: dit est que le retrait sera adjugé.» *Ibid.*, vol. 764, p. 156.

cancellarium quod de cetero non intendit mittere signeta licenciandorum, nisi prius rotulus conclusus sibi fuerit porrectus et traditus.

[11 Mars.] Die veneris XI mensis marcii, apud cameram examinis, ex dominis doctoribus convocatis super clausura examinis et declaracione hesterna die facta per dominum cancellarium ecclesie Parisiensis, comparuerunt domini de Corcellis, Nicolaus de Conty, Robertus Tullen, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Andreas Wasselin et ego Reginaldus de Vaccaria; a quibus fuit deliberatum et per me conclusum quod ipso die concluderetur examen, quodque super declaracione facta per dominum cancellarium dominus de Corcellis haberet cum eo conferre, et, si non posset flecti ut differ[r]etur composicio rotuli licenciandorum usque ad diem licenciarum celebrandarum, fieret in die precedenti, de mane, ante missionem signetorum.

Eodem die, instantibus et requirentibus dominis Nicolao de Conty et Stephano de Veteri Villa, posui in medium an placeret Facultati quod dominus generalis in legacione supremi domini nostri Regis existens, non obstante lapsu mensium graciosi et rigorosi sibi alias indultorum, particiaparet in emolumentis baccal[ar]iorum et licenciandorum, vel ne. Super quo concordiam habere non valui propter opinionum varietatem, pluribus dicentibus quod super hoc non erant ad deliberandum convocati; aliis dicentibus quod ipse dominus generalis solum requisiverat gratiam dictorum duorum mensium, et non ultra; ceteris deliberantibus quod ejus adventus erat prestol(l)andus et quod forsitan graciam premissam sibi fieri non vellet, ne alii domini, quando abessent, pariter ultra mensem graciosum et rigorosum in emolumentis regencie contra tenorem statutorum participare vellent; quare nichil conclusi, nisi adventum dicti domini generalis expectare debere (*sic*).

(F° 111 v°.) Ipso die, habita collacione, juxta morem Facultatis examen conclusi, et licenciandis eorum admissionem factam pridie per Facultatem intimavi. Quo facto, omnes prestiterunt juramenta per baccalarios licenciandos bis ante gradum licencie prestanda.

[13 Mars.] Die XIII mensis Marcii, fuit sigillata littera nominacionis pro Ludovico Bragier, qui pro sigillo solvit dimidium scutum duntaxat, quia placuit Facultati sibi graciam fieri pretextu paupertatis.

Eodem die, hora quarta post meridiem, presentibus dominis Nicolao de Conty et Stephano de Veteri Villa, quinque baccalarii probati in aula domini cancellarii Parisiensis, per me brevi oracione habita, presentati fuerunt ipsi domino cancellario in ordine quo erant sedentes in aula examinis, eidem supplicantes quod ipsos presentatos expedire et matrem Facultatem in suis libertatibus, consuetudinibus et statutis conservare dignaretur et vellet. Qui quidem dominus cancellarius

humanissime respondit quod ipsos baccalarios, eo numero quo sibi presentabantur, recipiebat et admittebat, quodque illos in brevi expediret; dictam quoque Facultatem in suis libertatibus inviolabiliter conservaret. De qua responsione dicti domini et ego nomine Facultatis egimus ingentes gracias.

Die jovis XVII mensis Marcii, in collegio post missam Facultatis congregato, interfuerunt domini Nicolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa, Johannes Gressier et ego vice decani. Qui quidem Gressier declaravit quod non venerat illuc ad supplicandum ut ad regenciam reciperetur, sed dumtaxat ut semper in graciam Facultatis haberetur. Quo facto, licencia recedendi petita, divertit ad negocia sua, ut dicebat, peragenda. Dictus vero de Conty pro mensibus gracioso et rigoroso supplicavit; qui sibi fuerunt concessi, et ceteris qui habere vellent. [17 Mars.]

Ipso die, magister Johannes Guiberti, in jure canonico licenciatus, personaliter comparens, supplicavit pro duabus nominacionibus habendis et moderacione sigillorum. Cujus supplicacioni fuit obtemperatum, postquam asseruit se pauperem, et conclusum quod expedirentur sibi due nominaciones sigillate pro duobus francis.

Die veneris XVIII Marcii, de mane, sigillate fuerunt due littere nominacionum: una pro magistro Ludovico de Mareleio, et altera pro magistro Philippo de Altaribus; pro quibus duo auri scuta fuerunt tradita magistro Johanni de Vado, majori bidello Facultatis. [18 Mars.]

Anno Domini M CCCC octuagesimo quarto, die XX mensis Marcii, hora septima de mane, Facultas extitit convocata super confectione rotuli licenciandorum. Comparuerunt autem domini Johannes de Courcellis, Ambrosius de Cambray, Nicolaus de Conty, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picard, Andreas Wasselin, et ego Reginaldus de Vaccaria loco decani; a quibus licenciandi, prout inferius annotatur, fuerunt ordinati et inrotulati duobus rotulis pergameni, quorum unus tribus sigillis, videlicet Facultatis, domini Johannis de Corcellis et mei, obsignatus et conclusus extitit, necnon domino Ambrosio, cancellario insignis ecclesie Parisiensis, presentibus dominis, recipienti, et non aperire ante horam future licencie promittenti porrectus et traditus; alius autem rotulus sigillo Facultatis sigillatus penes me remansit, ad comparacionem in aula domini episcopi Parisiensis tempore evocacionis faciendam. [20 Mars.]

Eo die, dicti domini taxaverunt pro bursa bedellorum super emolumento licencie duodecim scuta percipienda super hiis que minor bedellus de receptis debet Facultati.

Deinde fuerunt examinati et ad gradum baccalariatus admissi Johannes Wryngnier, dyocesis Belvacensis, qui pro bursis solvit tria scuta auri cum dimidio, et

IMPRIMERIE NATIONALE.

Karolus Tib[a]uvilliers totidem, et fuerunt dispensati super invitacione dominorum per singulas domos, et prestiterunt juramenta consueta.

Ipso die, domini remiserunt mediam partem hujus quod conductor cavee domus Sancti Eustacii Facultati debebat pro pensione seu salario ipsius cavee pro anno novissime lapso, pretextu damni per eum passi in amissione unius modii ef[f]usi, ruina dicte cavee nuper facta, causante vetustate.

[21 Mars.] (F° 112 r°.) Anno Domini mcccc octuagesimo quarto, die lune xxi mensis Marcii, hora decima de mane, alma mater Facultas ex cap(p)ella Sancti Johannis Jherosolimitani, cum licenciandis, precedentibus baccalariis cum cappis, usque ad aulam reverendi in Christo patris et domini domini episcopi Parisiensis, ad actum licencie ibidem celebrandum, cum gravitate processit; ubi dominus Ambrosius, cancellarius Parisiensis, rotulum sibi prius per Facultatem tribus sigillis obsignatum et receptum inviolatum, et prius ad videndum domino Stephano de Veteri Villa et nobis ad aulam veniendo patefactum et ostensum, reseravit; et palam, cunctis videntibus, magistro Johanni de Vado, majori bidello Facultatis, ad licenciandos evocandos tradidit; fueruntque ordine sequenti vocati dicti licenciandi, qui perprius die precedenti fuerant adoptati, prout infra fideliter annotatur:

Germanus Chartelier.....	quem adoptavit d. Ambrosius de Cambray.
Johannes Dorisoles, alias de Petraponte.....	d. Johannes de Corcellis.
Johannes Morelli[1].....	d. Robertus Tulleu.
Johannes de Ruel.....	d. Nicolaus de Conty.
Robertus Richier.....	d. Stephanus de Veteri Villa.

Quibus vocatis et in b(r)anca ordinata collocatis, oracione diserta et oratore magno digna per dominum cancellarium graviter et luculenter recitata, pluribus prelatis, consulibus, magistris, doctoribus, civibus, baccalariis et aliis personis assistentibus, fuit licencie munus cum benedictione solemniter impartitum. Deinceps vero ipsi licenciati in cap(p)ella inferiori dicti domini episcopi Parisiensis convenerunt, ibique per organum primi de honore impenso ingentes graciarum actiones habuerunt Facultati, que illas benigno suscepit affectu.

[24 Mars.] Die xxiii mensis Marcii, propter superveniens impedimentum in missa Facultatis comparere non valui: verumtamen dominus de Veteri Villa se obtulit vice mea comparere, prout fecit.

[1] En 1497, «magister Johannes Morelli, in Decretis licenciatus», se présente à collation des abbés de Savigny et d'Ainay, diocèse de Lyon. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 50, fol. 15 v°. — En 1499, «Johannes Morelli, in artibus magister», se présente à la collation de l'évêque et du chapitre d'Autun et à celle de l'abbé de Cluny. *Ibid.*, fol. 66-66 v°.

Die xx[i]v mensis predicti, Alanus Dyennis[1], examine premisso, fuit admissus ad gradum baccalariatus et lecturam, et pro juribus Facultatis solvit tria scuta cum dimidio unius, fuitque cum eo dispensatum super invitacione facienda per singulas domos dominorum.

Dicta die xxiii mensis predicti, quia in vigilia dominice in Ramis Palmarum non legetur, propter crastinum Annunciacionis Beate Marie, dominus Johannes Picard legit Decretalem *Omnis utriusque sexus*.

Die xxvi mensis predicti, fuerunt sigillate due littere nominacionum pro magistro Johanne Guibert, qui pro sigillo solvit duos francos duntaxat, quia gracia sibi fuerat facta per Facultatem. [26 Mars.]

Die xxviii mensis Marcii, Anthonius Prisque, Matisconensis dyocesis, examine premisso, fuit admissus ad gradum baccalariatus et lecturam, solvitque pro bursis tria scuta, et prestitit juramenta consueta. [28 Mars.]

Eodem die, fuit sigillata una nominacio pro fratre Guillermo Sauvage, ordinis S. Benedicti, qui solvit pro sigillo scutum auri.

Ipso die, dominus Nicolaus de Conty ex Parisius recessit et iter eundi Ambianis arripuit.

Eodem die, post prandium, frater Stephanus Contesse, curatus Sancti Stephani in Monte Parisiensis[2], examine premisso, fuit admissus ad gradum baccalariatus et lecturam, et cum eo dispensatum extitit super non invitacione dominorum et harenga, solvitque pro bursis seu jure Facultatis quatuor auri scuta.

Die xxix mensis Marcii, fuit sigillata littera gradus pro magistro Germano Chartelier, qui pro emolumento sigilli solvit unum auri scutum. [29 Mars.]

Aprilis. — Die septima mensis Aprilis, fuit sigillata littera nominacionis pro Sanctivo Evillardi, qui pro sigillo solvit scutum auri. [7 Avril.]

(F° 112 v°.) Die martis xii mensis Aprilis, Johannes Marche, Turonensis dyocesis, examine premisso, fuit ad lecturam et gradum baccalariatus admissus. [12 Avril.]

[1] Probablement de la même famille que «honorable homme et sage m. Jehan Dyenis, audiencier du Roy au Chastellet [qui, le 20 mai 1491,] a emancipé Jehan Dyenis le jeune, son fils, aagé de six ans; curateur, le père». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 57.

[2] Le 15 octobre 1491, «frères Estienne Contesse, Anceau Langlois et Jehan Chopin, religieux de l'abbaye Sainte Genevieſve, [plaident] contre frère Simon de Cambray, soy disant commis à lever la decime mise sus par N. S. P. le Pape». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 95. — Le 17 décembre suivant, «frère Estienne Contesse, curé de Saint Estienne du Mont de Paris, [plaide] contre Pierre de Villeneufve, qui est condamné aux despens que pourra prouver ledit Contesse». *Ibid.*, p. 106.

solvitque pro bursis et gracia sibi facta de non eundo per villam ad invitacionem dominorum, ut interessent harenge sue, tria scuta, ac prestitit juramenta consueta.

[14 Avril.] Die jovis XIIII mensis Aprilis, in collegio post missam Facultatis celebrato concluditur quod die jovis proxima domini doctores legent, et fuit bedellis injunctum quod absentibus dominis haberent quamcicius intimare.

[16 Avril.] Die sabbati XVI mensis Aprilis, domini doctores fuerunt per cedulam apud cameram examinis convocati, ad audiendum supplicacionem domini primi legentis, qui supplicare intendebat ut posset ad tempus legere per substitutum, propter impedimentum superveniens, quia prosecuturus erat unam parrochialem ecclesiam per dominum episcopum Meldensem sibi dimissam in partibus Norman[n]ie, sitam apud Scacarium[1]; et quia nullus comparuit debite expectatus, eidem domino legenti, ut prefertur, supplicanti licenciam dedi requisitam, proviso quod ydoneum legentem loco sui substitueret.

[21 Avril.] Die jovis XXI mensis Aprilis, fuit missa, lectura et collegium, in quo nichil aliud fuit actum quam ut domini die sabbati proxime venturi, hora prima post meridiem, compar[er]ent in camera examinis ad compota domini thesaurarii audienda.

[23 Avril.] Die sabbati XXIII mensis Aprilis, dominus thesaurarius in camera examinis, presentibus dominis Ambrosio de Cambray, Roberto Tullen, Jacobo Junii, Johanne Picard et me, reddi[di]t compota sua, et fuerunt arrestata; sed quia recepta misiam excedebat, conclusum extitit quod quilibet dominorum Parisius presencium partem haberet in eadem et inter ipsos divideretur.

[28 Avril.] Die jovis XXVIII mensis Aprilis, missa et collegium celebrantur; in quo collegio fuerunt, examine premisso, ad gradum baccalariatus recepti et admissi Germanus Ferrant, qui pro bursis solvit duo scuta cum dimidio, et Arnoldus Criel, qui solvit duo scuta dumtaxat propter paupertatem, et prestiterunt juramenta consueta[2].

[30 Avril.] Maius. — (F° 113 r°.) Ego Robertus Gaguinus, generalis minister etc., decanus etc., redii de legatione Romana pro domino nostro Rege ultima die mensis Aprilis M CCCC IIII^XX quinto[3].

[1] Peut-être l'église paroissiale d'«Escoie», en français *Escoies* (cf. *Recueil des historiens de France*, t. XXII, col. 143 *b*, n. 8), auj. Écouis, département de l'Eure, arrondissement des Andelys, canton de Fleury-sur-Andelle.

[2] Ici Regnault de La Vacquerie remet à Gaguin le registre qu'il tenait depuis le 10 novembre 1484.

[3] Gaguin avait quitté Paris le 31 octobre précédent. Cf. supra, p. 81 : Thuasne, ouvr. cité, t. I, p. 60.

Die quinta mensis Maii, fuit missa in Sancto Johanne Jherosolimitano, ubi fuerunt domini Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin, dominus Reginaldus de Vaccaria et ego decanus. [5 Mai.

Post missam, in cap(p)ella prefatis dominis congregatis egi gratias de eo quod, me absente et in legatione agente, placuisset dominis doctoribus me in suum decanum continuare. Et pecii a domino thesaurario, domino Stephano de Veteri Villa, ut portionem bursarum tam bac[c]alariorum quam licenciatorum, qui fuerant admissi tempore absencie mee, mihi distribueret. Qui respondit quod portio hujusmodi, que mihi pertinere poterat, fuerat soluta procuratori meo Guillermo Millet usque ad diem primum mensis Marcii ultimo preteriti, a quo tempore perdideram, ut dicebat, jura regencie tam bursarum bac[c]alariorum quam licenciatorum, preter jura harengarum: verum, si placeret dominis doctoribus collegialiter congregatis aliter ordinare, quod ipse non contradicebat, et quod ego super hoc convocarem dominos doctores apud Sanctum Johannem die xi mensis Maii, in qua celebrari debebat missa Facultatis et anniversarium pro domino Chuffart. Quam congregationem dixi me facturum.

Die lune nona Maii, fuit missa de sancto Nicolao apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt domini Stephanus de Veteri Villa, Reginaldus de Vaccaria et ego decanus. [9 Mai.

Eodem die, Maturinus le Chevrier, clericus, Cenomanensis diocesis, fuit admissus ad lecturam et gradum baccalariatus, et solvit pro bursis II scuta cum dimidio.

Die mercurii XI Maii, fuit missa Facultatis et anniversarium domini Chuffart apud Sanctum Johannem; et quamvis fuissent vocati per cedulam domini doctores, tamen comparuerunt tantum domini Stephanus de Veteri Villa, Johannes Picaro, Andreas Wasselin, Reginaldus de Vaccaria et ego decanus; quibus considentibus de more in cap(p)ella dominus Picard dixit eos pauços esse, et ideo dif[f]erendum esse de supplicacione mea supra memorata usquedum plures convenissent. Quo dicto, discessit. Et statim advenit dominus Ambrosius de Cambray, qui dixit me nec regenciam perdidisse nec debere me privari jure bursarum; sed aliis dicentibus stare se in sentencia domini Johannis Picard, nichil de supplicacione mea determinatum fuit. [11 Mai.]

(F° 113 v°.) Die XIII Maii, Guillermus Gambart [*in margine* : Gombart], Ebroicensis diocesis, fuit admissus ad gradum baccalariatus et lecturam; prestitit juramenta et solvit pro bursis III scuta. [13 Mai.]

Die dominica XV Maii, convocati domini doctores per cedul(l)am post vesperas Beate Marie apud domum domini Johannis de Corcellis comparuerunt et fuerunt [15 Mai.]

presentes domini Johannes de Corcellis, Ambrosius de Cambray, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin, Reginaldus de Vaccaria et ego decanus. Quibus ita congregatis, ego pecii ab eis si placeret audire supplicacionem meam. Quod cum placere sibi dixissent, exposui qualiter superioribus mensibus fueram occupatus pro domino nostro Rege cum aliis oratoribus in legatione ad Pon[ti]ficem romanum pro prestanda obediencia filiali. Que res, cum pertineret ad rempublicam regni, debebat mihi sufficere ut non perderem regenciam nec jura regencie. Preterea, cum ipsi domini doctores, me absente, die electionis decani, me continuassent in officio decani, videbatur absonum me decanum et non regentem esse. Quod si secundum statuta Facultatis eis videretur quod ego regenciam perdidissem propter longiorem absenciam ultra duos menses, nichilominus debebatur michi porcio de bursis licenciatorum, pro eo quod licencia fuerat inchoata per longum tempus intra tempus regencie mee. Nam, cum examen licenciandorum fuisset apertum in principio Februarii et tempus regencie mee durasset, ut ipsi domini doctores confitebantur, usque ad inicium Marcii, et ego per substitutum ex(e)ercuissem officium decani in ipso examine, justum erat me participem fore emolumentorum et commodorum; viderent propterea domini doctores ut neque in regencia neque in fructibus regencie percipiendis acciperem injuriam et damnum; quamquam ego ita affectus illis eram, ut vellem omnino in hac causa stare eorum judicio, et si eis videretur me, dum sentencias et opiniones suas dicerent, non debere presentem esse, dixi placere mihi discedere donec de tota re conclusissent.

Sed placuit illis me assistere eorum conciliis (*sic*). Unde singuli a me interrogati quid de mea causa et supplicatione sentirent, aliis dicentibus me debere perci pere partem commodorum preterite licencie, aliis vero contrarium asserentibus, tandem in hanc sentenciam convenerunt ut ego viderer regenciam perdidisse et me oportere per supplicationem regenciam denuo assumere, juramenta ad hoc consueta prestare, Decretalem unam doctoralem et extraordinarium legere.

Verum favore legationis per me geste et quia examen licenciandorum intra tempus regencie mee inceperat, placuit eis ex gracia, et non ex rigore debiti, quod thesaurarius, dominus Stephanus de Veteri Villa, super bursis baccalariorum futurorum daret mihi decem scuta auri. (F° 114 r°.) Et ita esse faciendum dominus Johannes de Corcellis unanimi omnium presencium assensu conclusit.

Ego vero concessum accipiens et eorum ordinationi non repugnans, supplicavi ut me ad regenciam assumendam admitterent. Cui supplicationi annuerunt, sicque prestitis per me solitis juramentis, singuli discesserunt.

[19 Mai.] Decima nona mensis Maii, fuit missa apud Sanctum Johannem; in qua tamen, occupatus aliunde, non fui; sed referentibus bidellis, accepi dominum Andream Wasselin tantum affuisse.

Pro sigillo littere gradus magistri Nicolay Dalphin recepi (scutum) unum scutum.

Pro sigillo littere gradus fratris Gassardi Beauguère, in Decretis licenciati, unum scutum.

Pro sigillo littere gradus magistri Guillermi Coste, in Decretis baccalarii, unum scutum.

Pro sigillo littere gradus magistri Johannis Marjot, in Decretis baccalarii, unum scutum.

Pro sigillo littere gradus Reginaldi Maubruny, in Decretis baccalarii, unum scutum.

Die XXVI Maii, fuit missa apud Sanctum Johannem Lateranensem: ibi affuit dominus Andreas Wasselin et ego decanus. [26 Mai.]

Junius. — Prima die mensis Junii, fuit missa apud Sanctum Johannem Lateranensem; in qua fuerunt domini doctores Tulleu, Junii, Wasselin, [de] Vaccaria et ego decanus. [1er Juin.]

Post missam in cap(p)ella, examine de Guillermo Nothorp, Monasteriensis diocesis, et Johanne Berwer, Guyedonensis (*sic*) diocesis, facto, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus et lecturam in Decretorum Facultate, et prestiterunt juramenta. Solverunt pro bursis septem scuta.

Nona Junii, fuit missa apud Sanctum Johannem; cui affuerunt domini [de] Conty, Wasselin, [de] Vaccaria et ego decanus. [9 Juin.]

Post missam, in capella, examine facto, admissus fuit ad baccalariatus gradum et lecturam Guillermus Symoneau, Andegavensis dyocesis, et prestitis juramentis, solvit pro bursa duo scuta cum dimidio.

(F° 114 v°.) Eadem die, cum ego de pecuniis mihi debitis recepissem octo scuta et restarent adhuc duo, recepi integram solutionem decem scutorum michi assignatorum de portione michi assignata de bursis licenciatorum proxime preteritorum; et ita Facultas manet quitta erga me.

Et cum superesset dimidium scutum distribuendum dominis doctoribus et dominus thesaurarius esset absens, placuit dominis presentibus ut ego solverem, nomine Facultatis, domino receptori burse dimidie que levabatur pro negociis Universitatis decem solidos paris. Quod et ego feci, sicut patet per quittanciam.

Eodem die, cum scirem me recessurum tempore extraordinarii, post instans festum Sancti Johannis Baptiste, quo tempore pro reassumpta regencia legere debebam, rogavi dominum Andream Wasselin ut ipse vice mea vellet hoc onus assumere et exequi. Quod et ipse fecit, et promisit loco mei legere extraordinarium:

et ego pro assumendis laboribus promisi solvere illi sex scuta, de quibus in prompta unum accepit, presentibus dominis de Conty et de Vaccaria.

[10 Juin.] Decima die mensis Junii, sigillata fuit littera nominationis pro domino Francisco Thenaudi, in Decretis baccalarii, et recepi (scutum) unum scutum.

[16 Juin.] Decima sexta die Junii, premisso examine, Thomas de Busto(?), Rothomagensis dyocesis, admissus fuit ad gradum et lecturam baccalariatus; qui, prestitis de more juramentis, solvit pro bursis III scuta.

Eadem die, fuit missa apud Sanctum Johannem; in ea affuerunt domini doctores Nycolaus de Conti, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin, Reginaldus de Vaccaria et ego decanus.

[17 Juin.] Decima septima Junii, post examen rite factum, Johannes Donjat[1], Claromontensis dyocesis, fuit ad gradum et lecturam baccalariatus admissus, et prestitis juramentis, solvit III scuta.

[23 Juin.] Die jovis in vigilia Sancti Johannis Baptiste, fuit missa apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum; in qua affuerunt domini Nycolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa et ego decanus.

[24 Juin.] Die veneris XXIV Junii, Petrus Audart, presbiter, Cathalaunensis dyocesis, premisso examine, fuit admissus ad gradum et lecturam baccalariatus, prestititque juramenta de more solito, et solvit pro bursis II scuta.

[4 Juillet.] (F° 115 r°.) Jul(i)us. — Die lune tercia [l. quarta] Jul(l)ii, Ludovicus Thibauldi, Bituricensis diocesis, post examen de ipso factum, fuit admissus ad gradum et lecturam baccalariatus, prestitit que juramenta, et pro bursis solvit duo scuta et duos florenos trajecten.

[13 Juillet.] Die mercurii XIII Jul(l)ii, Alvarus Johannis, presbiter, Portuensis dyocesis[2], Johannes le Chappellier, Rothomagensis dyocesis, Johannes de Brolio[3], Lemovicensis dyocesis, examine de ipsis facto, fuerunt admissi ad gradum et lecturam baccalariatus, et prestitis juramentis solitis, solverunt pro bursis quisque eorum II scuta : sex scuta.

[1] Voir ci-dessous, p. 113.

[2] Les Portugais sont aussi rares que les Italiens et les Anglais parmi les élèves de la Faculté de Décret de Paris, du moins au XVe siècle.

[3] Doit-on l'identifier avec «M. Jehan du Breuil, conseiller en la Chambre des aydes à Paris», qui, le 4 juin 1491, est «renvoyé ès requestes en vertu de committimus contre les abbé, maistres, bourciers et escolliers du Collège de Sorbonne»? *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 60. C'est douteux.

Die jovis xiii Jul(l)ii, fuit missa apud Sanctum Johannem; in ea fuerunt domini Nycolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin, Reginaldus de Vaccaria; ego autem non potui interesse. [14 Juillet.]

Die jovis que fuit vigilia Magdalenes, fuit missa apud Sanctum Johannem; in qua affuerunt domini doctores Nicolaus de Conty, de Veteri Villa, Andreas Wasselin, Reginaldus de Vaccaria et ego decanus. [21 Juillet.]

Die martis xxiii [*l.* xxvi] Jul(l)ii, frater Petrus Tyerri, Carnotensis dyocesis, ordinis S. Benedicti, Petrus Clari, Claromontensis dyocesis, et Symon Martin, Lemovicensis dyocesis, examine premisso, fuerunt admissi ad gradum et lecturam baccalariatus, et prestitis juramentis, solverunt pro bursis vi scuta cum dimidio. [26 Juillet.]

Die veneris que fuit xxix Jul(l)ii, fuit missa apud Sanctum Johannem; in ea comparuerunt dominus Andreas Wasselin et ego. [29 Juillet.]

Augustus. — Die jovis que fuit quarta Augusti, fuit missa ubi supra; affuerunt domini Nycolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin, Reginaldus de Vaccaria et ego. [4 Août.]

Die jovis sequenti, fuit missa ut supra, in qua fuerunt domini prescripti et ego. [11 Août.]

Die lune xv Augusti, fuit missa de Beata Maria Virgine apud Sanctum Johannem, in qua ego non fui(t); sed ex bedellis accepi interfuisse dominos doctores. [15 Août.]

Die jovis que fuit xviii Augusti, fuit missa Facultatis, et ea die fuerant evocati per cedulam omnes domini doctores super duobus articulis : unus fuit ad deliberandum super distributionibus dandis dominis doctoribus qui comparent missis et congregationibus; secundus articulus fuit super supplicationibus et injuriis. [18 Août.]

Missa igitur celebrata, comparuerunt in cap(p)ella Sancti Johannis Lateranensis domini doctores (F° 115 v°) Ambrosius de Cambray, cancellarius, Nicolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin, Reginaldus de Vaccaria et ego decanus; quibus ego exposui causas quamobrem ego feceram eos convocare.

Et primo dixi quod, cum ego sepe fuissem in conventibus et congregationibus Universitatis, et eciam in deputatis, necnon in missis et collegiis Facultatis, videram raros dominos doctores comparere et me frequenter vidisse solum, et ideirco me oportuisse dicere opinionem meam cum dominis theologis. Dixi preterea audivisse me sepenumero quosdam graves ex Universitate magistros accusare nos et Facultatem nostram quod, spretis laudabilibus majorum nostrorum consuetudinibus, presumebamus sine cappis doctoralibus ingredi congregationes Universitatis. Que omnia, sicut ego exposui, videbantur accidisse propterea quod intermisse fuerant

IMPRIMERIE NATIONALE.

distributiones que solite erant tempore majorum nostrorum distribui doctoribus in predictis congregationibus comparentibus; viderent igitur domini doctores atque deliberarent quid pro honore et commodo Facultatis censerent faciendum; simulque ordinarent de harengis baccalariorum, ad quas, cum per baccalarios domini doctores sigillatim intervenire rogentur, nemo tamen fere illis assistit, cum distributionem consuetam accipiant ipsi doctores. Super quo articulo omnibus visum est decere ut, reducta antiqua consuetudine, distributiones preberentur, ut hoc premio inducti domini doctores congregationibus et missis interessent, eciam cum suis cappis doctoralibus. Et cum forte accidere interdum possit ut apud dominum thesaurarium non sint sufficientes ad hoc faciendum pecunie, placuit ut merelli plumbei cuderentur, qui loco pecunie distribuerentur, et qui plus ex illis accepisset, plus pecunie in fine mensis, vel cum compotus per dominum thesaurarium redderetur, reciperet, more videlicet ecclesiarum collegiatarum. Verumtamen, quia in arduis negociis Facultatis, quale est presens negocium, solent domini doctores tribus edictis evocari, placuit eis ut rursus due alie evocationes fiant successive, et si evocati secundo non compareant, ultimum et tercium edictum fiat sub debito juramenti. Et ego decanus secundum has sentencias et deliberationes dominorum ita conclusi.

Super secundo articulo, qui est de supplicationibus, supplicavit dominus Ambrosius cancellarius pro mense rigoroso, qui propter tempus extraordinarium hoc tempore currens non computaretur usque post diem legibilem proxime venturam post festum Omnium Sanctorum. Cujus supplicationi mos gestus est. Ipseque dominus Ambrosius, cum sciret se per absenciam suam non interfuturum congregationibus que super premissis posthac fient, declaravit se omnino permansurum in opinione de distributionibus prebendis ut predictum est, et de cappis per dominos doctores (F° 116 r°) ferendis, et quod, ut hujusmodi consuetudines, longo tempore olim observate, diutissime servarentur, ita fieri rogabat et instantissime supplicabat, voluitque hujusmodi suam supplicationem in scriptis redigi.

Eodem die, admissus est de more ad gradum et lecturam baccalariatus Johannes de Hallynes, Meldensis dyocesis, prestititque juramenta, et solvit de bursis III scuta.

[20 Août. Die sabbati XX Augusti, David le Pilloys[1], Lexoviensis dyocesis, premisso exa-

[1] Il appartenait probablement à la famille Pillois, qui avait des attaches avec le Châtelet. Le 19 avril 1488, Jean Pillois est reçu avocat au Châtelet; puis, le 11 octobre 1492, il y est institué conseiller, « non obstant l'opposition de Jehan Poncet »; mais il ne paraît l'avoir été définitivement que le 30 janvier suivant, « au lieu de feu Catherin Saillart »; d'après une autre mention des registres du Châtelet, on devrait croire qu'il mourut procureur des Comptes. *Collect. Clairambault*, vol. 764, p. 356; vol. 765, p. 155, 164 et 328. — Le 7 mai 1492, Nicolas Pilloys est institué notaire au Châtelet par résignation de François Babelon. *Ibid.*, vol. 765, p. 138. — De David lui-même nous ne savons rien d'autre que ce que contiennent les Mémoriaux. — En marge : *David Pilloys.*

mine, fuit admissus ad gradum et lecturam baccalariatus, prestititque juramenta, et pro bursis solvit tria scuta, et de dispensatione non eundi per villam invitatum dominos doctores solvit dimidium scutum : III scuta cum dimidio.

Die veneris XXVI Augusti, fuit missa apud Sanctum Johannem Lateranensem. [26 Août.] affuerunteque domini doctores Nycolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin, Reginaldus de Vaccaria et ego decanus.

Post missam, cum ego fecissem eos secundo evocari ad deliberandum super duobus articulis, primo videlicet super distributionibus dandis, ut supra proxime positum fuerat per me in medium, placuit ipsis dominis doctoribus manere in primo deliberatis; sed, quia causa erat de arduis, voluerunt ut fieret tercium edictum, et quod tercio evocarentur domini doctores, et quod pro ultima et finali congregatione vocarentur ad domum domini archydiaconi de Corcellis, ad diem quam ego eligerem, et hoc sub debito juramenti.

Super secundo articulo, qui erat de supplicationibus, supplicavit Claudius Mauparlier[1], Parisiensis dyocesis, ut admitteretur ad examen baccalariatus. Cujus supplicationi optemperatum (*sic*) est, fuitque examinatus et admissus ad gradum et lecturam, prestititque juramenta solita, et pro bursis solvit tria scuta cum dimidio.

Die martis penultima Augusti, Franciscus de Partenay[2], premisso examine, fuit [30 Août.] admissus ad gradum et lecturam baccalariatus, prestititque juramenta consueta, et solvit pro bursis quinque scuta.

September. — Die mercurii septima Septembris, fuit missa apud Sanctum [7 Septembre.] Johannem; affuerunt domini Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin, Reginaldus de Vaccaria et ego decanus. Post missam, cum dixissem illis causas quamobrem ego non convocaveram tercio edicto dominos doctores super distributionibus (F° 116 v°) tempore futuro prebendis, ut supra proxime scriptum est; que quidem cause erant ut, habito in proximo festo Nativitatis Beate Marie Virginis fine Parlamenti, illi domini doctores qui sunt consiliarii possent liberius congre-

[1] Sans doute un proche parent de Jean Mauparlier, curé de Sarcelles, que nous avons rencontré plus haut (t. II, p. 303). — Une mention des registres du Châtelet fournit encore quelques détails sur cette famille. Le 6 février 1491 [1492], «au tesmoignage de honorable homme M. Estienne Mingois, cousin et tuteur, M. Jehan Pierre, Anthoine Pierre, Guillaume Pierre, procureur au Chastellet, frères, Jacques Desur, maçon à Saint Brice, oncle maternel, Loys du Clos, maire de Sarcelles, cousin, Martin Vinot, cousin maternel, Jacques Martin, cousin paternel, M. Jehan Maupareil [*l.* Mauparlier], curé de Sarcelles, cousin, Jehanne, veufve de Denis de Dreux, cousine paternelle de m. Pierre Pierre, fils de Jehan Pierre, procureur au Chastellet, et de Jehanne Sur (*sic*), veufve, aagé de 24 ans, ledit Pierre Pierre a esté mis hors de tuition.» *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 117.

[2] En 1494, «venerabilis vir Franciscus de Partenay, in artibus magister et in utroque jure licenciatus», se présente à la collation de l'évêque et du chapitre de Tournai et à celle de l'abbé de Saint-Quentin-en-l'Ile, diocèse de Noyon. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 54 v°.

gationi interesse, si post finitum Parlamentum ipsi super ipsa materia distributionum vocarentur, et preterea, quod interim dominus Jacobus Junii, qui infirmabatur, convalesceret; placuit assistentibus remittere arbitrio meo diem eligendam, quam ad hoc opportunam viderem.

[8 Septembre.] Die jovis VIII Septembris, fuit missa de Beata Virgine apud Sanctum Johannem Lateranensem; in qua interesse non potui, sed, referentibus mihi bidellis, solus ibi affuit dominus Stephanus de Veteri Villa.

[15 Septembre.] Die decima quinta mensis Septembris, fuit missa apud Sanctum Johannem; ibi affuerunt domini Tulleu, de Veteri Villa, Wasselin, de Vaccaria et ego decanus.

Post missam, fuit collegium in capella. Et quia eodem tempore rex Carolus octavus scripserat curie Parlamenti ut domini consiliarii darent certum modum in provisione scholarium, secundum formam Pragmatice sanctionis, interim scilicet donec plenior provisio promulgaretur; et quia toto tempore preterito Universitas noluerat nominare baccalarios Facultatis Decretorum, velut non capaces effectus Pragmatice, cum diceret bac[c]alariatum non esse gradum, placuit dominis quod ego conficerem unam supplicationem et eam traderem curie, petendo ut, inspecta forma decreti Pragmatice sanctionis, declararent clausulam que dicit quod graduati in altero jurium essent capaces nominationis, et eis deberetur, secundum suum ordinem, tercia pars beneficiorum[1].

Eodem die, fuit admissus ad gradum et lecturam baccalariatus frater Remundus de Lespinasse, ordinis S. Augustini, Eduensis dyocesis, et prestitis de more juramentis, solvit pro bursis II scuta cum dimidio.

[22 Septembre.] Die jovis sequenti, fuit missa apud Sanctum Johannem: affuerunt Tulleu, de Veteri Villa, Junii, Wasselin et de Vaccaria.

Ibidem, post missam, examine facto, fuerunt admissi ad gradum et lecturam baccalariatus Jacobus Thibaudeau, Claromontensis, et Johannes d'Asnieres[2], Parisiensis dyocesis, et prestito juramento, solverunt pro bursis V scuta.

[1] Les premières attaques avaient fait charger Gaguin, au mois de mars précédent, d'écrire au chancelier Guillaume de Rochefort une lettre relative à la conservation des privilèges de l'Université, qui fait partie du recueil des *Epistole* de Gaguin (éd. Thuasne, p. 296). Cf. Du Boulay, t. V, p. 767.

[2] A la date du 14 novembre 1489, on lit dans les registres du Châtelet : «Honorable homme et sage m. *Jehan d'Asnières, bachelier en Decret*, a esté receu advocat au Chastellet». *Collect. Clairambault*, vol. 764, p. 416. Il est probable que c'est encore lui qui est mentionné dans les mêmes registres, le 25 février 1484 [1485] : «Au tesmoign[ag]e de m. Estienne Duban et m. Andry d'Asnières, tuteurs: m. Robert Stevart, procureur en Parlement, oncle; Pierre d'Arras, frère à cause de sa femme; Jehan de La Varenne, cousin à cause de sa femme, et Raoul Duhamel, procureur au Chastellet, affin de m. *Jehan d'Asnières, maistre ès ars, chanoine de Dreux*, fils de feu m. Guillaume d'Asnières [notaire et secretaire du Roy], et de damoiselle Perrette le Roy, sa femme, ledit Jehan a esté mis hors de tuition». *Ibid.*, vol. 764, p. 315. Et le 9 mars 1491 [1492] : «Au tesmoignage de honorables hommes

(F° 117 r°.) Die sabbati XXIII[I] mensis Septembris anni Domini M CCCC LXXX^{XX} quinti, Robertus Belfoye, examine premisso, admissus est ad gradum et lecturam baccalariatus in Decretis, et prestitis de more juramentis solvit pro bursis VI scuta. [24 Septembre.]

Die martis XXVI[I] Septembris ejusdem anni, Jacobus Bourgoin, Nivernensis dyocesis, examine de ipso facto, fuit admissus ad gradum et lecturam bac[c]alariatus, et prestito de more juramento, solvit pro bursis II scuta cum dimidio. [27 Septembre.]

OCTOBER. — Die jovis sexta Octobris anni M CCCC LXXX^{V} quinto, fuit missa, assistentibus dominis de Corcellis, Tulleu, [de] Veteri Villa, Junii, Wasselin, de Vaccaria et me decano. [6 Octobre.]

Conclusio de distributionibus ministrandis ex pecunia Facultatis iis qui comparebunt in actibus Universitatis et Facultatis. Eodem die jovis, tercio edicto fuerunt convocati domini doctores, convenerruntque, missa celebrata, in cap(p)ella Sancti Johannis, more solito, et super tribus quorum gracia fuerant per me accersiti, deliberaverunt hoc modo.

Caput primum consultationis erat, an eis placeret repetere distributiones more

et sages m. Jehan Aligret, notaire et secretaire du Roy, cousin germain maternel; Robert Estevart, procureur en Parlement, oncle maternel; André d'Asnières, notaire et secretaire du Roy, frère et tuteur; *Jehan d'Asnières, chanoine de Dreux*, frère, et Denis Aligret, cousin de Jacques d'Asnières, clerc de sire Jacques le Roy, receveur general, aagé de 23 ans, ledit Jacques a esté mis hors de tuition». *Ibid.*, vol. 765, p. 126. — Outre Jacques, ce Jean d'Asnières avait d'autres frères, dont un, du nom d'Étienne, qui, comme lui, fut bachelier en Décret et avocat au Châtelet. Le 30 décembre 1499, «au tesmoignage de honorables personnes m. Andry d'Asnières, notaire et secretaire du Roy, frère et tuteur; Jacques d'Asnières, aussy notaire et secretaire du Roy; frère Ythier d'Asnières, prieur d'Ossonville, relligieux de Saint Denis, aussy frère; m. Estienne Duban, procureur en Parlement, cousin et tuteur; m. Pierre d'Arras, procureur au Chastellet, frère, à cause de sa femme, de m. Estienne d'Asnières, maistre ès ars, bachelier en Decret, aagé de 25 ans, et de Guillaume d'Asnières le jeune, marchant drapier, aagé de 22 ans, lesdits Estienne et Guillaume ont esté mis hors de tuition et lesdits Duban et Andry d'Asnières, comme tuteurs, condamnez à rendre compte par devant m. Nicolle Tueleu, examinateur». *Ibid.*, vol. 765, p. 317. — Le 23 mars 1500 [1501], «Estienne d'Asnières licencié ès loix, recen advocat au Chastellet, a choisy son lieu du costé des fenestres». *Ibid.*, vol. 765, p. 436. — Le 5 avril suivant, «au tesmoignage de honorable homme m. Andry d'Asnières, notaire et secretaire du Roy, frère et tuteur, Jacques, Estienne et Guillaume d'Asnières, frères, Pierre Freron, frère à cause de sa femme, et m. Robert Sevestre, cousin germain, à cause de sa femme, de Gilbert d'Asnières, aagé de 24 ans, fils de feu m. Guillaume d'Asnières et de Perrette sa femme, audit Gillebert a esté donné le gouvernement de sa personne et biens». *Ibid.*, vol. 765, p. 439.

En 1495, Jean d'Asnières, maître ès arts et bachelier en Décret, du diocèse de Paris, se présente à la collation du prieur et du couvent «dergolio (*sic*), O. S. B., diocesis Parisiensis», dépendant de l'abbaye de Saint-Florent de Saumur, et à celle du chapitre de l'église collégiale de Saint-Étienne de Dreux. *Arch. de l'Univers. de Paris*, vol. 49, fol. 103.

Quant à frère Ythier d'Asnières, on le voit, le 16 novembre 1516 et le 21 novembre 1539, délivrer des quittances où il est qualifié de «commandeur de l'eglise et abbaye monseigneur Saint Denis en France et garde du scel aux contractz de la prevosté de ce mesme lieu». Bibl. nat., *Pièc. orig.*, vol. 110, dos. d'Asnières (n° 320), pièc. 71 et 72.

antiquo, propter cujus omissionem contingebat sepe me solum aut alterum tantum doctorem Facultatis interesse vel missis Facultatis vel congregationibus Universitatis; quare visum est illis decere ad Facultatis honorem ut distribueretur stipendium iis tantum doctoribus qui in missis ipsis tam Universitatis quam Facultatis, in congregationibus quoque et processionibus generalibus, in examinibus baccalariorum et redditionibus compotorum Facultatis in posterum compararent; quodque propter nummorum supplementum qui semper in promptu haberi ex proventibus Facultatis non possunt, cuderentur ex plumbo merelli qui vice pecunie ad tempus unius vel duorum mensium preberentur presentibus per dominum thesaurarium, nullius doctoris habita per favorem aut graciam ratione; preterea, quod pro merellis ipsis, cum ad tempus statutum ad Facultatem reportarentur, tot magnos albos singuli domini doctores a thesaurario acciperent quot merellos plumbeos reportarent. Placuit autem distributiones fieri in missis duorum undenorum, et in processionibus similiter; in congregationibus vero et examinibus baccalariatus, unius undeni.

Caput secundum erat de reparanda domo et scholis Sancti Eustacii. Que omnia placuit reedificari, et secundum ruine modum singula instaurari ex pecunia que erat penes (F° 117 v°) Claudium Poculo[t], sub[b]edellum Facultatis. Nam de tradenda domo in emphyteosim visum est non congruere estimationi Facultatis, que ex legato bone memorie Johannis Chuffart, doctore (*sic*) olim Decretorum et Parisiensi cancellario, ipsi Facultati obvenerat ob curam celebrandi quotannis unius anniversarii.

Ad caput tercium, quod erat super irrogata michi per quemdam qui cognominatur Nyvart injuria, ut supplicaturo michi apud Universitatem de satisfactione et compensatione lesi honoris mei, dictum pari concordia est decere Facultatem ferre mee defensioni et petitioni auxilium[1].

De supplicatione vero domini de Corcellis, qui, ut proposuit, quinquaginta annos doctoratum in Facultate gesserat et jam longa etate fessus supplicabat se haberi in observacione statutorum Facultatis absolutum, voluerunt pariter omnes domini doctores absolutum eum per omnia et omni loco teneri in posterum.

Quorum omnium dominorum sentenciis auditis et collectis, singula concluso ut supra per me annotata sunt; exque singulorum beneplacito additum est ut in congregationibus Universitatis et in missis solemnibus Facultatis nemo sine cappa doctorali vel mantello seu epythogio compareret, secundum antiquum morem.

De supplicantibus quoque pro examine baccalariatus placuit servare inviolabiliter veterem formam, ut nullus a modo pro examine nisi in conspectu Facultatis supplicaret, nec admissus examinaretur nisi diebus missarum Facultatis et in cap(p)ella, dominis doctoribus assistentibus.

[1] Cf. Thuasne, *R. Gaguini Epistole et orationes*, t. I, p. 287.

Eodem die, domini doctores visitaverunt et optaverunt scholas in quibus lecturi essent tempore proximi futuri ordinarii. [6 Octobre.]

Die jovis XIII Octobris, fuit missa in Sancto Johanne, assistentibus dominis doctoribus Stephano de Veteri Villa, Jacobo Junii, Andrea Wasselin, Reginaldo de Vaccaria et me decano. [13 Octobre.]

Eodem die, admissus fuit ad gradum et lecturam baccalariatus Guillermus Eveni[1], Trecorensis dyocesis, prestitisque solitis juramentis, solvit pro bursis LX sol. par.

Die veneris sequenti, Guillermus Bocart [*in margine :* Boucard], Abrincensis dyocesis, Quintinus Thioust, Parisiensis, Johannes Martini, Morinensis dyocesis, fuerunt admissi ad gradum et lecturam baccalariatus, premisso de eorum sufficiencia examine, prestiteruntque juramenta et solverunt pro bursis IX scuta cum dimidio. [14 Octobre.]

Die jovis [in] vigilia apostolorum Symonis et Jude, fuit missa, assistentibus dominis doctoribus Tulleu, [de] Veteri Villa, Junii, Wasselin, de Vaccaria et me decano. [27 Octobre.]

November. — Die veneris III Novembris, fuit missa apud Sanctum Johannem, presentibus dominis de Cambray, Tulleu, [de] Veteri Villa, Junii, Wasselin, de Vaccaria et me decano. [4 Novembre.]

Dominus Ambrosius de Cambray supplicavit quod domini doctores vellent castigare magistrum Dyonisium Allegret, primum legentem, pro eo quod ipse Allegret in quadam congregatione deputatorum irreverenter locutus fuerat dicto domino Ambrosio et dixerat quedam verba contra honorem Facultatis. Quocirca placuit quod dictus Allegret vocaretur personaliter ad primam missam responsurus obiciendis; et ego dedi in mandatis majori bidello ut citaret eumdem Allegret ad diem jovis proxime sequentem, in qua domini doctores debebant resumere lecturam et interesse misse Facultatis apud Sanctum Johannem Lateranensem.

(F° 119 v°.) Die lune, VII die Novembris, fuit sigillata littera testimonialis de gradu licencie magistri Petri Garnier, archidiaconi Andegavensis : scutum. [7 Novembre.]

[1] En 1493, «Guillermus Eveni», maître ès arts et licencié en Décret, se présente à la collation de l'évêque et du chapitre de la cathédrale de Meaux, et à celle de l'abbesse de Jouarre, diocèse de Meaux. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 20. — En 1500, il se présente à la collation de l'archevêque et du chapitre de Reims et à celle de l'abbé «Sancti Marci» [Saint-Médard], diocèse de Soissons; et en 1502, à celle de l'évêque de Noyon et de l'abbé de Saint-Denis, O. S. A. *Ibid.*, vol. 50, fol. 114 et 189 v°.

II

COLLATION DES GRADES ET HARANGUES.

1. DOCTORATS[1].

2. LICENCES[2].

[21 mars 1485.] Germanus Chartelier.
Johannes Dorisoles, alias de Petraponte[3].
Johannes Morelli.
Johannes de Ruel.
Robertus Richier.

3. BACCALAURÉATS.

[1484.] XXII Novembris... Johannes Fere. (V. p. 88.)
[1485.] IV Februarii..... Anthonius Lapostolle. (V. p. 93.)
VII Februarii..... Guillermus Millet. (V. p. 93.)
XXIV Februarii.... Johannes Morin. (V. p. 94.)
XXIV Februarii.... Frater Guillermus Sauvage. (V. p. 95.)
X Martii..... Johannes de Vitri. (V. p. 95.)
X Martii..... Frater Guillermus Scabini. (V. p. 95.)
X Martii..... Petrus Bove. (V. p. 95.)
XV Martii..... Johannes Wrynguier. (V. p. 97.)
XX Martii..... karolus Tib[ca]uvilliers. (V. p. 98.)
XXIV Martii..... Alanus Dyennis. (V. p. 99.)
XXVIII Martii..... Anthonius Prisque. (V. p. 99.)
XXVIII Martii..... Frater Stephanus Contesse. (V. p. 99.)
XII Aprilis..... Johannes Marche. (V. p. 99.)
XXVIII Aprilis .... Germanus Ferrant. (V. p. 100.)
XXVIII Aprilis .... Arnoldus Criel. (V. p. 100.)
IX Maii..... Maturinus le Chevrier. (V. p. 101.)

[1] Aucune mention.

[2] Voir plus haut, p. 98.

[3] Cf. ci-dessus, p. 23. — «Jehan de Pierrepont dit Dorisolles» ou «Darizelles» ne fut pas seulement chanoine de Paris et archidiacre de Josas; il fut aussi prieur de Saint-Fiacre et abbé de N.-D. de Colombs, et il fut élu évêque de Meaux après la mort de Jean Luillier, le 30 novembre 1500. Il mourut le 2 septembre 1510 (*Gallia Christ.*, t. VIII, col. 1643). Son office de maître des requêtes passa, le 17 juin 1501, à Charles du Hautbois, qui était alors président des enquêtes au Parlement de Paris (Biblioth. nat., *Franç.* 32 140, fol. 227; cf. fol. 220 et 222 v°).

XIII Maii..... Guillermus Gambart. (V. p. 101.)
I Junii..... Guillermus Nothorp. (V. p. 103.)
I Junii..... Johannes Berwer. (V. p. 103.)
IX Junii..... Guillermus Symoneau. (V. p. 103.)
XVI Junii..... Thomas de Busto(?). (V. p. 104.)
XVII Junii..... Johannes Doujat[1]. (V. p. 104.)
XXVI Junii..... Petrus Audart. (V. p. 104.)
III Julii..... Ludovicus Thibauldi. (V. p. 104.)
XIII Julii..... Alvarus Johannis. (V. p. 104.)
XIII Julii..... Johannes le Chappellier. (V. p. 104.)
XIII Julii..... Johannes de Brolio. (V. p. 104.)
XXVI Julii..... Frater Petrus Tyerri. (V. p. 105.)
XXVI Julii..... Petrus Clari. (V. p. 105.)
XXVI Julii..... Symon Martin. (V. p. 105.)
XVIII Augusti..... Johannes de Hallynes. (V. p. 106.)
XX Augusti..... David le Pilloys. (V. p. 106.)
XXVI Augusti..... Claudius Mauparlier. (V. p. 107.)
XXX Augusti..... Franciscus de Partenay. (V. p. 107.)
XV Septembris ... Frater Remundus de Lespinassë. (V. p. 108.)
XXII Septembris... Jacobus Thibaudeau. (V. p. 108.)
XXII Septembris... Johannes d'Asnieres. (V. p. 108.)
XXIII Septembris.. Robertus Belfoye. (V. p. 109.)
XXVII Septembris.. Jacobus Bourgoin (V. p. 109.)
XIII Octobris..... Guillermus Eveni. (V. p. 111.)
XIV Octobris..... Guillermus Bocart. (V. p. 111.)
XIV Octobris..... Quintinus Thioust. (V. p. 111.)
XIV Octobris..... Johannes Martini. (V. p. 111.)

[1] «Messire Jean Doujat, conseiller du Roy, avocat au Parlement de Paris et, selon quelques mémoires, son avocat général par commission au même Parlement(?), décédé le ... 1527. Il avoit épousé Jacquette le Voyer.» Bibl. nat., *Dossiers bleus*, dossier Doujat, pièce 14; cf. pièces 18 et 24. — C'est peut-être l'un des ancêtres du célèbre jurisconsulte Jean Doujat, né à Toulouse en 1609, mort à Paris le 2 octobre 1688.

IMPRIMERIE NATIONALE.

III

LECTURES DES BACHELIERS.

(F° 118 r°.) Sequuntur nomina baccalariorum in Decretis Parisius qui ab anno Domini M CCCC [LXXX] quarto, die XXIIII mensis Novembris, usque ad diem . . . . . anni Domini M CCCC [LXXX] quinti suas lecturas inceperunt.

Guillermus Kengo (*sic*), clericus, Carnotensis dyocesis, in Decretis baccalarius, incipiet in nonis Beate Marie primum librum Decretalium, in scholis inferioribus, ad intersignium Beati Eustachii, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno Domini M CCCC octuagesimo III, XXIIII mensis Novembris.

Johannes Sire, dyocesis Constanciensis, baccalarius in Decretis, in nonis[1] Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scholis inferioribus, ad intersignium Beati Eustachii, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC octuagesimo quarto, XXIIII Novembris.

Anthonius Lapostole, clericus, Leodiensis dyocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scholis anterioribus, ad intersignium Beati Eustachii, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno Domini M CCCC octuagesimo quarto, die decima mensis Februarii.

Guillermus Millet, clericus, Pictavensis dyocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scholis anterioribus, ad intersignium Beati Eustachii, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno eodem, decima Februarii.

Johannes Morin, clericus, Turonensis dyocesis, baccalarius in Decretis, incipiet in nonis Beate Marie primum librum Decretalium, in scholis superioribus, ad intersignium Beati Eustachii, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno quo supra, XXVI Februarii.

Frater Petrus Sauvage, ordinis S. Benedicti, dyocesis Turonensis, baccalarius in Decretis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scholis superioribus, ad intersignium Beati Eustachii, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno quo supra, XXVI mensis Februarii.

Guillermus Scabini, clericus, Belvacensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scholis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno eodem, die XII Marcii.

Dominus Petrus Bove, presbiter, dyocesis Eduensis, baccalarius in Decretis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno eodem, XII Marcii.

Johannes de Vit(t)ri, Parisiensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis magnis anterioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno eodem, XII Marcii.

Carolus de Tibe[au]villiers, clericus, Carnotensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis

[1] *Ms.* nobis.

Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis magnis anterioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum ut supra, XXIII Marcii.

Johannes Wynguier (*sic*), clericus, Belvacensis dyocesis, in Decretis baccalarius, incipiet in nonis Beate Marie primum librum Decretalium in scholis magnis superioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum eodem anno, XXIII Marcii.

Anthonius Prisque, Matisconensis dyocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis magnis superioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno quo supra, die XX Marcii.

(F° 118 v°.) Dominus Johannes Contesse, Parisiensis dyocesis, ordinis S. Augustini, baccalarius in Decretis, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, et hoc pro primo anno et primo volumine. Anno quo supra, XXIII Marcii.

Johannes Marche, Turonensis dyocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis inferioribus Scuti Sabaudie, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno quo supra, die XIII Aprilis.

Germanus Fernant (*sic*), Senonensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis superioribus Scuti Sabaudie, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno quo supra, XX Aprilis.

Arnoldus Criel, Tornacensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis superioribus Scuti Sabaudie, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno Domini M CCCC octuagesimo quinto, die prima mensis Maii.

Maturinus le Chevrier, Cenomanensis dyocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad signum Castri, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno M CCCC IIII^XX quinto, XIII Maii.

Guillermus Gambart, Ebroycensis dyocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scolis inferioribus, ad signum Castri, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno Domini M. CCCC IIII^XX quinto, XVI mensis Maii.

Johannes Verber (*sic*). Guyidonensis (*sic*) dyocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis superioribus, ad signum Castri, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno nuper dicto, die tercia Junii.

Guillermus Nolcoli (*sic*), Monasteriensis dyocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis superioribus, ad signum Castri, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno M CCCC IIII^XX quinto, III Junii.

Guillermus Symoneau, Andegavensis dyocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scholis inferioribus, ad signum Beati Johannis Baptiste; et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno Domini M CCCC IIII^XX quinto, XVI Junii.

Petrus Oudart, presbiter, Cathalaunensis dyocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis inferioribus Beati Johannis Baptiste, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno nunc dicto, XXIII Junii.

Thomas du Bast (*sic*), Rothomagensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis superioribus Sancti Johannis Baptiste, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno M CCCC IIII^XX quinto, XVII mensis Junii.

Johannes Doujat, Claromontensis dyocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis superioribus, ad signum Beati Johannis Baptiste, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno Domini M CCCC IIII^XX quinto, XVIII mensis Junii.

(F° 119 r°.) Ludovicus Thibaudi, Bituricensis dyocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis inferioribus Beati Eustachii, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno Domini M CCCC III^XX quinto, VII Jul(l)ii.

Alvarus Chanteau (*sic*), Portuensis dyocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum in scholis inferioribus Beati Eustachii, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno quo supra, XIII Jul(l)ii.

Johannes de Brolyo, Lemovicensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis anterioribus Beati Eustachii, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno quo supra, XIII mensis Jul(l)ii.

Johannes Cappellarii, Rothomagensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scolis anterioribus Beati Eustachii, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno nunc proxime scripto, die XIII Jul(l)ii.

Frater Petrus Thierri, ordinis S. Benedicti, Carnotensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis superioribus Sancti Eustachii, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno M CCCC III^XX quinto, XXVII Jul(l)ii.

Symon Martin, Lemovicensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis superioribus Beati Eustachii, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum ut supra proxime, XXVII Jul(l)ii.

Petrus Clari, Claromontensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno M CCCC III^XX quinto, XXVII Jul(l)ii.

David le Pyllois, Lexoviensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno proxime dicto, XXII Augusti.

Johannes de Hallines, Meldensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis magnis anterioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno quo supra, XXII Augusti.

Claudius Mauparlié, Parisiensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis magnis anterioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno quo proxime supra, XXVII Augusti.

Franciscus de Partenay, Morinensis dyocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis magnis superioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno quo supra, ultima Augusti.

Remondus de Lespinasse, ordinis S. Augustini, Eduensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis magnis superioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno Domini M CCCC III^XX quinto, XVI mensis Septembris.

(F° 119 v°.) Johannes d'Asnieres, Parisiensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis inferioribus Scuti Sabaudie, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno Domini M CCCC III^XX quinto, XXIII Septembris.

Jacobus Thibaudeau, Claromontensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis inferioribus Scuti Sabaudie, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno M CCCC III^XX quinto, XXIII Septembris.

Robertus Belfoye, Parisiensis dyocesis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis superioribus Scuti Sabaudie, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno Domini M CCCC III^XX quinto, XXVI Septembris.

Jacobus Bourgoin, Nyvernensis dyocesis, in Decretis baccalarius..... (*sic*).

Guillermus Scabini, Belvacensis dyocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet secundum librum Decretalium in scholis superioribus, ad intersignium Castri, et hoc pro secundo anno et secundo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC III^xx quinto, die secunda legibili post festum Dyonisii.

Robertus Belfoie, Parisiensis, in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet secundum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Castri, et hoc pro secundo anno et secundo volumine. Datum anno nunc dicto, secunda die legibili post festum Beati Dyonisii.

Johannes Nicolas, Parisiensis, in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet secundum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Castri, et hoc pro secundo anno et secundo volumine sue lecture. Datum anno et die quibus supra.

DÉCANAT DE ROBERT GAGUIN.

NOVEMBRE 1485-NOVEMBRE 1486.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

[1485. 10 Novembre.] (F° 120 r°.) *Prima lectura ordinaria post festum Omnium Sanctorum, anno Domini M. CCCC IIII^XX quinto.* — Decima die Novembris anni Domini M. CCCC III^XX quinti, domini doctores legerunt, videlicet domini Ambrosius de Cambray, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Andreas Wasselin, Reginaldus de Vaccaria et ego decanus.

Eodem die, fuit missa apud Sanctum Johannem Lateranensem; in qua affuerunt predicti domini doctores.

Post missam comparuerunt omnes in cap(p)ella more solito; et ibi, cum intelligerem quosdam ex ipsis mirari quare ego non convocassem eos per cedulam ad novam electionem decani, ostendi eis statutum concernens ipsam electionem, quo habetur ut ipsa electio fiat in prima missa post primam lectionem qua post festum Omnium Sanctorum legitur, et quod secundum hoc ego convocarem eos ad hoc agendum secundum statuta Facultatis. De qua re ipsi fuerunt contenti.

Eodem die, cum dominus legens Dyonisius Allegret fuisset citatus per bidellum ad instanciam domini Ambrosii de Cambray et comparuisset, dominus Ambrosius peciit ut res ipsa in alterum diem differretur, cum ipse necesse haberet interesse illa hora in cancellaria. Unde placuit differre usque ad primam missam. Quam dilationem ego significavi eidem legenti.

Eodem die, distributi sunt cuique doctori assistenti duo merelli loco duorum magnorum alborum. — *In marg.:* Prima distributio.

[12 Novembre.] Die sabbati XII novembris, fuit sigillata littera nominationis pro magistro Anthonio Mathei, Lugdunensis dyocesis : [unum] scutum.

Eodem die, apud Sanctum Maturinum fuit missa Universitatis, assistentibus dominis doctoribus de Conty, Tulleu, de Veteri Villa, de Vaccaria et me decano, fueruntque singulis distributi per dominum thesaurarium duo merelli.

[14 Novembre.] Die lune XIII novembris, fuit congregatio trium superiorum Facultatum facta, ex decreto curie Parlamenti, super controversia orta de officio rectorie inter

magistrum Johannem Multoris, Alemannum, et magistrum Johannem Standum [1]. Cum enim fuissent deputati decani Facultatum ad audiendum jura parcium et ipsi deputati tradidissent producta hinc inde a partibus magistro Johanni Generi [2] qui omnia visitaret et referret, ipseque Generi esset paratus referre, et nichilominus Standum per varias inventiones protraheret negocium, tres superiores Facultates convenerunt, et, audita relatione magistri Johannis Generi, adjudicaverunt jus rectorie pertinere magistro Johanni Multoris. A qua sententia Standum appellavit. Fuerunt in hac congregatione domini Cambray, Tullen, [de] Veteri Villa, Junii, Wasselin, [de] Vaccaria et ego decanus, factaque sunt distributiones.

· (F° 121 r°.) Anno Domini M CCCC LXXX quinto, XVII mensis Novembris, fuit missa [17 Novembre.] Facultatis apud Sanctum Johannem Lateranensem. Qua peracta, cum domini doctores fuissent pridie per cedulam evocati super duobus articulis, affuerunt

[1] D'après Du Boulay (t. V, p. 769), ce serait seulement le 16 décembre 1485 qu'aurait eu lieu l'élection du nouveau recteur et que Jean Standonck aurait été proclamé, à la grande fureur des «martinets». Du Boulay semble dire qu'un décret fut lancé contre ces derniers dès le 26 et que Standonck l'emporta sur Jean Müller. Le récit de Gaguin, qui n'est pas très clair, paraît en désaccord avec celui de Du Boulay. — Jean Standonck est le célèbre maître du collège de Montaigu, qui a été si étroitement mêlé aux tentatives de réforme catholique de son temps, et qui est, à ce titre, une des figures, sinon les plus sympathiques, du moins les plus importantes de la fin du XVe et du commencement du XVIe siècle. Cf. Du Boulay, t. V, p. 900-901 ; Félibien, *Hist. de Paris*, t. V, p. 710.

[2] Le 24 avril 1473, «Pierre Fournier, notaire au Chastellet, et Catherine, sa femme, fille de feu m^e Jehan Genery, praticien en cour d'eglise, renoncent à la succession dudit deffunt.» *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 29. Ce Jean Genery était le père du rapporteur dans l'affaire de Jean Müller et de Jean Standonck, comme le prouvent les mentions suivantes. — Le 13 juin 1474, «au tesmoignage de Catherine, veufve Pierre Fournier, notaire au Chastellet, mère, Jehan, Estienne [et] Poncet Fournier, oncles paternels, *m. Jehan Genery*, m. Guibert Genery, oncles maternels, m. Guillaume Helye, auditeur, cousin de par mère, Henry le Vast, cousin de par père, de Pierre, fils mineur desdits deffunt et veufve, sont donnez tuteurs la mère et Jehan Fournier.» *Ibid.*, p. 56. — Le 12 février 1488 [1489], «au tesmoignage de honorable homme Bertrand Mamineau, procureur en Parlement, père, Lucas Mamineau, advocat en la Court, et Jehan de Launay, cousins germains paternels, *m. Jehan Genery, licencié en Decret*, Pierre Martin, procureur en la Court, oncles maternels, Guillaume Berault, aussy oncle maternel à cause de sa femme, et m. Jehan Mathieu, advocat en la Court, cousin de Jehan et Guillemette, enfans mineurs dudit m. Bertrand et de feue Catherine Genery, jadis sa femme, a esté donné tuteur seul ledit m. Bertrand.» *Ibid.*, p. 380. — Le 26 août 1488, «au tesmoignage de honorable homme m. Guibert Genery, praticien en cour d'Eglise, m. Bertran Mamineau, procureur en Parlement, oncles maternels et tuteurs, *venerable et discrète personne M. Jehan Genery, licencié en Decret, curé de Saint Brice*, aussy oncle, honorable femme Jehanne Genery, veufve de feu Blaise Jahin [essayeur de la monnoie de Paris, *ibid.*, p. 30 : déjà mort en mai 1473], tante du costé maternel, Andry Courtellez, cousin à cause de sa femme, Jehan Guesdon, orfèvre, aussy cousin du costé maternel, Gillette, veufve de feu Robert Hebert, ayeulle paternelle, Perrette, femme de Guillaume Trouillau, tante dudit costé paternel, et Rollin Père, pelletier, cousin paternel de m. Clement Hebert, praticien en court d'Eglise, et Jehan Hebert, espicier à Paris, frères, enfans de feu Guillaume Hebert, espicier et apothicaire à Paris, et de Jehanne Genery, jadis sa femme, ledit Clement aagé de 26 ans et ledit Jehan aagé de 24 ans ont eu le gouvernement de leur personne et biens.» *Ibid.*, p. 366; cf. p. 302 et 361.

collegialiter in cap(p)ella more solito domini doctores [de] Cambray, [de] Conty, Tulleu, [de] Veteri Villa, Junii, Wasselin, [de] Vaccaria et ego decanus.

Quantum ad primum articulum, qui erat de electione habenda decani, cum ego de administrato per me decanatu peciissem haberi gratus in bene gestis et in omissis excusatus, egissemque gracias collegio de impartitis mihi honoribus, reddidi atque deposui librum statutorum Facultatis cum clavibus et sigillo in manibus domini Ambrosii de Cambray, senioris doctoris et ideo pro tempore decani naturalis, eos omnes admonendo ut ad electionem seu continuationem decani et thesaurarii procederent. Idem quoque peciit dominus Stephanus de Veteri Villa, qui superiore biennio fuerat thesaurarius. Deinde, cum dominus de Cambray, tanquam decanus naturalis, vota singulorum fuisset sciscitatus, omnes uno assensu per me in decanatu gesta laudaverunt et approbaverunt, meque via Spiritus sancti continuaverunt in decanum, et dominum Stephanum in thesaurarium. Juramenta quoque consueta prestitimus.

Super secundo articulo, qui erat super supplicationibus et injuriis, supplicavit dominus Jacobus Junii ut, cum ipse nondum de pristina sua infirmitate convaluisset, dignaretur Facultas cum eo usque ad xv dies dispensare de distributionibus recipiendis in absencia. Quod ei concessum est, et non ei tantum, sed omnibus et singulis qui morbo et infirmitate aliqua reali et actuali, dum Parisii essent, detinerentur.

Super querela quam dominus de Cambray adversus legentem alias proposuerat, placuit eidem domino de Cambray desistere, ipseque legens fuit remissus.

Eodem die, fuit congregatio Universitatis, in qua fuerunt domini Ambrosius de Cambray, [de] Conty, Stephanus de Veteri Villa, Wasselin, de Vaccaria et ego decanus; facteque sunt distributiones.

[21 Novembre.] Die lune que fuit xxi Novembris, fuit congregatio Universitatis super duobus articulis: uno super provisione suppositorum, altero super supplicationibus. In ea congregatione fuerunt domini Ambrosius de Cambray, de Conty, Tulleu, [de] Veteri Villa, de Vaccaria et ego decanus; quibus prebite fuerunt solite distributiones.

[24 Novembre.] (F° 121 v°.) Die jovis xxiii Novembris, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt domini doctores [de] Cambray, Tulleu, [de] Conty, [de] Veteri Villa, Andreas Wasselin et ego decanus.

Eodem die, Petrus de Pisis, Rothomagensis dyocesis, premisso examine, fuit admissus ad gradum et lecturam baccalariatus, prestititque solita juramenta, et pro bursis solvit II scuta cum dimidio.

Dominus autem thesaurarius distribuit singulis dominis doctoribus III^or^ merellos, et pro bursis distribuit cuilibet doctorum regencium quinque solidos paris.

Die veneris xxv Novembris, fuit missa sancte virginis Catherine apud Sanctum Johannem; ibique affuerunt domini doctores [de] Cambray, [de] Conty, Tulleu, [de] Veteri Villa, Picard, Wasselin, de Vaccaria et ego decanus; quibus date sunt distributiones. [25 Novembre.]

Die sabbati xxvi Novembris, fuit missa Universitatis apud Jacobitas; affuerunt domini doctores [de] Conty, [de] Veteri Villa et ego decanus. [26 Novembre.]

Decembeb. — Die secunda mensis Decembris, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem, assistentibus dominis doctoribus de Conty, Tulleu, [de] Veteri Villa, Wasselin, de Vaccaria et me decano. [2 Décembre.]

Die martis vi Decembris, fuit missa Sancti Nicolai apud Sanctum Johannem; affuerunt ibi domini [de] Conti, Tulleu, [de] Veteri Villa, Picard, Wasselin, de Vaccaria et ego decanus. [6 Décembre.]

Post missam in cap(p)ella, magister Claudius Poculo[t] nunciavit quod quidam Petrus.....[1], tenens hospicium in vico Cythare[2] Parisius, cum esset laycus, dicebat se esse scholarem studentem in Facultate Decretorum sub domino Roberto Tulleu, et per hanc occasionem traxerat ex Borbonio quandam causam ut in vim scholaritatis agitaretur in Casteleto. Quare supplicavit ut ipse Petrus juberetur citari ante Facultatem, ad primam missam apud Sanctum Johannem, ad videndum si talis esset qui privilegiis Universitatis gaudere posset et deberet. Ego propterea precepi magistro Johanni du Gue, majori bidello, ut illum citaret.

Die vii decembris, fuit missa Universitatis apud Jacobitas; in qua fuerunt domini [de] Conty, Tulleu, [de] Veteri Villa, [de] Vaccaria et ego decanus. [7 Décembre.]

(F°. 122 r°.) Die veneris [*l.* jovis] octava die decembris, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem, et post missam collegium in cap(p)ella. Affuerunt ibi domini de Cambray, [de] Conty, Tulleu, [de] Veteri Villa, Andreas Wasselin, [de] Vaccaria et ego decanus. [8 Décembre.]

Eodem die, cum fuissent citati magister Petrus de Goys, licenciatus in Decretis, et Petrus...[3], qui se scholarem falso, ut dicebatur, asserebat, cum neuter eorum ad ipsum collegium compareret, major bidellus dixit quod de Goys ante inicium misse comparuerat, et quod, cum esset hora octava, in qua citatus erat, nec adhuc domini doctores essent in cap(p)ella congregati, ipse de Goys dixit quod erat satis excusandus. Super quo placuit dominis doctoribus ut iterum ad primam

[1] Le nom est resté en blanc. — [2] La rue de la Harpe. — [3] Ici encore, le nom est resté en blanc.

IMPRIMERIE NATIONALE.

missam Facultatis citaretur precise post ipsam missam, quando domini doctores solent congregari. De altero Petro, placuit eum iterum citari et una cum hoc citari simul ex officio ad judicium conservationis.

[14 Decembre.] Die mercurii XIII Decembris, fuit missa de Rorate apud Sanctum Johannem. In ea fuerunt domini Ambrosius de Cambray, [de] Conty, Tulleu, de Veteri Villa, Wasselin, de Vaccaria et ego. Post missam, quia magister Petrus de Goys venerat ad me et se excusaverat de verbis que protulisse de me dicebatur, dixi presentibus dominis doctoribus quod ego remiseram ei injuriam.

Eodem die, fuit congregatio Universitatis.

[15 Décembre.] Die sequenti, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem, comparentibus dominis [de] Conty, Tulleu, de Veteri Villa, Picard, Wasselin, de Vaccaria et me decano.

Post missam, examine facto, Robertus Beloce, dyocesis Lexoviensis, fuit admissûs ad gradum et lecturam baccalariatus, et prestitis de more juramentis, solvit de bursis II scuta.

[17 Décembre.] Die sabbati XVII Decembris, Petrus Tieulier et Philippus Texier, post examen de ipsis factum, fuerunt admissi ad gradum et lecturam baccalariatus, et prestitis solitis juramentis, solverunt de bursis V scuta.

[22 Décembre.] Die jovis XXII Decembris, fuit missa apud Sanctum Johannem; in qua affuerunt domini doctores.

[24 Décembre.] (F° 122 v°.) Die veneris [*l.* jovis] que fuit in crastino Sancti Thome Cantuariensis, fuit missa. In ea astiterunt domini doctores [de] Conti, Tulleu, [de] Veteri Villa, Junii, Wasselin, [de] Vaccaria et ego decanus. Post missam, dominus de Cambray misit se excusatum de non comparendo, et date sunt servitori suo distributiones.

[24 Décembre.] Die sabbati que fuit XXIII[I] Decembris, in vigilia Dominici Natalis, ego Robertus Gaguinus, decanus, legi Decretalem *Firmiter credimus de summa Trinitate et fide catholica*, et ascendi cathedram post quintam horam de mane, et continuavi usque fere ad octavam [1].

[1486. 5 Janvier.] Januarius. — Die jovis que fuit quarta [*l.* quinta] Januarii, fuit missa, in qua affuerunt domini doctores [de] Cambray, [de] Conty, Tulleu, [de] Veteri Villa, Wasselin, [de] Vaccaria et ego decanus.

[1] Dans le registre, la mention du 22 a été insérée avant celle du 24.

Post missam, in capella dominis congregatis exposui duos abusus qui sepe committebantur in Universitate contra honorem Facultatis :

Contra abusores. — Unus fuit de bursariis collegiorum fundatorum pro ipsa Facultate; qui bursarii, licet alerentur de stip(p)endiis bursarum et longo tempore studerent Parisius in ipsa Facultate, tamen statim cum volebant transferebant se ad alias Universitates, et ibi honores et gradus suos assumebant, et deinde revertentes recipiebant bursas suas et gaudebant privilegiis Universitatis.

Secundus abusus fuit de litteris testimonialibus scholaritatis multorum falsorum scholarium qui, cum in nostra Facultate nunquam studuissent, ipsi nichilominus se inscribebant scholares doctorum qui eos nunquam cognoverant, et ita propter hujusmodi fraudes nostra Facultas appellabatur refugium et garenna abutencium.

Eapropter interrogavi eos quid de his abusibus fieri et constitui placeret. Quorum sentencia fuit ut de his rebus exponerem supplicationem Universitati, petendo ut de bursariis predictis qui talia committerent, ut ipsi per edictum Universitatis declarentur privati bursis et gremio Universitatis; de litteris vero testimonialibus, ut notarii conservationis et qui rector esset non signarent neque sigillarent memoratas litteras, nisi prius habito signo manuali doctoris illius qui tales litteras postularet.

Eodem die, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine facto, magister Annetus Sauzet, dyocesis Claromontensis, qui, prestitis solitis juramentis, [F° 123 r°] solvit pro bursis tria scuta. [5 Janvier.]

Die sabbati que fuit septima Januarii, fuit congregatio Universitatis, in qua fuerunt domini doctores [de] Conty, Tulleu, [de] Veteri Villa, Wasselin, de Vaccaria et ego decanus. In ipsa congregatione, expositis ad longum abusibus quos in precedenti proximo articulo descripsi, oravi Universitatem ut de ipsis statuerent ut premittitur. Super qua supplicatione voluit Universitas rem totam ad deputatos remittere. [7 Janvier.]

Die jovis que fuit xii Januarii, fuit missa post lecturam dominorum doctorum; ibi affuerunt domini [de] Cambray, [de] Conty, Tulleu, [de] Veteri Villa, Junii, Wasselin, de Vaccaria et ego decanus. [12 Janvier.]

Post missam, congregatis in cap(p)ella dominis doctoribus [de] Cambray, [de] Conty, [de] Veteri Villa, Wasselin, de Vaccaria et me decano, exposui duos articulos quorum gratia ego feceram eos convocari.

Primus fuit de his qui se ad examen licencie offerebant, qui, cum ordinationem rotuli qui in licenciis fieri solet formidabant, videbantur velle retrocedere. Et super hoc pecii a dominis doctoribus quid facere vellent.

Secundus fuit super abusibus eorum qui se nominant scholares Facultatis et tamen non sunt, et super eciam abusibus eorum qui, spreta Facultate, ad alias Universitates transmigrant suscepturi licencie gradum.

Super primo articulo placuit dominis quod ego, venientibus ad me scholaribus et baccalariis, promitterem eis, nomine Facultatis, quod hoc anno non fieret rotulus.

Super secundo, quia domini intelligebant quod sepe alias nos et majores nostri voluerunt auxilio et auctoritate Universitatis providere hujusmodi abusionibus, sed cum frustra hoc fecissent et Universitas supplicationem Facultatis sepe neglexerit, placebat quod requireremus auxilium et provisionem a domino nostro Rege et Consilio ejus. Et ita, cunctis dominis qui presentes erant consencientibus, ego conclusi.

[13 janvier.] Eodem die, Johannes Olivier[1], Andegavensis dyocesis, examine premisso, fuit admissus ad gradum et lecturam baccalariatus, et prestitis solitis juramentis, solvit pro bursis II scuta cum dimidio.

[1] Jean Olivier est probablement l'un des trois fils de Jacques Olivier, procureur au Parlement de Paris, qui portèrent le prénom de Jean. Le 5 mai 1488, «au tesmoignage de Jehanne de Noviant, veufve de feu m. Jacques Olivier, procureur en Parlement, mère, m. Jacques Olivier, [seigneur de Leuville, le futur premier président au Parlement de Paris], Guillaume Olivier et Estienne Olivier, frères, m. Estienne et Jehan Garnot, cousins germains maternels, m. Michel Davrillaut, cousin germain paternel, m. Thomas de Bailly et Robert Guyon, cousins de Jehan Olivier l'aisné, Jehan Olivier le puisné, Claude Olivier, Jehan Olivier le jeune et Nicolle Olivier, enfans mineurs dudit deffunt et veuve, ont [esté] eslen[s] tuteurs la mère et m. Jacques Olivier; et ce fait, ladite veufve a accepté la garde bourgeoise de sesdits enfans.» *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 357. — Jean «l'aisné», l'auteur du poème de la *Pandora*, abbé de Saint-Médard (1510), puis de Saint-Crépin de Soissons (1517), élu abbé de Saint-Denis en 1528, mais non confirmé, grand aumônier de la reine de Navarre, devint évêque d'Angers en 1532, par permutation avec François de Rohan, et mourut le 12 avril 1540. Cf. *Gallia Christ.*, t. IX, col. 403 et 420, et t. XIV, col. 583; Moréri, *Grand Dict. hist.*, t. VIII, p. 56-57; Brunet, *Manuel*, t. IV, col. 181. — Jean «le puisné», le septième fils de Jacques, selon Moréri, «s'habitua en Nivernois où il laissa postérité». — Jean Olivier le jeune, le cinquième fils, fut secrétaire du Roi et épousa Perrette Loppin, dame de Manci et de Morangis. Cf. Moréri, *t. cit.*, p. 58 *b*. — Nous ne saurions dire auquel des trois frères se rapporte la mention du *Mémorial;* mais il est à croire que c'est au futur humaniste, à l'ami de Charles de Bovelles, qui fut promu à l'évêché d'Angers en 1532.

Jacques l'aîné, qui devint premier président au Parlement de Paris en 1507, fut mandé, n'étant qu'avocat, en 1496, devant la Grand'Chambre, pour s'y expliquer sur certaine allégation par lui faite au cours d'une plaidoierie, dans une cause intéressant un gradué de la Faculté de Décret, Jean de Pierrepont. Voici ce qu'on lit à ce sujet dans les registres du Conseil :

«*Du mercredy XIIIe jour d'avril 1496.* — Aujourd'huy en la grand Chambre a esté mandé et fait venir m. Jacques Ollivier, advocat en la court de ceans, auquel mr le premier president a remonstré que en plaidant la cause de l'arcediacre de Jozas entre le neveu de l'evesque de Paris [alors Jean Simon] et maistre Jean de Pierrepont [cf. plus haut, p. 23, n. 1], il avoit allegué que, quant le Roy est absent de son royaume, les evesques ne sont tenus le suivre pour faire le serment de fidelité et se pent faire entre les mains du lieutenant general du Roy resident en ce royaume, et que en ce cas se devoit praticquer, veu que l'absence du Roy estoit volontaire; car où elle avoit esté necessoire, autresfois avoit esté praticqué. Lesquelles parolles semblent estre mal proferées. Parquoy la Court a veu le plaidoyé et en la minutte a esté trouvé que ce mot y estoit; toutesfois a esté corrigé par luy,

(F° 123 v°.) Die jovis xviii[i] Januarii, fuit missa apud Sanctum Johannem; in qua affuerunt domini doctores [de] Couty, de Vaccaria et ego decanus. [19 Janvier.]

Die xxv[i] Januarii, fuit missa apud Sanctum Johannem; in qua affuerunt domini doctores Ambrosius de Cambray, [de] Conti, Tulleu, [de] Veteri Villa, Picard, Junii, Wasselin, de Vaccaria et ego decanus. [26 Janvier.]

Eodem die, Guillermus Ligonis, Morinensis dyocesis, examine facto, fuit admissus ad gradum et lecturam baccalariatus, et prestitis juramentis, solvit de bursis II scuta.

Eodem die, ... [1], qui erat licenciatus in jure civili et baccalarius in Decretis in studio Valencie, supplicavit admitti ad gradum baccalariatus et ad lecturam, et facta per litteras regias et per proprium juramentum probatione de gradibus Valencie susceptis, fuit admissus, nulloque de sufficientia ipsius facto alio examine, prestitit juramenta et solvit pro bursis II scuta.

Eodem die, fuit obitus domini Martini de Fraxinis, quondam doctoris Decretorum; ubi affuerunt prescripti domini doctores.

Die veneris xxvi[i] Januarii M. cccc IIII^xx quinto, Johannes Baconilleti, examine facto de sufficientia ejus, fuit admissus ad gradum et lecturam baccalariatus, et prestitis solitis juramentis, solvit de bursis II scuta. [27 Janvier.]

Eodem die, fuit congregatio Universitatis apud Sanctum Maturinum; in qua fuit conclusum quod domini rectores nullas sigillabunt litteras testimoniales scholaritatis alicujus, nisi fuerint prius certiores facti de scholaritate ejus qui petit litteras per

et n'est de present au registre. Ce neanmoins, l'advocat de partie y a respondu en presuposant ces motz que l'absence du Roy estoit volontaire. — A quoy ledit Ollivier a respondu que en plaidant laditte cause vouloit monstrer que les evesques qui estoient tenus faire serment de fidelité au Roy n'estoient tenus, pour ce faire, suivre le Roy estant hors son royaume et en donnant solucion à plusieurs argumens que l'on pouvoit faire au contraire, mesmement que partie se vantoit que, le roy Jean estant prisonnier en Angleterre, aucuns evesques estant allez vers luy pour lui faire le serment de fidelité et ne les avoit peu recevoir son filz aisné, nonobstant qu'il fust son lieutenant general, avoit dict et respondu que les cas estoient divers: car l'absence du roy Jean estoit contrainte et necessaire et celle du roy estant à Naples estoit volontaire. Mais en ce disant, n'entendit jamais dire que le Roy y fust allé de sa volonté seule, sans conseil, et se rapporte à Messieurs de la Court qui estoient presens que, quant l'advocat de partie adverse luy objecta qu'il avoit dict l'absence du Roy avoir esté et estre volontaire, respondit qu'il entendoit avoir dict l'absence du Roy avoir esté et estre volontaire, non pas qu'il y fust allé sans conseil et de sa seulle volonté, mais l'entendoit estre volontaire *prout volontarium apponitur necessitate precise*, parce qu'il y estoit allé pour la recouvrance de son royaume de Naples, et au regard du roy Jehan, il estoit par force et contre sa volonté detenu prisonnier en Angletterre. Et n'eust jamais voulu ne vouldroit penser dire chose qui fust et tournast au desplaisir du Roy. Et quant à la correction de sondit plaidoyé, a confessé l'avoir faicte, pensant que l'advocat de partie deust avoir corrigé sondit plaidoyé et en avoir osté la response qu'il avoit faicte ausdites parolles, car corrigea sondict plaidoyé le premier, et quant il eust pensé que l'advocat de partie y eust laissé la responce, il y eust laissé la solucion qu'il y avoit baillée. Fait ledict jour. — *Nouv. acq. franç.* 8034, fol. 268 v°-270.

[1] Le nom est resté en blanc.

cedulam sui regentis vel doctoris proprii, quodque ipsi rectores appendent in filo hujusmodi cedulas et eas conservabunt, ut, si subsequenter oriretur dubietas de hujusmodi facto testimonio, rector qui pro tempore erit facere fidem per talem cedulam possit. In ea congregatione fuerunt domini doctores qui fuerant in examine dicti baccalarii, domini de Cambray, [de] Conty, Tullen, [de] Veteri Villa, de Vaccaria et ego decanus.

[1er Février.] Februarius. — Die mercurii prima Februarii, fuit missa apud Sanctum Johannem. Affuerunt ibi domini doctores [de] Conty, Tulleu, [de] Veteri Villa, Junii, Picard, Wasselin, de Vaccaria et ego decanus.

[2 Février.] Die Purificationis Beate Marie, fuit missa apud Sanctum Johannem Lateranensem ; in qua affuerunt dominus Millo d'Illiers, episcopus Carnotensis, [de] Conty, [de] Veteri Villa, de Vaccaria et ego decanus.

[3 Février.] (F° 124 r°.) Die veneris III Februarii, fuit missa Universitatis apud Jacobitas; sed ego non interfui.

[5 Février.] Die dominica sequenti[1], domini doctores fuerunt congregati sub debito juramenti in domo domini archydiaconi de Josaio, post vesperas Beate Marie, ad providendum honori Facultatis super eo quod nulli baccalarii se presentabant ad examen licencie, licet multi haberent tempus requisitum ad licenciam obtinendam, et qui se semel presentaverant resipiscebant et relinquebant inceptum. Quod scandalum propterea dicebatur accidere, quod baccalarii exhorrescebant formam rotuli que observari solet die licencie in vocationibus licenciandorum ; per quam observationem illi qui posteriores erant notabantur quadam perpetua ignominia. Ob hanc causam querebatur in hac congregatione liceretne relinquere hanc formam et aliam inducere. Cum de re ipsa varii varia dixissent, placuit demum duos modos domino cancellario proponere : unum videlicet, ut die licencie omnes licenciandi, cum intrarent aulam domini Parisiensis, statuerentur in banca proxima sedi ubi sessurus esset ipse cancellarius dum licencias agit ; et ibidem sedente domino cancellario, decanus Facultatis, sine ordine prioritatis aut posterioritatis, licenciandos representaret, prehabita brevi oratione ad testimonium sufficiencie et ydoneitatis licenciandorum ; — secundus modus, ut baccalarii secundum tempus sue promotionis ad baccalariatum sederent in camera examinis, et secundum eundem ordinem locarentur tempore licencie, cum proclamatione hujusmodi : « Sequuntur nomina licenciandorum hoc anno in Facultate etc., secundum antiquitatem eorum in gradu baccalariatus » ; et quem horum modorum dominus

[1] En marge de cet article, Gaguin a écrit : *De mutando rotulo tempore licencie.*

cancellarius admitteret, ille in posterum servaretur. Ad hoc autem proponendum jusserunt me adire dominum cancellarium, ad inquirendum super hoc ejus voluntatem.

Die autem hinc sequenti, conveni ipsum, exposuique ei mentem Facultatis, oraus ut, cum ipse inter primos ipsius Facultatis doctores haberetur, vellet per alterum modorum premissorum consulere bono Facultatis. Qui post multa hinc inde dicta respondit se habiturum super hac re consilium cum amicis, et die jovis proxima venturum ad missam Facultatis et illic dicturum quid super hoc esset facturus. [6 Février.]

Die ipso jovis, fuit missa apud Sanctum Johannem; in qua affuerunt domini doctores [de] Conty, [de] Cambray, [de] Veteri Villa, Wasselin, de Vaccaria et ego decanus. Ibi, post missam, dominus Ambrosius cancellarius dixit quod placebat ei acceptare modum faciendi rotulum secundum antiquitates gradus baccalariatus. [9 Février.]

(F° 124 v°.) Et secundum hoc placuit dominis quod conficerentur littere et publicarentur in scholis majoribus et affigerentur valvis earum.

Eodem die, facto de ipso examine, admissus est ad gradum et lecturam baccalariatus dominus Bertrandus Grecimer, Claromontensis dyocesis, et prestitis juramentis solitis, solvit, pro bursis II, scuta.

Eodem die, secundum determinationem dominorum confeci minutam litterarum super futura observatione rotuli, et eam tradidi magistro Johanni du Gue ad scribendum in forma. Quam scriptam sigillavi sigillo decanatus, et sigillatam publicare feci per ipsum du Gue, majorem bidellum Facultatis, qui eam, sequenti die veneris X Februarii, eam publicavit in hac forma, et valvis majorum scholarum affixit :

« Ex parte dominorum decani et collegii consultissime Facultatis Decretorum [1].

« Universis presentes litteras inspecturis Decanus et collegium Facultatis Decretorum in Universitate Parisiensi salutem. Nemo legislator legem unquam statuit quam bona racione inductus eam non putaverit utentibus profuturam; nam ad id maxime animus ejus intendi debet ut omnes tum bonos tum secura quoad fieri potest pace quietos reddat; sed diversi hominum mores plerumque pro condicione temporum ita sunt instabiles ut quod uno tempore incitamentum ad virtutem fuit, id ipsum aliquando revocet a gloria. Quod cum sepe fuerit a plurimis et preterea a majoribus nostris expertum, et ob eam rem vel sua statuta innovaverint vel justa racione moti mutaverint, nos quoque, cum superioribus annis

[1] Cet acte, sans doute rédigé par Gaguin, est ici copié de la main du grand bedeau, Jean Dugué.

sepe, tum hoc presertim tempore, ex statu nostre Facultatis compertum tenemus illud hodierno die nostris scola[s]ticis esse nocumento. Cum plures itaque apud nos questi sunt eos ideo a studii gloria temperare, quod cum ad licencie honorem se cupiunt promoveri, rotuli tamen inscripcione et ordine vocacionis insignem notam atque ignominiam accipiunt, et idcirco malle se illicenciatos vitam agere quam estimacionem suam rotuli prioritate vel posterioritate ledi; quod et nos quoque cum ipsis animadvertentes, simulque ex prioribus annis considerantes varia inter nos propter rotuli confectionem judicia et interdum controversias et contenciones, rancores necnon odia inter ipsos licenciandos incidisse; Nos, hiis causis et aliis justis racionibus admoniti atque inducti, necnon temporis malignitatem et morum mutacionem intuentes, volentesque inter nos et promovendos concordiam servare, matura super hiis inter nos deliberacione habita, communi omnium assensu, hujus scripti tenore declaramus nos pro scolarium commoditate et Facultatis tran(s)quil[l]itate et honore posthac in ordinandis licenciandis qui pro tempore erunt modum et ordinem subscriptum servaturos, scilicet ut die licencie baccalariorum qui fuerunt in examine fideliter probati, ipsi secundum ordinem temporis antiqui(ti)tatis sui gradus baccalariatus ad licencie honorem per majorem bidellum, ut moris est, vocabuntur, salva super hoc quoad prelatos et in dignitate constitutos necnon illustres personas moderacione nostra.

« Datum Parisius, in nostra congregacione generali apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum solenniter celebrata, anno Domini mil[l]esimo quadringentesimo octuagesimo quin(c)to, die nona mensis Februarii. — J. Dugue. »

[16 Fevrier.] (F° 125 r°.) Die jovis XVI mensis Februarii, fuit missa apud Sanctum Johannem; in ea fuerunt domini de Conty, [de] Veteri Villa, Junii, Wasselin, de Vaccaria et ego decanus.

[17 Fevrier.] Die veneris sequenti, Theobaldus de Champeaux, Pictavensis dyocesis, premisso examine et prestitis juramentis consuetis, fuit admissus ad gradum et lecturam baccalariatus, et solvit de bursis III scuta.

[20 Fevrier.] Die lune XX Februarii, Johannes Godin, Nicolaus Godin[1], Parisiensis dyocesis, Symon Assally, Pictavensis dyocesis, Petrus Cordier, Eduensis dyocesis[2], et Mathens de Moer, Tornacensis dyocesis, premisso de ipsorum sufficiencia examine, admissi sunt ad gradum et lecturam baccalariatus, et prestitis juramentis solitis solverunt pro bursis XII scuta. Et duo ex illis pro dispensacione de non eundo per villam invitatum dominos solverunt unum scutum.

[1] Sur les frères Godin, voir plus bas, p. 235. — [2] Sur Pierre Cordier, conseiller du roi et docteur régent en la Faculté de Décret, voir notre Introduction.

Die jovis xxii[i] Februarii, fuit missa apud Sanctum Johannem; ibi affuerunt domini [de] Conti, Tulleu, [de] Veteri Villa, Picard, Junii, Wasselin, [de] Vac[c]aria et ego decanus. [23 Février.]

Die sabbati post, fuit congregatio Universitatis, in qua fuerunt domini de Cambray, [de] Conti, Tulleu, [de] Veteri Villa, de Vaccaria et ego decanus. [25 Février.]

Die dominica sequenti, fuit processio ad Beatam Genovefam; ibi affuerunt domini [de] Conty, Tulleu, [de] Veteri Villa, Picard, Junii, Wasselin, de Vaccaria et ego decanus. [26 Février.]

Marcius. — Die jovis ii Marcii, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; ibi fuerunt domini doctores [de] Cambray, [de] Conty, [de] Veteri Villa, Wasselin, de Vaccaria et ego decanus. [2 Mars.]

Die iii Marcii, fuerunt admissi ad gradum et lecturam baccalariatus, premisso examine, Jacobus Senescalli, Lexoviensis, et Mametus Synget, dyocesis Lingonensis, et prestiterunt solita juramenta, solveruntque pro bursis quinque scuta cum dimidio. [3 Mars.]

Die sabbati iii Marcii, fuit congregatio Universitatis apud Sanctum Maturinum; in qua fuerunt [de] Cambray, [de] Conty, Tulleu, [de] Veteri Villa, de Vaccaria et ego decanus. Ibi posui in medium quid agendum esset de baccalariis, qui contra juramenta sua iverant ad Studium Aurelianense quesitum gradum licencie. Super quo conclusum fuit quod ego vocarem post meridiem magistrum Petrum Michon[1], advocatum in curia Parlamenti, qui cum paucis in domo mea [5 Mars.]

[1] Pierre Michon était l'un des avocats de l'Université de Paris, pour laquelle il avait déjà plaidé en 1470 contre l'Université de Bourges. Cf. R. Delachenal, *Hist. des avocats au Parlement de Paris* (1300-1600), p. 252-253.

Nous groupons ici quelques renseignements, tirés des registres du Châtelet, sur Michon, sa famille et sa fortune immobilière. Le 8 juillet 1467, il émancipe son fils Jean, «aagé de demy an». *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 9. — Le 12 décembre 1489, il émancipe sa fille Denise, âgée de huit ans. *Ibid.*, p. 422. — Le 10 octobre 1467, il «a pouvoir de reparer une hostel qu'il a nouvellement acquis, size rue du Coq». *Ibid.*, p. 14. — Le 5 juillet 1485, «noble homme sire Jehan Chouart, garde de la monnoye et bourgeois de Paris, [plaide] contre honorable homme et sage m. Pierre Michon, advocat en Parlement, pour raison de un l. par. restants de xx l. par. que ledit Michon est condamné de continuer comme detenteur d'une maison rue Saint Martin, qui fut à Ondart Beauroy». *Ibid.*, p. 328. — Le 8 janvier 1490 [1491], on voit Michon se présenter de nouveau au Châtelet, «requerant avoir par rachapt LX s. par. de rente que Jehanne Chenart, veufve feu Jehan de Pommereu, procureur en la Chambre des comptes, comme tuteresse des enfans mineurs dudit deffunt et d'elle, avoi(en)t droit de prendre comme estans aux drois de Jehan des Champs, procureur des Comptes, sur une maison rue aux Oes appartenant audit Michon. Ce qui a esté adjugé». *Ibid.*, vol. 765, p. 29. — Le 9 décembre 1491, «les maistres et gouverneurs de l'eglise et hospital de Saint Sepulcre à Paris, ayans droit d'honorable

IMPRIMERIE NATIONALE.

doctoribus consuleret de modo procedendi et exequendi arrestum contra doctores Aurelianenses, et de conficienda citatione contra baccalarios perjuros.

(F° 125 v°.) Idem Michon vocatus venit ad domum meam, ubi affuit dominus [de] Vaccaria tantum; nam dominus Ambrosius de Cambray, licet vocatus esset, non comparuit. Postquam omnia que pertinere mihi videbantur ad factum per me exposita sunt, dominus Michon consuluit ut Facultas abstineret a citatione et inhibitionibus predictis, tum propter multa, tum maxime quia tam doctores Studii Aurelianensis, quam scholares qui recesserant, prorumperent in vocem appellationis, qua pendente ipsi scholares licenciarentur. Bonum tamen et expediens esse dixit quod doctores ipsi adjornarentur ad videndum declarare se incurrisse penas contentas in arresto.

[9 Mars.] Nona die mensis Marcii, anno Domini M CCCCXX III^xx quinto, fuit missa in Sancto Johanne; in ea fuerunt domini doctores [de] Conty, Junii, [de] Veteri Villa, Wasselin, de Vaccaria et ego decanus.

Post missam, domini doctores ascenderunt in cameram examinis, et ibi, facto examine, fuerunt admissi ad gradum et lecturam baccalariatus Johannes de Bourbon[1], Guillermus Bussy, Renatus Souleau et Johannes Fruquier, et prestitis solitis juramentis, solverunt pro bursis undecim scuta et XX duos solidos paris.

Eodem die, fuerunt sigillate due littere, de quibus dominus thesaurarius recepit II francos cum dimidio.

Eodem die, quia dominus noster rex Carolus octavus mittebat me Romam ad summum Pontificem Innocencium octavum pro certis negociis se et regnum concernentibus[2], supplicavi dominis doctoribus pro mense gracioso et rigoroso, et

homme et sage m. Pierre Michon, advocat en Parlement, qui avoit droit de Jacques de Costes et Catherine Leleu sa femme, qui avoient droit de Guillemette, vesve de feu Guillaume Leleu, [plaident] contre Arnoul de Vessel et sa femme et Benard Lepemont (?) comme detenteurs de deux ouvroirs assis sur le pont aux Changeurs, sur lesquels lesdits demandeurs avoient droit de prendre XV escus d'or de rente faisant partie de XX escus d'or, à quoy ledit Vessel et sa femme ont esté condamnez de payer et continuer ladite rente». *Ibid.*, p. 104. — Le 3 juin 1500, «Jehan de Larnes et sa femme [plaident] contre noble homme m. Pierre Michon pour raison des pars et portions que ledit de Larnes pretendoit ès terres de Baignolet, Bris Baignolet, La Salle, Bruyères, et des fruits et revenus d'icelles». *Ibid.*, p. 362.

[1] Jean de Bourbon, protonotaire apostolique, fils de Louis, bâtard de Bourbon, était, en 1486, abbé commandataire de Seuilly, près Chinon (diocèse de Tours). En mai 1488, des lettres de rémission lui furent accordées à la suite du meurtre d'un Languedocien nommé Louis le Margon, qu'il avait tué en se défendant contre lui. D'après ces lettres, Jean de Bourbon avait 23 ans lors de cette affaire. Il était donc né vers 1466. Cf. le P. Anselme, *Histoire généalog. de la Maison de France*, t. I, p. 309-310; *Gallia Christ.*, t. XIV, col. 310.

[2] Robert Gaguin faisait partie de l'ambassade de M. de Faucon, chargé de demander à Innocent VIII l'investiture de Naples pour René, duc de Lorraine. Cf. H.-François Delaborde, *L'expédition de Charles VIII en Italie* (Paris, 1888, gr. in-8°), p. 180 et suiv.; L. Thuasne, *R. Gaguini Epistole et orationes*, t. I (Paris, 1904), p. 64 et suiv.

quod si contingeret me ultra tardare reditum, quod propterea saltem pro uno mense ultra non perderem jus regencie, maxime cum pro republica essem designatus et missus orator. Qui responderunt hoc sibi placere, et aliis similiter in pari casu et tempore opportuno facere et indulgere.

Die sabbati xi die Marcii, fuit congregatio Universitatis : ibi comparuerunt domini [de] Cambray, [de] Conti, Tulleu, de Veteri Villa, Wasselin, de Vaccaria et ego. [11 Mars.]

Die lune xiii Marcii, fuit admissus ad gradum et lecturam baccalariatus, premisso examine, Robertus Gombert, Sagiensis dyocesis, et prestitis solitis juramentis, solvit ii scuta. [13 Mars.]

Eodem die, recepit dominus thesaurarius iii scuta de tribus litteris sigillatis.

(F° 126 r°.) Die mercurii xv Marcii MCCCC IIII^XX chinq (*sic*)[1], frater Mi[chael] de Soulesmes, ordinis Premonstratensis, premisso examine, fuit admissus ad gradum et lecturam baccalariatus, et prestitis solitis juramentis, solvit pro bursis iii scuta. [15 Mars.]

Die veneris xvii Marcii anni prescripti[2], prefatus dominus generalis [Gaguinus], a regia Majestate apud summum Pontificem orator destinatus, recessit ab hacurbe, et ex ordinacione Facultatis michi dimisit munimenta decanatus. [17 Mars.]

Eodem die, in camera examinis, Johannes Boucy, Parisiensis dyocesis, et Johannes Arcelini, Matisconensis dyocesis, examine premisso, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus et lecturam, et prestitis juramentis solitis, solverunt pro bursis, videlicet Bouci tria scuta, et Arcelini duo scuta, et quilibet eorum, pro dispensacione de non invitando dominos ad harengam, dimidium scutum.

Eodem die, magister Robertus Gonbert supplicavit pro littera gradus baccalariatus, que fuit sibi graciose concessa, postquam juravit quod non petebat in fraudem.

Die sabbati xviii Marcii, super admissione vel repulsione licenciandorum Facultate per cedulam in camera examinis convocata, omnibus dominis presentibus placuit de gracia omnes et singulos baccalarios examinatos ad licencie munus admittere. [18 Mars.]

Eodem die, bidellus major tradidit unum scutum auri cum viginti solidis paris. pro duabus litteris, videlicet una littera gradus expedita magistro Roberto Gonbert, cui moderacio facta est de sigillo ad predictam summam, et alia littera gradus pro domino Johanne Wongre [Wringuier], in Decretis baccalario, qui solvit pro sigillo unum scutum auri.

[1] Le mot français qui échappe ici à Gaguin atteste son origine picarde.

[2] Du 17 mars au 17 août 1486, c'est Regnault de La Vacquerie qui reprend la plume.

[18 Mars.] Die sabbati in Ramis Palmarum, dominus Nicolaus de Conty legit Decretalem doctoralem pro domino de Veteri Villa.

[20 Mars.] Die lune xx Marcii anni predicti, domini per cedulam convocati super clausura examinis ita fieri concluserunt [1], et statim ipsis et licenciandis presentibus oratione per me de more facta et examine clauso, omnes et singuli licenciandi prestiterunt juramenta prestari solita pro licencia, prout in libro Facultatis describuntur.

Eodem [die], concluditur quod missa Annunciacionis Beate Marie, que excidit in vigilia Dominice Resurrex[i]onis (*sic*), transferetur in diem per Ecclesiam ordinatam.

Ipso die, comparuit magister Guillermus Tardivus [2], dicens quod quidam advena [3] Parisius noviter adveneral, qui totis viribus nitebatur delere famam suam et eum apud bonos et graves diffamare; quodque a nonnullis intellexerat eum post festum Dominice Resurrexionis in scolis majoribus Facultatis legere velle et propter id debere supplicare. Quibus de causis volens, ut dicebat, obviare ne medio talis lecture fama sua lederetur, instanter requisivit dictas scolas sibi per Facultatem assignari pro legendo a prima hora usque ad terciam diebus dominicis et festivis. Cujus supplicacioni domini tunc presentes, videlicet domini Ambrosius, [de] Veteri Villa et Wassel(l)in, me presente et concludente, annuerunt.

Eodem die, fuit congregacio Universitatis celebrata ad audiendum relacionem dominorum oratorum matris Universitatis super hiis que fecerant et dixerant in materia Observantinorum [4]; in qua comparuerunt domini Ambrosius, de Veteri Villa, Pacard [*l.* Picard], Wasselin et ego cum illis.

[1] Cf. ci-dessus, p. 131 (18 mars 1486).

[2] Guillaume Tardif agissait sans doute ici comme membre de l'Université de Paris, car il n'avait jamais fait partie, semble-t-il, de la Faculté de Décret.

[3] Girolamo Balbi, de Gênes. Il était docteur en l'un et l'autre droit, comme on le voit au titre de son recueil d'épigrammes (Hain, *Rep. Bibl.*, *15250). La plainte déposée par Tardif contre lui le 20 mars 1486 devant les docteurs régents de la Faculté de Décret marqua la seconde phase de la retentissante querelle de plume qui éclata entre eux et excita, pendant plusieurs années, les passions universitaires. — Le 14 mars précédent, Balbi avait supplié l'Université de nommer une commission pour examiner la Grammaire de Tardif, qui, selon lui, était pleine d'erreurs. Sa demande fut agréée, et il fut convenu que Balbi exposerait l'affaire devant les députés de l'Université, et que si Tardif ne pouvait répliquer d'une manière satisfaisante à son adversaire, sa Grammaire serait supprimée. Du Boulay, t. V, p. 770; Thuasne, ouvr. cité, t. I, p. 89 et suiv. — On sait que cette grammaire avait été rédigée par Tardif pour Charles VIII avant son avènement au trône. Cf. Hain, *15240.

[4] Sur cette affaire, voir Du Boulay, t. V, p. 769. L'Université s'était opposée à ce que les frères de l'Observance eussent un couvent à Paris; mais ceux-ci firent si bien que Charles VIII demanda à leurs adversaires, par l'intermédiaire du chancelier, de renoncer à leur opposition. Le 25 février 1486, d'après Du Boulay, le chancelier demanda que les Franciscains fussent admis à résider tranquillement dans la maison de l'Ave Maria. Le 4 mars, toujours d'après le même auteur, dans une nouvelle réunion aux Mathurins, le nombre de ces Franciscains fut fixé à six, et il leur fut enjoint de prêter le même serment que les autres suppôts de l'Université. Ces conditions, avec quelques autres moins importantes, furent agréées par

Ipso die lune, Ludovicus Roier, servitor Ambrosii, fuit creatus per Facultatem magnus bidellus ejusdem, propter decessum quondam sui bidelli majoris, et prestitit juramenta consueta. [20 Mars.]

Eodem die, licenciandi pecierunt et requisiverunt locum per Facultatem eis assignari pro susceptione signetorum. Super qua requisicione, ipsis ad partem retractis, Facultas, considerans collegium Lexoviense (F° 126 v°) esse honestum, illud eis fore assignandum deliberavit; et ita per me concluso, dictis licenciandis hanc conclusionem intimavi.

Die martis XXVIII mensis Marcii, hora quarta post meridiem, licenciandi in domo domini Ambrosii de Cambray, cancellarii Parisiensis ecclesie, fuerunt per me, brevi oratione prehabita, cum qua decebat reverencia eidem cancellario presentati, pluribus notabilibus viris presentibus, coram quibus illos benigne suscepit et in brevi expedire promisit, non obstante tempore sibi competenti, si vellet, ad eos super vita, moribus et doctrina examinandum et probandum. [28 Mars.]

Die penultima dicti mensis Marcii, Facultas fuit per cedulam convocata in camera examinis super composicione rotuli licenciandorum et eorum adopcione facienda, hora septima de mane; ibique comparuerunt domini Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Andreas Wasselin et ego. Et postquam fuit positum in medium, placuit eis procedere ad composicionem rotuli secundum antiquitatem gradus; et viso registro Facultatis, fuerunt ordinati secundum ordinem ibidem repertum, habito respectu ad gradus baccalariatus antiquitatem; sed rotulus non extitit conclusus, quousque super premissis et aliis jura Facultatis tangentibus esset communicatum cum domino Johanne de Corcellis, tunc absente. Placuit insuper, propter absenciam plurium dominorum, differre adopcionem in aliam congregacionem. [30 Mars.]

Eodem die, bidelli Facultatis ore meo supplicarunt sibi per Facultatem assignari certam quotam de et super emolumento bursarum per licenciandos solutarum. Super qua supplicacione fuit deliberatum et per me conclusum quod haberent duodecim scuta, de quibus major perciperet septem scuta, et minor bidellus quinque, unum videlicet propter gratuita servicia per eum facta Facultati, et quatuor alia pro suis juribus.

Ipso die, retuli, presentibus dictis dominis, quod, licet Facultas licenciandis locum assignasset pro suscepcione signetorum, nichilominus dominus cancellarius in prejudicium Facultatis hunc locum mutaverat, et licenciandos coegerat ad

Charles VIII. — Cette dernière réunion, fixée par Du Boulay au 4 mars, doit se confondre avec celle que Gaguin fixe au 20 mars. Lequel de nos deux auteurs a commis ici une erreur de date? Il est difficile de le dire, car ils sont tous deux coutumiers du fait.

recipiendum illa in collegio Burgundie et invitacionem ibidem faciendam. Super quo deliberatum extitit quod dominus Johannes de Courcellis erat consulendus, et pro consilio habendo omnes domini tunc presentes adiverunt domum ipsius domini Johannis qui tunc erat in Palacio, et ego cum ipsis, et mandatus per bidellum statim accessit domum et cameram conscendit, ubi, presentibus dominis, que premissa sunt recitavi. Quibus auditis, consuluit idem dominus de Corcellis quod ex parte Facultatis erat requirendus cancellarius si dictam loci mutacionem fecerat et illam sustinere intendebat, ut, ejus responso habito, posset Facultas providere prout juris esset. Quod consilium placuit ceteris dominis qui me elegerunt ad id agendum: et, onere suscepto, cum bidellis confestim domum ipsius cancellarii accessi, ibique, presentibus pluribus personis sibi assistentibus, in presencia dictorum bidellorum, premissa ex parte Facultatis recitavi, cum inter cetera requirendo si vellet hujusmodi mutacionem loci ratam habere et utrum illam fieri fecisset. Qui in effectu michi respondit quod erat filius Facultatis et volebat pro posse jura ipsius Facultatis illesa servare, quodque inter licenciandos fuerat altercacio de loco ubi haberent sua signeta recipere, quibusdam volentibus ut fierent in dicto collegio Lexoviensi, aliis quod in collegio Remensi, ubi aula erat ante petita, ornata et jam preparata; in qua (F° 127 r°) controversia, ignorans quod dictum collegium Lexoviense fuisset per Facultatem pro loco signetorum assignatum, per modum consilii dixerat licenciandis quod convenirent de alio loco, et eis nominaverat collegium Burgundie, in quo unus licenciandorum morabatur, non putans in hoc Facultatem offendere nec ejus jura violare. Propter quod declaravit se non velle pretendere quod ad ipsum pertineret assignare locum pro suscepcione signetorum licenciandis; sed, quia invitacio jam erat facta, non videbat qualiter posset locus convenienter mutari, et ideo requisivit quod placeret Facultati ut ibidem, auctoritate ipsius Facultatis, et tanquam esset ille locus per eam assignatus, fierent signeta dictorum licenciandorum. Quo audito, dixi quod ejus responsum referrem Facultati, et licencia petita et obtenta, pecii instrumentum ipsius responsi magistro Johanni de Vado, notario publico, et sine intervallo dominis adhuc in dicto loco existentibus premissam responsionem retuli de verbo ad verbum, prout melius potui. Qua audita, eis visum est quod jus Facultatis illesum remanebat; sed ad futuram rei memoriam concluserunt instrumentum fieri debere de et super hujusmodi responsione per dictum notarium.

[30 Mars.] Ipsis die et loco, domini ap[p]robaverunt rotulum prout in camera examinis factum extiterat, et ipsum clausum ordinaverunt tribus signetis dominorum, propter absenciam seu carenciam sigilli decanatus, obsignari, prout fuit sigillatum et obsignatum, et paulo post per mè, presentibus dictis duobus bidellis, prefato domino cancellario presentatum, cum requisicione quod clausum tenere vellet usque ad vocacionem in aula domini episcopi Parisiensis die sequenti, hora decima

de mane, faciendam. Qui ita facere promisit. De qua promissione requisivi instrumentum a dicto de Vado, et eciam quod ipse michi locutus fuit ad partem.

Ipso die, fuit sigillata littera gradus pro magistro Theobaldo de Champeaulx, qui pro sigillo solvit scutum auri.

Die prima mensis Aprilis anni Domini millesimi cccc octuagesimi sexti, hora nona de mane, apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum comparuerunt domini Stephanus de Veteri Villa, ego, quinque licenciandi, major bidellus et minor, cum bidellis et subbidellis dominorum doctorum ac clavigero et multitudine baccalariorum cum ca[p]pis, ubi prestiterunt dicti baccalarii licenciandi juramenta solita prestari ante licenciam. Quo facto, more solito et cum qua decebat gravitate processimus ad ecclesiam Beate Marie Parisiensis; ubi, salutacione facta Virgini gloriose, ex consilio dicti domini Stephani per minorem bidellum Facultatis licenciandos ad aulam domini episcopi Parisiensis destinavi, ut ibidem adventum domini cancellarii expectarent, et majorem bidellum nobiscum remanere jussi, ut inquireret de loco ubi dictus cancellarius existebat, dumque (*sic*) perquisivisset et retulisset quod erat in claustro Nostre Domine et domo domini de Lailli [1], ibidem recto gressu declinavimus, illum quoque in aula parva repertum salutavimus, et rotulum Facultatis videre requisivimus, ad sciendum si sigilla in eo apposita essent intacta; illum quoque nobis intactum et, ut prima facie ap[p]arebat, inviolatum exhibuit et ostendit, et fingens aliqua nobis familiariter communicare, ad partem et seorsum ab hiis qui sibi assistebant pertraxit, et inter loquendum dicere cepit quod erat filius Facultatis et ea de causa ipsi Facultati complacere desiderabat, sed cum hoc erat ecclesie Parisiensis cancellarius, racione cujus jura ipsius Facultatis servare tenebatur; quodque intellexerat Facultatem rotulum sibi traditum contra formam et tenorem (F° 127 v°) statutorum, quorum duplum apud se habere dicebat, composuisse ac in eodem ap[p]osuisse quod licenciandi erant ibidem ordinati secundum antiquitatem gradus baccalariatus; propter que requirebat ut sibi secretum ipsius rotuli aperiremus, dicens quod aliter ad licenciandum dictos baccalarios minime procederet; subjungendo quod, licet haberemus indultum Facultati, quod in casu recusacionis aut dilacionis cancellarii Facultas facere per alium posset impendi licencie munus suis baccalariis, tamen ad id per revocatoriam a quondam bone memorie papa Sixto [2] impetratam proviserat; quare, ut dicebat, ad litibus obviandum instanter requirebat premissa per nos fieri. Cui per me responsum fuit datum quod contenta in rotulo erant [1er Avril.]

[1] Le 4 janvier 1490 [1491], «m. Jehan de Lailly, chanoine de Paris, [est] renvoyé ès requestes contre Ambrois Guibert et Jehan Champion.» *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 28. — Le 3 juin 1493, «venerable et discrète personne M. Jehan de Lailly, curé du Bois d'Arcis [auj. Bois-d'Arcy, dép^t de Seine-et-Oise, arr^t et c^on de Versailles], chanoine de Paris, [plaide] contre frère Jehan Pepin, prieur de Villepreux; dit est que la chose contentieuse entre eux sera regie sous la main du Roy.» *Ibid.*, p. 179.

[2] Sixte IV.

secreta Facultatis, qua inconsulta non poteramus nec debebamus super requisitis per eum morem gerere nec secreta Facultatis revelare. Ex qua responsione turbatus, alta voce et cunctis audire valentibus dixit quod aliter non licenciaret ipsos baccalarios vel aliter ageret quam crederemus. Cui ad compescendum dixi quod dominus de Courcellis erat propinquus, et cum requisivi quod vellet paululum supersedere quousque super requisitis per eum conferenciam cum ipso de Courcellis haberemus, ut sic omnia possent in bona pace tractari. Cui requisicioni obtemperare recusans, subito et precip[it]anter cum subcancellario et pluribus sibi assistentibus recessit et, ut intelleximus, ad aulam domini episcopi Parisiensis declinavit, nobis remanentibus cum bidellis Facultatis et clavigero, quos velociter misimus ad dominos absentes in domo dicti domini de Courcellis hora presenti convocandos et conveniendos, ut in hac re consulerent quid esset faciendum. Et interim prefatus dominus Stephanus et ego in camera prefati domini de Courcellis remansimus, dominorum absencium presenciam prestollentes (*sic*); sed pauco facto intervallo ante adventum alicujus dominorum, major bidellus nobis retulit quod intellexerat per fide dignos testes prefatum dominum cancellarium, dominis et bidellis absentibus, rotulum Facultatis aperuisse et, cunctis videntibus, in eo fecisse rasuram notabilem, et per minorem bidellum Facultatis theologie vocacionem licenciandorum fieri fecisse secundum ordinem Facultatis, qui talis est :

Johannes Pigerii, quem adoptavit dominus de Veteri Villa;

Nicolaus Juvenis, quem adoptavit dominus de Conty;

Johannes Nicolas [1], quem adoptavit dominus Ambrosius de Cambray;

Johannes de Ruella, quem adoptavit dominus Johannes de Courcellis;

Petrus Bonnot, quem adoptavit dominus Robertus Tulleu.

De premissis autem per prefatum cancellarium innovatis et attemptatis in prejudicium Facultatis reparari faciendis via juris fuimus protestati, et sic a domo prefati domini de Courcellis, capta licencia, recessimus.

1er Avril.] Eodem die, post meridiem, aliqui dictorum licenciatorum venerunt ad me et de dicto domino cancellario gravem querimoniam fecerunt, dicentes quod, licet die martis novissima, in qua ipsi et alii licenciati fuerant prefato domino cancellario presentati, idem cancellarius promisisset eos benigne tractare et jura Facultatis inviolata servare; attamen, contrarium faciendo, eis locum pro suscepcione signetorum per Facultatem assignatum immutaverat, aperte dicendo quod ad ipsum et non ad Facultatem pertinebat locum hujusmodi assignare, et quod nunquam eis diem assignaret pro suscepcione signetorum, donec locum per eum (F° 128 r°)

[1] C'est peut-être de lui qu'il s'agit dans cette mention de l'année 1524 où « Johannes Nicolaus, diocesis Parisiensis, in artibus magister et in jure canonico licenciatus, curatus de Monsterolio-, se présente à la collation du prieur de Saint-Martin-des-Champs, diocèse de Paris, et à celle du doyen et du chapitre de Saint-Marcel-lez-Paris. *Arch. de l'Univ. de Paris,* vol. 53, fol. 214. Cf. plus haut, p. 38 et 117.

eligendum acceptassent. Qua de re ipsi timentes per eum retardari, nisi ejus voluntati parerent, collegium Burgundie ipsis ab eo deputatum loco collegii Lexoviensis per Facultatem assignati volentes nolentes receperant; quodque diebus sequentibus eumdem dominum cancellarium cum omni humilitate requisiverant quod eos vellet expedire et diem pro licencia impendenda prefigere et assignare; sed id non potuerant impetrare quousque unum ferculum seu discum piscium ei porrexerunt et quatuor vini optimi quartas tradiderunt, subjungentes quod de post eis sollicitantibus suam expedicionem prefatus cancellarius plures alias difficultates fecerat, eisdem declarando quod, nisi primitus facerent satisfactionem de juribus suis, non expediret eos; dumque inquirerent de ipsis juribus, dixit quod quilibet eorum sibi tenebatur in tribus libris zucari, et primus ad licenciam evocatus in uno ferculo. Quibus auditis, dixerunt quod de hiis inquirerent, et si tenerentur, libenter satisfacerent eidem, dumque inquisivissent, invenerunt rem aliter esse; et nichilominus eos impeditos tenuit, donec quilibet licenciandus eidem cancellario tradidit et ministravit duos panes zucari cum duabus quartis vini, et primus consignavit sexaginta solidos par., aut circiter, pro hujusmodi ferculo pretenso. Quibus non contentus, die suscepcionis signetorum, per familiares ipsius cancellarii fuerunt coacti sibi ultra premissa mittere duas libras speciorum et totidem quartas vini. Quibus de causis de ipso cancellario conquerebantur, et magis quod die illa, in actu vocacionis ad licenciam, per rasuram verborum rotuli, quod ipsi licenciandi erant ordinati secundum antiquitatem gradus baccalariatus, tres ultimi fuerant apud presentes, id ignorantes quia dictum non fuerat in actu vocacionis, plurimum diffamati et scandalisati, necnon baccalarii et scolares Facultatis assistentes adeo male de Facultate informati, quia in scolis fecerat publicari quod de cetero in ordinando licenciandos ordinem gradus baccalariatus observaret; quod factum aut saltem dictum non fuerat in evocacione facta de mandato cancellarii memorati, quod dicere debuerant nunquam se suscepturos gradum Parisius, nisi per Facultatem interpresiis et novitatibus per ipsum cancellarium factis o[p]portunum remedium adhiberet[ur]; hiis et aliis de causis tunc lacius declaratis requirentes ut vellem die sequenti Facultatem de premissis informare et remedium adhiberi procurare, prout ex debito officii facere promisi et feci.

Die dominico sequenti, super premissis novitatibus et interpresiis per dominum cancellarium attemptatis in prejudicium ipsius Facultatis dominos per cedulam penes dominum Johannem de Courcellis, hora tercia post meridiem, convocari feci, ibique comparuerunt domini Johannes de Courcellis, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picard, Andreas Wasselin et ego, coram quibus omnia et singula in querimonia dictorum licenciatorum contenta recitavi, et de remedio provideri requisivi. Super quibus Facultas ipsa, unanimi consensu singulorum intercedencium, novitates predictas et signanter rasuram per [2 Avril.]

IMPRIMERIE NATIONALE.

ipsum cancellarium in rotulo Facultatis presumptam, necnon evocacionem per alium a bidello principali Facultatis subsecutam, temerarias, abusivas et in prejudicium jurium ipsius Facultatis attemptatas fuisse et esse, illas quoque, qualinus de facto processerant, reparandas et emendandas fore decrevit et declaravit, volens quod per justiciam dicta reparacio contra ipsum dominum Ambrosium viriliter prosequatur, et infra qui[n]denam Facultas ipsa convocetur ad deliberandum et concludendum de modo procedendi et illum super premissis novitatibus et interpresiis prosequendi, et interim quod quamtocius littere nomine Facultatis conficiantur in meliori forma qua fieri poterit super declaracione abusus supradicti, in majoribus scolis Facultatis publicande, sic quod hujusmodi de facto attemptata cunctis valeant esse nota.

[3 Avril.] Die lune sequenti, hora septima de mane, prefatus dominus Ambrosius ad me venit et coram magistris Petro Alard [1] et Adam Boucher [2], notariis curie conser-

[1] Nous avons déjà rencontré ce bachelier en Décret : «Pierre Alart, praticien en cour d'Eglise, proprietaire d'un hostel rue du Clos Brumeau, [qui, le 13 mars 1474-1475,] a pouvoir de faire reparer.» *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 87. Cf. plus haut, t. II, p. 237 et n. 1.

[2] Le 24 janvier 1493 [1494], «au tesmoignage de m. Bureau Boucher, tuteur, de Jehan Boucher, son frère, *noble homme Adam Boucher, sieur de Saint Aubin, notaire et secretaire du Roy*, m. Bureau Boucher l'aisné, oncles, m. Bertrand Ripault, advocat en Parlement, cousin germain paternel, m. Jacques Louet, general sur le fait de la justice des Aydes, cousin maternel, Charles Boucher, frère, m. Arnoul Hesselin, cousin de Jean Boucher, fils mineur de feu Arnoul Boucher, maistre des Comptes, le partage fait par devant Guy le Lièvre et Catherine Perrault entre ledit tuteur [et] damoiselle Jehanne Boucher est ratifié, et ledit Adam Boucher a protesté que ledit tesmoignage ne luy puisse nuire en tant que touche les qualitez et quotitez, c'est assavoir de la moitié d'un quart de la terre et seigneurie d'Orcay delaissez par ledit partage audit Jehan Boucher, pour raison desquelles portions il y a procès ès requestes du Palais entre lesdits Bureau, Jehan et Adam Boucher.» *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 221. — Le 16 septembre 1494, Adam Boucher émancipe son fils Charles, écolier à Paris, âgé de 14 ans. *Ibid.*, p. 242. — Le 28 janvier 1494 [1495], «au tesmoignage de noble homme et sage m. Jehan Boucher, conseiller en Parlement, père, Adam Boucher, notaire et secretaire du Roy, oncle paternel, Jehan de Marle, cousin germain, Jehan, Charles et Guillaume de Montmirail, oncles maternels de Pierre, Arnoul, Gilette, Jehanne, Loys, Charles et Heleinne, enfans mineurs dudit Jehan Boucher et de feu damoiselle Catherine de Montmirail, sa femme, ont esté donnez tuteurs le père et Guillaume de Montmirail.» *Ibid.*, p. 250. Le 2 mai 1499, «Jacques le Lièvre, requerant l'enterinement de certain raport de jurez fait à sa requeste contre m. Adam Boucher, Agnès Boucher et m. Jehan Bailly, dit est que le mur dont est question sera fait aux communs despens.» *Ibid.*, p. 264. — Le 18 septembre 1499, se présente au Châtelet «Agnès Bailly, femme separée de m. Adam Boucher, qui a fait proceder par voye d'arrest sur les fruits d'une vigne assise à Yvry appartenant audit Boucher; dit est que lesdits fruits seront vendangez en commun.» *Ibid.*, p. 295. — Le 14 novembre 1499, «*m. Adam Boucher, praticien en cour d'Eglise, bourgeois de Paris*, a emancipé Catherine, aagée de 16 ans, et Marie, aagée de 15 ans, ses filles, et de Agnès Bailly, sa femme.» *Ibid.*, p. 304. — Le 29 mai 1500, «Agnès de Bailly (*sic*), femme separée de m. Adam Boucher, a revoqué certaine procuration par elle baillée à m. Jehan de La Porte, advocat au Chastellet.» *Ibid.*, p. 360. — Le 24 octobre 1500, «m. Adam Boucher [est] condamné à payer à François Lescuyer, procureur au Chastellet, la somme de XII escus d'or à luy deue pour prest.» *Ibid.*, p. 395.

Les mentions groupées dans le second alinéa de cette note s'appliquent-elles au personnage

vacionis privilegiorum alme (F° 128 v°) matris Universitatis Parisiensis, inter cetera dixit et exposuit quod ad ejus noticiam devenerat Facultatem alias conclusisse quod de cetero procederet ad ordinandum licenciandos secundum antiquitatem gradus baccalariatus, in prejudicium jurium cancellarii et cancellarie; quodque die precedenti penes dominum de Courcellis Facultatem congregaverant, eo spreto et contempto, necnon, ut intellexerat, in ejus injuriam adopcio licenciandorum, ipso absente, in dicta congregacione facta extiterat; quibus de causis ad illum seu illos ad quem seu quos poterat et debebat, provocabat et appellabat. Ad que sub brevibus respondi quod per regestra Facultatis et alias ap[p]arebat ipsum dominum Ambrosium conclusionem Facultatis de qua conquerebatur jampridem ap[p]robasse, et ideo post tempora provocandi defluxa frustra verbo nisus fuerat provocare; quodque ad providendum novitatibus et interpresiis per ipsum dominum Ambrosium paucis ante diebus in rasura rotuli licenciandorum et eorum evocacione per minorem bidellum Facultatis theologie ipso mandante attemptatis fuerat congregata. Quare merito Facultas ipsa potuerat ordinare, prout fecerat, quod ipse dominus Ambrosius, contra quem agebatur, non debebat ad ipsam congregacionem evocari; insuper, quod idem dominus Ambrosius in congregacione Facultatis die veneris [I. jovis] penultima mensis Marcii novissime lapsi celebrata super composicione rotuli licenciandorum et illorum adopcione facienda fuit debite vocatus. Ad quam vocacionem venire contempsit, tacite Facultati [jus][1] adoptandi renunciando; ideirco, ex causis per eum falso pretensis se gravatum pretendere non poterat, et ex consequenti minime provocare, prout de facto fecerat; et nichilominus in premissis omnibus et singulis de quibus conquerebatur me subjeci judicio Facultatis, paratus facere que super hiis duxerit ordinandum.

Die mercurii quinta mensis Aprilis, Facultas penes dominum Johannem de Courcellis, hora egressus vesperorum Nostre Domine Parisiensis, extitit congregata ad audiendum appellaciones et intimaciones per dominum Ambrosium die lune michi factas et super hiis deliberandum. Et ibi comparuerunt domini Johannes de Courcellis, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picard, Andreas Wasselin, et ego, qui recitavi omnia et singula per dominum Ambrosium michi die lune dicta et intimata necnon meam responsionem tunc factam. Super quibus deliberatum extitit et conclusum esse prestol(l)andum ad videndum si et ubi dictus dominus Ambrosius appellaciones per [5 Avril.]

dont il est question dans le premier? Cela est vraisemblable, puisque le partage du 24 janvier 1494 a été fait par-devant Guy le Lièvre, et que l'on retrouve, le 30 avril 1499, un Jacques le Lièvre mêlé aux affaires d'Adam Boucher. Ce qui peut cependant soulever quelque doute sur cette identification, c'est la qualité de *praticien en cour d'Eglise* donnée à Adam Boucher dans l'une des mentions de la seconde série. Pourquoi n'y est-il plus qualifié, comme dans les mentions antérieures à 1499, de *notaire et secretaire du Roy?* Il y a là un petit problème que nous n'avons pas su résoudre.

[1] Ce mot paraît avoir été ajouté au XVIIe siècle.

xiii Julii. . . . . Egidius Boursaudi. (V. p. 147.)
xxiv Julii. . . . . Franciscus Besancon. (V. p. 148.)
vii Septembris. . . Simon de Sarebruche. (V. p. 151.)
xii Septembris. . . Yvo Monachi. (V. p. 151.)
xii Septembris. . . Ricardus Charlemaine. (V. p. 151.)
xxviii Septembris. Johannes de Wisanquerke. (V. p. 152.)
xxviii Septembris. Matheus Berault. (V. p. 152.)
xxviii Septembris. Anthonius Aussendon. (V. p. 152.)
xxx Septembris. . . Claudius de Hanges[t]. (V. p. 152.)
xii Octobris. . . . . Matheus Thierri. (V. p. 153.)
xii Octobris. . . . . Michael Trove. (V. p. 153.)
xix Octobris. . . . . Philippus Peletier. (V. p. 153.)
xix Octobris. . . . . Candidus Testoris. (V. p. 153.)
xix Octobris. . . . . Jacobus de Pratis. (V. p. 153-154.)
xix Octobris. . . . . Johannes Favereau. (V. p. 154.)
xxxi Octobris. . . . Robertus Cornet. (V. p. 154.)

III

LECTURES DES BACHELIERS.

(F° 133 v°.) Sequuntur nomina baccalariorum in jure canonico Parisius per bidellum Facultatis in scholis proclamatorum, qui ab anno Domini M CCCC IIII^XX quinto in mense Novembri usque ad annum M CCCC IIII^XX sextum et mensem predictum suas lecturas inceperunt.

Petrus Gheho, clericus, dyocesis Dolensis, baccalarius in Decretis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis magnis superioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC octuagesimo sexto, XXII mensis Aprilis.

Guillermus Rulli (*sic*), clericus, dyocesis Cenomanensis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Beati Eustachii, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M quadragesimo octuagesimo quinto, die XII Marcii.

Renatus Sauleau (*sic*), dyocesis Andegavensis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Sancti Eustachii, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC IIII^XX quinto, die XII Marcii.

Manetus (*sic*) Synget, clericus, Lingonensis dyocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis superioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC III^XX quinto, die V Marcii.

Johannes de Bourbon, clericus, Lexoviensis dyocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis superioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC IIII^XX quinto, die XII Marcii.

Guillermus Ligonis, clericus, Morinensis dyocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC IIII^XX quinto, primo die Februarii.

Aimetus (*sic*) du Sauzet, clericus, Claromontensis dyocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in istis magnis scholis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC IIII^XX quinto, XVII januarii.

Philippus Texier, Turonensis dyocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in istis scholis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC IIII^XX quinto, XXV Decembris.

Johannes Oliverii, clericus, Pictavensis dyocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in istis scholis magnis superioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC IIII^XX quinto, XX Januarii.

Petrus Tullier (*sic*), clericus, Lingonensis dyocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in istis scholis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC LXX quinto, XX Decembris.

(F° 134 r°.) Robertus Beloce, clericus, Lexoviensis dyocesis, in Decretis baccalarius et in artibus magister, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis anterioribus ad intersignium Sancti Eustachii, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC LXX quinto, XVIII Decembris.

Petrus de Pisis, clericus, Rothomagensis dyocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis anterioribus, ad intersignium Sancti Eustachii, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC LXX quinto, XXVIII Octobris.

Nicolaus Laurens, clericus, Meldensis dyocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in istis scolis magnis anterioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC LXX sexto, XV mensis Aprilis.

Johannes Parpezati [1], clericus, dyocesis Sancti Flori, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet tertium librum Decretalium in scholis superioribus, ad intersignium Sancti Eustachii, et hoc pro secundo anno sue lecture. Datum anno Domini M CCCC LXX sexto, XXVI mensis Maii.

Johannes Beroust, clericus, Carnotensis dyocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in istis scholis magnis inferioribus, et hoc [pro] primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC LXX sexto, VIII Aprilis.

Johannes Arcelin, presbiter, Matisconensis dyocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in istis scholis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC LXX quinto, XX mensis Marcii.

Johannes Bomy [l. Bony sive de Bony [2]], clericus, Parisiensis dyocesis, in Decretis baccalarius et in artibus magister, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis superioribus, ad intersignium Beati Eustachii, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC LXX quinto, XX Marcii.

[1] Le 26 juin 1493, « Reverend Père en Dieu messire m. Jehan Boyer, prothenotaire du Saint Siège, subrogé au lieu de Raymond Jacques et *Jehan Parpezac*, [plaide] contre Claude Benin pour raison de la cure de l'eglise parochialle de Saint Avit en l'eglise d'Issoire, diocèse de Clermont; dit est que ledit Benin sera maintenu en la possession de ladite cure. » *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 184.

[2] On lit dans les registres du Châtelet, à la date du 1er décembre 1500 : « Pierre Belin et Colin Brain, tuteurs des enfans mineurs dudit Colin Brain et d'Isabelle de Bony, jadis sa femme, [plaident] contre honorable homme m. Pierre de Bony et Simon Baudequin, notaire, et sa femme, *noble homme et sage messire Jehan de Bony, docteur ès loix et en Decret*, eux disans executeurs du testament de feue Jacqueline, veufve feu Pierre de Bony, examinateur. Dit est que partage et division seront faits entre les parties des biens meubles et possessions immeubles demeurez du decez de feu Pierre de Bony et Jacqueline sa femme, et à chacune des parties sera baillé sa juste part et portion par devant Robert Bonot, examinateur. » *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 407.

En 1495, Jean de Bony se présente à la collation de l'abbé de Marmoutier et à celle de l'abbé de Bourgueil. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 131. — Le 5 juillet 1514, il est qualifié de docteur en chacun droit et est reçu président des Enquêtes au Parlement de Paris au lieu de l'évêque de Langres [Michel Boudet]. *Franç.* 21280, fol. 204-204 v°.

DÉCANAT DE ROBERT GAGUIN.

NOVEMBRE 1486-NOVEMBRE 1487.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

(F° 136 v°.) November. — Anno Domini M CCCC IIII^XX sexto, convocatis dominis doctoribus per cedulam apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum, cum ipsi ea die suas lectiones de more resumpsissent et legissent de mane, comparuerunt die jovis nona Novembris in cap(p)ella; quibus cum ego exposuissem quod per superius triennium ego officium decanatus gesseram et in eo pro virili parte honorem et commodum procuraveram omnium que ad Facultatem fuerant visa mihi pertinere, gracias de honore mihi distributo reddens, supplicavi ut bene per me gesta grata haberent, errata vero supportarent; munimenta officii in manus domini de Corcellis, naturalis decani, restitui, ut, officio decanatus vacante, ad novam electionem procederent tam decani quam thesaurarii. Presentes autem domini doctores hi erant : Johannes de Corcellis, Ambrosius de Cambray, Robertus Tulleu, de Veteri Villa, Johannes Picard, Andreas Wasselin, de Vaccaria. Qui omnes uno assensu approbantes que per me gesta erant in superiore decanatu, me in decanum continuaverunt, mihique munimenta, prestitis solitis juramentis, tradiderunt. [1486. 9 Novembre.]

Similiter dominum Stephanum de Veteri Villa, superioris anni thesaurarium, continuaverunt. Post que omnia acta intravit dominus Jacobus Junii, qui per alios, se absente, gesta grata habuit.

Eodem die, Maturinus de Bousseraille, facto examine, fuit ad gradum [baccalariatus] et lecturam admissus, et prestitis solitis juramentis, solvit in scuta.

Die dominica sequenti, XII Novembris, convocati domini doctores in domo domini de Corcellis ad providendam (*sic*) de licencia futura, deliberaverunt quod, habito instrumento a domino cancellario, quod promisit dare Facultati, super eo quod ipse cancellarius non intendit derogare aut prejudicium afferre statutis et consuetudinibus Facultatis per ea que ipse fecit et facere fecit die licencie preterite super apertione rotuli, hoc instrumento, inquam, habito, deliberaverunt quod eos iterum convocarem ad providendum si fierent hoc anno licencie. [12 Novembre]

13 Novembre.] Die lune proxime sequenti, Johannes Guyocheau[1], Cenomanensis dyocesis, postquam examinatus fuit, admissus est ad gradum et lecturam baccalariatus in jure canonico, (F° 137 r°) et prestitis solitis juramentis, solvit pro bursis III scuta.

Eodem die, fuit missa Universitatis apud Sanctum Maturinum, et ibi comparuerunt domini de Veteri Villa et de Vaccaria.

22 Novembre.] Die mercurii XXII Novembris, fuit missa et collegium apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum; comparuerunt domini doctores Johannes de Corcellis, Tulleu, [de] Veteri Villa, Johannes Picard, Andreas Wasselin, de Vaccaria et ego decanus.

Eodem die, premisso examine, Johannes Laurencii fuit admissus ad gradum et lecturam baccalariatus, et prestitis solitis juramentis solvit pro bursis II scuta[2].

24 Novembre.] Die veneris, fuit missa Beate Catherine apud Sanctum Johannem, comparentibus dominis Johanne de Corcellis, Roberto Tulleu, [de] Veteri Villa, Jacobo Junii, Reginaldo [de Vaccaria] et me decano.

Eodem die, fuerunt admissi ad gradum et lecturam baccalariatus, prius de ipsis facto examine, Johannes Chenglen et Stephanus Gouste[3], et solverunt pro bursis, unus duo salucia et dimidium scutum, alter duo scuta cum dimidio.

29 Novembre.] Die mercurii penultima Novembris, fuit missa apud Sanctum Johannem; ibi comparuerunt domini doctores Robertus Tulleu, [de] Veteri Villa, de Vaccaria et ego decanus.

Eodem die, Gilbertus de Planvis, examine facto, fuit admissus ad gradum et lecturam bacalariatus, et prestitis solitis juramentis, solvit pro bursis III scuta.

5 Decembre.] Die martis quinta Decembris, fuit missa, et comparuerunt domini de Corcellis, Junii, Picard et ego decanus.

Post missam, in domo mea, apud Sanctum Maturinum, fuerunt examinati frater Johannes Tabourelli[4], ordinis S. Benedicti, et Johannes Matee, Noviomensis

[1] On lit dans les registres du Châtelet, à la date du 21 juillet 1492 : «Jehan Guyocheau, licentié en Decret, [est] institué advocat au Chastellet». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 147.

[2] Ces deux dernières mentions avaient d'abord été insérées, puis biffées par Gaguin, au feuillet 112 r°. Voir plus haut, p. 154 n. 2.

[3] En 1495, «Stephanus Gouste, presbiter, in artibus magister et in Decretis licenciatus, scolaris Parisius studens», se présente à la collation de l'évêque et du chapitre d'Auxerre et à celle du chantre et du chapitre de l'église collégiale de Saint-Martin de Clamecy, diocèse d'Auxerre. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 45 v°. — En 1497, il se présente à la collation de l'abbé de Saint-Léonard de Corbigny, O. S. B., diocèse d'Autun, et à celle du prieur d'Andries, O. S. B., diocèse d'Auxerre. *Ibid.*, fol. 141 v°.

[4] En 1493, frère Jean Taboureau, licencié en Décret, se présente à la collation des abbés de Montier-la-Celle-lez-Troyes et de Cluny. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 8 v°.

dyocesis, fueruntque admissi ad gradum et lecturam baccalariatus, et prestitis solitis juramentis, pro bursis primus solvit duo scuta cum dimidio, alter duo·um scuta cum dimidio.

Altera die, que fuit sexta Decembris, fuit missa sancti Nicholai, ubi affuerunt domini Tulleu, [de] Veteri Villa, Junii, Picard et ego decanus. [6 Décembre.]

Die jovis sequenti, fuit missa Universitatis apud Jacobitas, et deinde congregatio apud Sanctum Maturinum, comparentibus dominis Tulleu, [de] Veteri Villa, [de] Vaccaria et me. [7 Décembre.]

(F° 137 v°.) Die veneris octava Decembris, fuit missa de Conceptione Beate Marie Virginis, et affuerunt domini Tulleu, [de] Veteri Villa, Junii, [de] Vaccaria et ego decanus. [8 Décembre.]

Die xii Decembris, Johannes Merlaye[1], Morinensis dyocesis, premisso examine, fuit admissus ad gradum etc., et prestitis juramentis, solvit duo scuta. [12 Décembre.]

Die martis xii ejusdem mensis, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem, et comparuerunt dominus de Vaccaria et ego decanus.

Die mercurii que fuit xx Decembris, fuit missa apud Sanctum Johannem; in ea fuerunt domini doctores Tulleu, [de] Veteri Villa, Junii, Wasselin, [de] Vaccaria et ego decanus; quibus placuit ut ego eos apud dominum de Josayo convocarem die dominica sequenti super licenciis agendis hoc anno. [20 Décembre.]

Eodem die, fuerunt examinati Johannes Gaucher, Guillermus Bouguyer[2] et Guillermus Baudeti, fueruntque, prestitis juramentis, admissi ad gradum et lecturam baccalariatus, et pro bursis solverunt ix scuta cum dimidio.

Die dominica proxime sequenti, post vesperas Beate Marie Parisiensis, in domo domini de Josayo comparuerunt domini Johannes de Corcellis, [de] Veteri Villa, Picard, Junii, Wasselin, [de] Vaccaria et ego decanus. Ibi interrogavi si placeret eis hoc anno aperire examen. In qua re licet fuerint varie sentencie propter controversiam que erat cum domino cancellaria (*sic*), de qua supra dictum est, placuit [24 Décembre.]

[1] Était-il parent de «m. Guillaume Morlaye (*sic*), licentié en loys et en Decret, [qui] a esté receu advocat au Chastellet» le 16 avril 1481 [1482]? *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 229.

[2] On lit dans les registres du Châtelet, à la date du 18 avril 1491 : «Honorable homme et sage m. Guillaume Bouguier, maistre ès ars, licencié en Decret, escolier à Paris, ayant droit de Jacques Guilloreau, qui avoit transport de Yvonnet Maugars [plaide], contre Jacques Morise; dit est que la main du Roy sera suffisamment garnie». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 47; cf. p. 124. Cf. ci-dessous, p. 208.

IMPRIMERIE NATIONALE.

tandem eas facere eo casu, videlicet si placeret eidem domino cancellario declarare quod ea que facta per eum fuerant in superiore licencia haberentur pro non factis.

Post congregationem, ego dominum cancellarium conveni significavique mentem Facultatis. Qui paratus fuit ea facere que ipsi domini petebant apposuitque ad finem cujusdam instrumenti sive cedu(l)le papiree, signo notarii magistri Petri Alard signate, declarationem predictam, apposito simul suo signo manuali.

[25 Décembre.] Et ita, die lune, legente ordinarium magistro Dyonisio Halligret, scripsi ad eum ut significaret auditoribus quod hoc anno fierent licencie.

[30 Décembre.] Die sabbati penultima Decembris, fuit missa apud Sanctum Johannem, comparentibus tantum dominis de Veteri Villa, Reginaldo de Vaccaria et me decano; quibus placuit ut litteras conficerem ad publicandum futuras licencias, ut qui parati essent comparerent ad primam missam apud Sanctum Johannem.

[1487. 12 Janvier.] Die veneris XII Januarii, fuit missa apud Sanctum Johannem; comparuerunt domini Robertus Tulleu, [de] Veteri Villa, [de] Vaccaria et ego decanus.

Eodem die, facto examine, fuerunt admissi ad gradum et lecturam baccalariatus frater Guillermus Hebert, de Rothomago, et Johannes du Courel, Claromontensis; et prestitis solitis juramentis, solverunt pro bursis VI scuta.

Fuerunt sigillate due littere . . . . . (*sic*).

[18 Janvier.] (F° 138 r°.) Die jovis XVIII Januarii, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem, comparentibus dominis Stephano de Veteri Villa, Reginaldo de Vaccaria et me decano.

[21 Janvier.] Die dominica XXI Januarii, fuit congregatio dominorum doctorum apud domum archidiaconi de Josayo; sed quia dominus Ambrosius de Cambray non aderat, placuit differre in diem mercurii proxime venturam; qua die ego convocarem eos per juramentum apud Sanctum Johannem, hora misse.

In eadem congregatione fuit dictum quod dominus Nicolaus de Conty perdiderat regenciam, et quod non haberetur deinceps in numero regencium, nisi supplicaret pro resumenda regencia, secundum consuetudinem Facultatis.

[22 Janvier.] Die lune sequenti, fuit examinatus et admissus ad gradum et lecturam baccalariatus Dyonisius Huet, dyocesis Parisiensis; et prestitis solitis juramentis, solvit III scuta.

[24 Janvier.] Die mercurii XXIII Januarii, fuit missa apud Sanctum Johannem; comparuerunt post missam in cap(p)ella domini doctores Johannes de Corcellis, Ambrosius de

Cambray, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Reginaldus de Vaccaria et ego decanus. Ibi, quia ego feceram evocari per juramentum omnes et singulos dominos doctores regentes super supplicatione quorumdam baccalariorum aliarum Universitatum, qui petebant incorporari inter baccalarios Facultatis et deinde admitti cum aliis ad examen licencie proxime, ita quod tempus quo studuerunt vel Parisius vel in aliis Universitatibus post adeptionem baccalariatus computaretur eis et valeret ad consequendum licenciam, et quod pro incorporatione non solverent jura Facultatis more baccalariorum qui examinantur et facinut harengas, dominus Johannes de Corcellis, rogatus a me dicere sententiam, dixit quod placebat ei quod dicti supplicantes incorporarentur inter baccalarios Facultatis, et quod, constito de eorum baccalariatu, tempus quesitum vel Parisius vel alibi computaretur eis ad proximam licenciam cum aliis examinandis recipiendam. Volebat tamen quod, secundum consuetudinem laudabilem Facultatis, pro incorporatione solverent jura et bursas graciosas, et quod inciperent legere et facere actus scholasticos pro forma. Deinde secutus est eum dominus Ambrosius de Cambray, cancellarius, cui placuit eadem sententia; quem ceteri omnes concorditer secuti sunt, dixeruntque quod quilibet incorporatorum solveret de bursis duo scuta auri. Et ego decanus ita conclusi.

(F° 138 v°.) Soluta congregatione dominorum doctorum, baccalarii supplicantes prestiterunt solita juramenta. Nomina autem eorum sunt hec[1].

Eodem die, dictum fuit per dominos doctores quod portio [h]orti existentis juxta scholas Facultàtis et tangentis quandam domum, quam magister Henricus, major bidellus theologie, volebat emere a magistro Johanne Basin[2], doctore medicine,

[1] Gaguin a omis de transcrire ces noms.

[2] Non pas *Jean*, mais *Guillaume* Basin. Les multiples mentions que contiennent les registres du Châtelet prouvent amplement que Gaguin a fait ici une erreur sur le prénom du régent de la Faculté de médecine.

L'erreur du doyen s'explique d'ailleurs facilement, par ce fait que Guillaume était le neveu de Jean Basin, qui exerça brillamment la médecine vers 1420 et qui, selon Du Boulay, prit une grande part à la fondation de l'Université de Poitiers par Charles VII en 1432. *Hist. Univ. Paris.*, t. V, p. 875. Cf. Marcel Fournier, *Statuts et privilèges des Universités franç.*, t. III, p. 287 et suiv.

Le 26 avril 1481, «au tesmoignage et eslection de honorable homme et sage m. Guillaume Bazin, docteur en medecine, et Jehane, sa femme, paravant femme de feu m. Clement de Gouda, mère, Catherine, femme de Jehan Moussart de Vendosme, parente, Jacquette la Bugle, veufve Josse de Louvain, ayeulle maternelle, Miracle, veufve Jehan Merard, bellante [tante] de Fleurant, fils mineur dudit feu Clement et de ladite Jehane, a esté donné pour tuteur Martin de Louvain, grand bedel de la Faculté de medecine, oncle». *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 229. — Le 30 mai 1489: «Honorable homme et sage m. Guillaume Basin, docteur regent en la Faculté de medecine, contre m. Loys Dahuille, clerc des Comptes». *Ibid.*, p. 396. — Le 27 janvier 1489 [1490]: «M. Guillaume Bazin, docteur regent en medecine et medecin du Roy, [est] renvoyé ès requestes contre Guillaume Thiaire». *Ibid.*, p. 430. — Le 31 juillet 1492, «honorable homme et sage m. Guillaume Bazin, docteur regent en la Faculté de medecine, et Jehanne, sa femme, auparavant femme de feu Clemant de Gouda, ont accepté la garde bourgeoise de Bernard, Christophle, Catherine et Gerard, enfans mineurs de feu m. René Hannegrenne, docteur en laditte Faculté, et de Anthoinette, jadis sa femme, fille de ladite Jehane et dudit feu Clement de Gonda». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 148. — Et

visitaretur per dominos doctores et, ea visitata, daretur responsum dicto magistro Henrico an Facultas venderet eam vel non.

[26 Janvier.] Die veneris sequenti, fuit obitus domini Martini de Fraxinis, quondam doctoris Decretorum, assistentibus dominis [de Corcellis *eras.*] Tulleu, [de] Veteri Villa, Johanne Picard, de Vaccaria et me decano.

Eodem die, fuit congregatio Universitatis ad audiendum relationem oratorum quos Universitas ad Regem miserat adversus illos de Normannia qui obstabant ne privilegia Universitatis haberent libernm usum in ducatu eorum [1].

le 4 mai 1499 : «Florent de La Gonde, fils et heritier en partie de feue honorable femme Jehanne de Louvain, femme de honorable homme et sage m. Guillaume Bazin, docteur regent en medecine, contre ledit Basin; dit est que dans huitaine lesdites parties feront la solemnité de bien monstrer et enseigner les biens demeurez du decez de ladite deffunte de Louvain». *Ibid.*, p. 265. — Le 31 mars 1499 [1500], «honorable homme m. Jehan Parent, procureur du Roy sur le fait des monnoyes, a renoncé à l'execution testamentaire de feu m. Guillaume Bazin, docteur en medecine». *Ibid.*, p. 345. Et le 8 avril suivant, «honorable homme m. Anthoine Trinet, docteur en la Faculté de medecine, renonce à l'execution testamentaire de feu m. Guillaume Bazin, aussy docteur en medecine». *Ibid.*, p. 349. — Le 11 août 1500, «honorable homme Fleurant de La Goude, fils et heritier de feu m. Thement (*sic*) de La Goude, [plaide] contre m. Jehan Parent et Anthoine Trenet et leurs femmes à cause d'elles; dit est que lesdits deffendeurs viendront dans quinzaine faire la solemnité et tenir l'inventaire pour clos des biens demeurez du decez de feu Jehanne de Louvain, venfve de feu m. Thement de La Goude, puis de feu m. Guillaume Basin, docteurs en medecine, mère dudit demandeur et des femmes desdits deffendeurs». *Ibid.*, p. 378. — Le 26 août suivant, «Florent de La Gonde [plaide] contre honorable homme et sage m. Jehan Parent, procureur du Roy en la Chambre des generaux à Paris, Geneviefve Bazin, sa femme, honorable homme et sage m. Anthoine Trenet, docteur en la Faculté de medecine, et Guillemette Basin, sa femme, laquelle Geneviefve s'est portée pour heritière de feue Jehane de Louvain, sa mère, et ladite Guillemette a renoncé à la succession de sa dite mère». *Ibid.*, p. 382. — 5 décembre 1500 : «Fleurant de La Goude, fils de feu Themand de La Goude et [de] Jehanne de Louvain sa femme et depuis femme de feu m. Guillaume Basin, docteur en medecine, heritier dudit Themant son père, et en partie de ladite feu Jehanne de Louvain, sa mère, contre Michel Basin, m. Jehan Parent et Geneviefve Basin, sa femme, lesdits Michel et Geneviefve frère et seur; enfans desdits Guillaume Basin et Jehanne de Louvain, heritiers en partie de ladite de Louvain, et ledit Michel Basin heritier seul pour le tout dudit Guillaume son père; dit est qu'une maison contenant plusieurs corps d'hostel, jardins et appartenances, rue de Bièvre, sera partie le plus convenablement que faire se pourra entre les parties». *Ibid.*, p. 409. — 13 mars 1500 : «Jehan Bonhomme, l'un des quatre principaux libraires de l'Université de Paris, [plaide] contre Michel Basin, executeur du testament de feu m. Guillaume Basin, qui est condamné envers ledit Bonhomme en tels despens qu'il a fais pour avoir payement de son deu». *Ibid.*, p. 433.

[1] Cette affaire, qui remontait à 1450, avait été reprise lors de la publication des lettres de Charles VII confirmant la Charte normande (*Ord. des rois de France*, t. XIV, p. 474), lettres qui exaspérèrent l'Université de Paris, déjà très peu satisfaite d'avoir vu le Roi maintenir et relever l'Université de Caen (cf. Denifle et Chatelain, *Auct. Chart. Univ. Paris.*, t. II, col. 825-826). Charles VII dut, environ un mois après, donner d'autres lettres par lesquelles il déclare qu'en confirmant la Charte normande, il n'a pas entendu préjudicier aux privilèges de l'Université de Paris (Razilly, 29 mai 1459; cf. *Ord.*, t. XIV, p. 476 : Du Boulay, t. V, p. 633). Si l'on en croit Du Boulay, l'Université aurait élevé de vives réclamations dès le 19 janvier 1458 (t. V, p. 621). D'après le même auteur (p. 768), de nouvelles négociations auraient été entamées entre l'Université et Charles VIII au mois d'avril 1486; mais le *tractatus unionis inter ducatum Normaniæ et Universitatem factus alias a Carolo VII,*

Januarius [l. Februarius]. — Die jovis prima Januarii [*l.* Februarii] M CCCC III^XX sexto, fuit missa apud Sanctum Johannem, et solus dominus de Veteri Villa comparuit, et ego. [1er Février.]

Die secunda ejusdem mensis, que fuit Purificationis Beate Marie, fuit missa et processio apud Sanctum Johannem, fueruntque distributi cerei, ut moris erat. Comparuerunt domini doctores Stephanus de Veteri Villa, de Vaccaria et ego decanus. [2 Février.]

Die jovis VIII Februarii, fuit missa apud Sanctum Johannem, comparentibus dominis de Veteri Villa, de Vaccaria. [8 Février.]

Die jovis XV Februarii, fuit missa, ubi fuerunt domini doctores Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin, de Vaccaria et ego decanus. [15 Février.]

Die mercurii XXI Februarii, fuit missa apud Sanctum Johannem, assistentibus dominis doctoribus, fuitque per ipsos declaratum quod dominus Nicholaus de Conty perdiderat regenciam. Doctores assistentes fuerunt dominus Tulleu, [de] Veteri Villa, de Vaccaria et ego decanus. [21 Février.]

(F° 139 r°.) Die dominica XXV Februarii, fuit congregatio dominorum doctorum apud dominum archidiaconum Johannem de Corcellis super duobus articulis. [25 Février.]

Prior fuit ad providendum super turno qui dicebatur pertinere Facultati quoad curam Beati Germani Veteris vacantem per obitum magistri Petri Dongant [1].

Vernone, cité dans le texte qu'il rapporte, ne peut guère désigner que les lettres données à Razilly le 29 mai 1459. L'itinéraire de Charles VII ne semble pas admettre de séjour à Vernon, et le Recueil des Ordonnances ne contient aucune lettre qui soit datée de cette ville. — D'après M. A. de Bourmont, au mois d'octobre ou de novembre suivant, «Charles VIII, de passage à Caen, reçut les hommages de l'Université. Celle-ci réclama de nouvelles faveurs; le roi prétexta de l'absence du chancelier pour ne point faire droit à cette demande. Vainement les bourgeois de Caen se joignirent-ils aux Universitaires et poursuivirent-ils le roi jusqu'à Rouen. Tout fut inutile.» En note : «*Concl.*, 19 octobre et 17 nov. 1487, 125-126. Le roi se contenta des trois confirmations de l'Université qu'il avait données en 1483 et 1485 (*Matrol.*, 211 et suiv.).» Cf. A. de Bourmont, *La fondation de l'Université de Caen et son organisation au XVe siècle*, Caen, 1883, in-8°, p. 57 (extr. du *Bulletin de la Société des Antiquaires de Normandie*).

[1] Pierre Donjan ou Doujan mourut en effet en 1486. On se souvient que lui aussi, en 1480, avait dû soutenir un double procès contre Denys Alligret et Éloi de Vaugermes au sujet de la cure de Saint-Germain-le-Vieil. Alligret prétendait avoir été désigné par la nation de France de préférence à Donjan, et Éloi de Vaugermes revendiquait la place pour la nation de Normandie. La nation de France l'emporta, et avec elle Pierre Donjan. Cf. Du Boulay, t. V, p. 737 et 913. Mais le procès, comme on le voit, n'en continua pas moins. On lit en effet dans les registres du Parlement, à la date du 21 juillet 1485 : «Entre maistres Denis Alligret et Esloy de Vaugermes, appellans de l'Université de Paris, d'une part, et maistre Pierre Donjan, in-

Nam cum esset contentio inter Facultatem theologie et nationes Francie et Picardie, theologique nominassent magistrum Petrum Follioti, doctorem theologum, et natio Francie nominasset magistrum Dyonisium Allegret, primum legentem, et natio Picardie magistrum Eligium de Vaugermes, et multi dicerent nichilominus ipsam ecclesiam ad Facultatem Decretorum pertinere, justis quibusdam rationibus mota Facultas ad ipsam ecclesiam sic vacantem dominum Reginaldum de Vaccaria, doctorem et regentem in ipsa Facultate Decretorum, nominavit, factis primo et ante omnia in presencia notariorum protestationibus quod, si per exitum litis constaret quod ipsa Facultas non esset in turno nominandi, haberet recursum ad primum beneficium vacaturum vel vacans in patronatu Universitatis.

Super secundo articulo, supplicavit dominus Nicolaus de Conty ut, non obstante longa mora sua, que fuerat propter infirmitatem sui pedis, domini doctores eum ad regenciam continuare dignarentur. Quo de congregatione dominorum egresso, post varias opiniones tandem placuit eum continuare, ita quod, secundum formam statutorum Facultatis, ipse resumeret Decretalem et extraordinarium. Quod ipse, in congregatione revocatus, promisit facere diligenter.

Dominus Jacobus Junii, nomine domini Johannis d'Armes, tercii presidentis, supplicavit pro litteris gradus filii dicti domini presidentis. Que littere fuerunt gratis concesse.

thimé d'autre, et aussy entre ledict de Vaugermes, demandeur et complaignant en cas de saisine et de nouvelleté, d'une part, et lesdits [Alligret et] Doujan, chacun, pour tant que à luy touchant, deffendeur et opposant oudict cas, et aussy demandeur et deffendeur en matière de faulseté, d'aultre; sur le plaidoyé desdictes parties; veu par la Court ledict plaidoyé, les lettres, tiltres, contredits, salvations desdictes parties, les moyens desdictes partyes de faulseté baillées par lesdits Alligret et Doujan; il sera dict que la Court a mis et met lesdictes appellations au néant sans amende et pour cause, et au surplus, en tant que touche la nouvelleté et faulseté pretendue par lesdictes parties, appointe lesdictes partyes contraires; sy feront leurs faicts, et l'enqueste faicte, parfaicte, rapportée par devers la Court et receue pour juger, droict sera faict ausdictes partyes ainsy que de raison; et au regard de la recreance dela cure et esglize parrochialle de Saint-Germain le Viel en la cité de Paris, fruits et revenus d'icelle contentieux entre lesdictes partyes, la Court a adjugé et adjuge ladicte recreance audict maistre Pierre Doujan, pour par luy en jouir et user pendant le procez sans prejudice d'icelluy et droict desdictes partyes, jusques à ce que par la Court autrement en soit ordonné, despens reservez en diffinitifve.» *Nouv. acq. franç.* 8031, fol. 167 v°. — Une mention des registres du Châtelet (6 septembre 1485) fournit d'intéressants renseignements sur la famille de Donjan : «Au tesmoignage d'honorables hommes m. Adam Donjan, greffier de la prevosté de Paris, père, m. Pierre Donjan, curé de Saint Germain le Vieil, oncle paternel, m. Martin [de] Bellefaye, conseiller en Parlement, oncle à cause de sa femme, m. Nicolle Poart, conseiller au Chastellet, cousin germain paternel, sire Simon de Neufville, receveur de Paris, cousin issu de germain paternel, Jehan le Lièvre, Jacques le Lièvre, Estienne Huve, marchand bourgeois de Paris, oncles à cause de leurs femmes, Jehan Calais, notaire au Chastellet, cousin germain, et Drouet Danchel, cousin germain maternel de Catherine et Jehanne, enfans mineurs dudit Adam et de feüe Gillette le Lièvre, jadis sa femme, a esté esleu tuteur ledit Adam seul, lequel a pris la garde bourgeoise.» *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 334.

Die jovis prima Marcii anni Domini M cccc mi^xx sexto, fuit apertum examen licencie, presentibus dominis Nicolao de Conty, Roberto Tulleu, Stephano de Veteri Villa, Andrea Wasselin, Reginaldo de Vaccaria et me decano, qui more solito orationem habui. [17 Mars.

Die tercia Marcii, fuit examinatus et admissus ad gradum et lecturam baccalariatus Guillermus Bostier, presbiter, Rothomagensis dyocesis, et prestitis solitis juramentis, solvit II scuta cum dimidio. [3 Mars.

Die jovis octava Marcii, fuit missa apud Sanctum Johannem, assistentibus dominis de Veteri Villa et [de] Conty. [8 Mars.

Eodem die, fuit sigillata littera gradus pro.....[1]: XXII sol. paris.

(F° 139 v°.) Die jovis XV Marcii, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem, comparentibus dominis de Conti, [de] Veteri Villa, Picard et me decano. [15 Mars.

Eodem die jovis, fuerunt examinati Johannes de Ruella, Morinensis diocesis, et Johannes du Marchis, Ebroycensis dyocesis, et fuerunt admissi ad gradum et lecturam baccalariatus, prestitisque juramentis solverunt III scuta cum dimidio.

Die sabbati sequenti, in domo mea apud Sanctum Maturinum, fuerunt examinati et admissi ad gradum baccalariatus et lecturam magister Robertus le Maistre, Morinensis dyocesis, et Franciscus Huguet, Byturicensis dyocesis; et prestitis juramentis, solverunt quinque scuta. [17 Mars.

Die jovis XXII Marcii, fuit missa, ubi astiterunt domini [de] Conty, Tulleu, [de] Veteri Villa, [de] Vaccaria et ego decanus. [22 Mars.

Die veneris XXIII Marcii, premisso examine, fuit admissus ad gradum et lecturam baccalariatus Nicolaus Tartuet [l. Tartrier], Trecensis dyocesis, et prestitis solitis juramentis, solvit pro bursis II scuta. [23 Mars.

Die martis XXVI[I] Marcii M cccc mi^xx sexto, fuerunt admissi ad gradum et lecturam baccalariatus magister Johannes Vexel[2], Cenomanensis dyocesis, et Johannes de Roussen, Ambyanensis dyocesis; et prestitis juramentis, solverunt pro bursis VI scuta. [27 Mars.

[1] Le nom est resté en blanc.

[2] En 1498, «Johannes le Vexel, clericus, Cenomanensis diocesis, nobilis, in artibus magister et in Decretis baccalarius et in legibus licenciatus», se présente à la collation de l'abbé «conventus super Ligerim» (*sic*) et à celle de l'abbé de Saint-Nicolas-lez-Angers. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 50, fol. 19. — L'année suivante, il se présente à la collation du chapitre d'Angers et à celle du chapitre d'Amiens. *Ibid.*, fol. 53.

Eodem die, convocatis dominis doctoribus per cedulam, ego Robertus Gaguinus, decanus, in camera examinis habui collationem de more Facultatis. Qua finita, consencientibus dominis doctoribus, omnes et singulos baccalarios licenciandos et examinatos admisi tanquam licencia dignos; et juramentis solitis per eos prestitis, clausi examen.

[29 Mars.] Die jovis xxvm[i] Marcii, fuit missa apud Sanctum Johannem, comparentibus dominis [de] Conty, [de] Veteri Villa, de Vaccaria et me decano.

Fuit sigillata littera gradus pro magistro Georgio de Valle, Xantonensis dyocesis; solvit scutum.

[31 Mars.] Die ultima Marcii, in domo mea apud Sanctum Maturinum, premisso examine, fuerunt admissi ad gradum et lecturam baccalariatus in Decretis magister Georgius Aussi, in artibus magister, Lexoviensis dyocesis, Guillermus Maynyal, Claromontensis dyocesis, Bertrandus Boboleine, Sancti Flori dyocesis, et Antonius Vermandi, Pictaviensis dyocesis; et prestitis juramentis consuetis, solverunt pro bursis xi scuta.

(F° 140 r°.) Eadem die, m cccc mi^xx sexto, venerabilis vir Sifridus Schon, Mettensis dyocesis, cum esset bac[c]alarius in Decretis in Studio Taurinensi[1], congregatis apud me per cedulam dominis doctoribus, supplicavit incorporari et admitti in numero bac[c]alariorum nostre Facultatis et ad examen licencie. Quo ad partem discedente, communi omnium doctorum assistentium voce placuit eum incorporari, facta fide de baccalariatu per testes et juramentum vel alias; presentibus ibidem dominis Ambrosio de Cambray, Nicolao [de] Conty, [de] Veteri Villa, [de] Vaccaria et me decano.

[1er Avril.] Altera igitur die, que fuit prima Aprilis, reversus ad me dictus [Sifridus Schon] primo juravit se recepisse gradum baccalariatus in dicto Studio, et ad hoc accessit testis quidam frater Carmelita, presbiter; prestitis ergo solitis juramentis, incripsi eum et incorporavi inter baccalarios Facultatis, et pro juribus Facultatis solvit ii scuta, atque ut pararet majores cedulas suas prestitit solita juramenta. Deinde assignavi sibi capitulum et glosas pro futuro examine, dixique diem quo in camera examinis compareret; quo die fuit examinatus et admissus.

[5 Avril.] Die quinta Aprilis, fuit missa apud Sanctum Johannem, comparueruntque ibi domini doctores [de] Cambray, [de] Conty, [de] Veteri Villa, Picard, [de] Vaccaria et ego decanus.

Eadem die, magistri Johannes Gerleri, Sancti Flori dyocesis, Martinus de Ca-

[1] L'Université de Turin.

prainville, Bajocensis dyocesis, et Laurencius Blanchard, dyocesis Bituricensis, premisso examine, fuerunt admissi ad gradum et lecturam baccalariatus; et prestitis solitis juramentis, pro bursis solverunt sex scuta.

Die veneris sexta Aprilis, ego decanus cum dominis doctoribus [de] Conti, [de] Veteri Villa et de Vaccaria, comitantibus bac[c]alariis examinatis ad licenciam, adivi dominum cancellarium, et illi nomine Facultatis exposui quomodo duodecim baccalarii, qui presentes erant et quorum nomina scripta erant in quodam rotulo quem in manu gestabam, fuerant examinati et probati per dominos doctores Facultatis Decretorum, et inventi digni licencia; quocirca illos sue dignitati tanquam dignos et sufficienter probatos presentabam, orando ut illos secundum statuta et laudabiles consuetudines Facultatis reciperet, eosque a Facultate susceptos quam brevissime posset expediret et licienciaret. Qui respondit petitioni mee et Facultatis libenter obtemperaturum expediturumque baccalarios quam primum posset. [6 Avril.]

Die sabbati qua fuit vigilia dominice in Ramis Palmarum, dominus Nicholaus de Conty legit Decretatem *Omnis utriusque sexus*, causa reassumende regencie. [7 Avril.]

(F° 140 v°.) Die lune post dominicam in Ramis Palmarum, que fuit nona Aprilis M CCCC LXX^x sexto, congregatis per cedulam dominis doctoribus Johanne de Corcellis, Nycolao [de] Conty, Roberto Tullen, [de] Veteri Villa, Picard, [de] Vaccaria et me decano, consilium factum est de conficiendo rotulo. Et quia alias fuerat deliberatum quod licenciandi ordinarentur secundum antiquitatem adepti baccalariatus, et inter licenciandos hujus anni essent quatuor baccalarii in alia Universitate qui fuerant paucis supra diebus incorporati in numero baccalariorum Facultatis et admissi ad examen licencie, fuit dubitatum an primo ordinarentur baccalarii nostri in hac Universitate et deinde illi noviter recepti. Tandem, post multam controversiam, placuit servare circa omnes antiquitatem temporis, a suscepto baccalariatu computando, et intermiscendo adventicios cum nostris baccalariis. Et ita factum est. Compositusque et scriptus est rotulus, nominibus licenciandorum, qui erant duodecim, secundum prioritatem vel posterioritatem suscepti baccalariatus in eodem rotulo fideliter ordinatis; et clausus est rotulus tribus signaculis et signetis trium doctorum, more solito. [9 Avril.]

Eodem die, cum post meridiem licenciandi haberent suscipere signetum a domino cancellario, ego ante meridiem cum magistro Johanne du Gue, majore bidello Facultatis, ivi ad dominum cancellarium, quem in domo sua inveni, cum magistro Petro Alard, notario apostolico, et quibusdam aliis, et ei dixi : « Reverende pater cancellarie, cum domini doctores consultissime Facultatis Decretorum intellexerunt vos hodie assignasse licenciandis suis diem ad celebrandum

IMPRIMERIE NATIONALE.

solemnitatem signetorum, congregati sunt more solito in camera examinis dicte Facultatis: ubi, habita diligenti ratione de suis licenciandis, ordinaverunt eos in rotulo hoc clauso et signato, quem ego integrum et illesum vestre dignitati nomine ipsius Facultatis presento, petens et orans ut ipsum rotulum integrum et incorruptum apud vos servare secundum mores et consuetudines Facultatis studeatis et curetis.» Qui quidem dominus cancellarius, accepto a me rotulo, eum diligenter aspexit, et respondit se per omnia de rotulo facturum sicut soliti erant facere sui predecessores; si tamen quicquam in rotulo scriptum esset preter antiquum morem, neque consenciebat neque assensum dabat. Cui ego respondi nichil in eo esse quod non deceret Facultatem.

Eodem die, examine facto, fuerunt admissi ad gradum et lecturam baccalariatus Petrus Marc[1], Belvacensis dyocesis, et Johannes Mignar, Tullensis dyocesis: et prestitis (F° 141 r°) solitis juramentis, solverunt pro bursis iii scuta.

[10 Avril.] Die martis decima Aprilis M CCCC III^xx sexto, apud Sanctum Johannem in capella comparuerunt domini doctores de Veteri Villa, [de] Conty, de Vac[c]aria et ego decanus; et ibi convocatis licenciandis, feci eos repetere et prestare solitum juramentum secundum formam contentam in libris statutorum Facultatis. Quo juramento prestito, eis declaravi difficultates que superioribus temporibus de conficiendo rotulo licenciandorum fuerant inter doctores, cum sepe contingeret ut quisque secundum proprium affectum, non secundum rectum judicium, baccalarium baccalario preferre conaretur; unde contingebat ut, indignatis baccalariis, ad examen licencie vel contemnerent vel non auderent accedere, ne in ordine rotuli et die vocationis licencie ignominiam pro gloria reportarent. Quibus causis adducti domini doctores ordinaverant jamdudum quod in posterum baccalarii in die licencie procederent ad aulam domini episcopi eo ordine quo vocandi erant, sederentque in ipsa aula et vocarentur secundum ordinem prioritatis suscepti gradus baccalariatus. Propterea subjunxi quod, scrutinio diligenter hoc anno per dominos doctores facto, et collato registro decani cum registris bidellorum, secundum quod quisque illorum erat antiquus baccalarius, ita fuerat ordinatus, servata circa nobiles et personas in dignitate constitutas justa mode-

[1] C'est sans doute lui que l'on rencontre par deux fois dans les registres du Châtelet. Le 24 août 1493, «honorable homme Pierre Marc, procureur en la Chambre des comptes, [se presente au Chastellet] contre Michel de Breteville, laboureur à Chenevières [l'un des deux Chenevières de Seine-et-Oise]». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 195.

Le jeudi 18 février 1528 [1529], «honorable homme Gilles Marc, bourgeois de Paris, tuteur de Jehan Marc, son frère, lesdits Marc enfans et heritiers de feu m. Pierre Marc et Catherine Quignon, sa femme, heritière de feue Denise Sante, veufve de feu Jehan Quignon, laditte Denise heritière en partie de feu Oudart Sante et de Jehanne de Breban, sa femme, contre Jehan du Russel, Jehan Chambellan et Martin Fillon, atournez de la ville de Compiègne, pour raison de XXVI l. t. VIII d. de rente que lesdits demandeurs ont droit de prendre sur l'hostel de ville de Compiègne.» *Ibid.*, p. 462.

ratione; et quod tam baccalarii hujus Universitatis, quam alii qui fuerant in aliis Universitatibus et qui erant incorporati in nostra Facultate, fuerant secundum legem prioritatis hujusmodi, sine ulla fraude, suis locis in rotulo scripti. Quocirca, cum talis ordo fuisset ad valvas scholarum Facultatis litteratorie promulgatus et per legentem primum ordinarium in scholis declaratus, nemo illorum poterat infamiam ex loco reportare; incederent ergo eo ordine bini, et aperta carta in qua scripti erant, eos binos, sicut vocandi erant, sociavimus et conjunximus. Deinde ad Beatam Mariam accessimus; ubi Virgine salutata, ascendentibus dominis doctoribus in aulam cum licenciandis, dominus de Vaccaria et ego, precedentibus bidellis, ivimus ad domum domini Johannis de Laylli, canonici Parisiensis, in claustro Nostre Domine, ubi dominus cancellarius erat; cui significavimus licenciandos ascendisse in aulam domini episcopi et illic suam benedictionem expectare. Quo audito, cepit rotulum Facultatis et nobis ostendit si clausus et signatus esset et integer secundum quod illi presentaveramus. Quem rotulum cepi, palpavi, aspexi et aspiciendum domino de Vaccaria obtuli; et cum incorruptus nobis visus esset et non violatus nec apertus, restitui eumdem domino cancellario, qui, vocato suo vicecancellario, precedentibus bidellis et nobis subsequentibus, processit ad aulam; ubi, dum consedisset aperuissetque rotulum nostrum, tradidit illum majori bidello nostre Facultatis ut licenciandos vocaret. Ego autem contrarotulum habens clausum, illum aperui, et dum bidellus (F° 141 v°) vocabat licenciandos qui sedebant secundum prescriptum ordinem, ego contra in rotulo meo aspiciebam si de ordine per Facultatem instituto (*sic*). Vocavit ergo eos nulla mutatione ordinis facta. Qui ordo talis erat :

Johannes de Castronovo.....	Hunc adoptavit dominus Johannes de Corcellis.
Johannes Perpezati.....	Hunc adoptavit dominus Picard.
Johannes de Guyn [1].....	Hunc adoptavit dominus de Veteri Villa.
Jacobus de Furno.....	Hunc adoptavit dominus Ambrosius de Cambray.
Petrus Rousse.....	Hunc adoptavit dominus Robertus Tulleu.
Johannes Gualteri.....	Hunc adoptavit dominus Johannes de Corcellis.
Sifridus Chon.....	Hunc adoptavit dominus Andreas Wasselin.
Michael Orlier.....	Hunc adoptavit dominus Reginaldus de Vaccaria.
Antonius Ancelin.....	Hunc adoptavit dominus Ambrosius de Cambray.
Frater Antonius Boerii	Hunc adoptavit dominus Nicolaus de Conty.
Frater Guillermus Davennes [2].	Hunc adoptavit dominus Robertus Gaguin.
Germanus Ferrand.....	Hunc adoptavit dominus Jacobus Junii.

[1] En 1513, on rencontre un de ses homonymes, «Maturinus Deguyn», maître ès arts et licencié en lois, du diocèse de Maillezais, dans les *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 51, fol. 172 v°.

[2] En 1493, il est nommé «Davesques» et se présente à la collation d'un abbé de l'ordre de Saint-Benoît dont la désignation est restée en blanc, et à celle de l'abbé de Saint-Gildas, O. S. B., diocèse de Bourges. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 23. Au feuillet 23 v° se trouve une note qui paraît

His ita vocatis et in banca coram domino cancellario considentibus, dominus Berengarius Mercatoris, theologie doctor, vicecancellarius, habuit satis longam orationem. Qua absoluta, dominus cancellarius quedam in laudem Facultatis et juris canonici adjunxit; deinde, prestitis per licenciandos solitis juramentis, et ipsis genu flexo ad dominum cancellarium inclinatis, ipse pater cancellarius benedictionem licencie impartivit, assistente magna scholasticorum et gravium hominum frequencia, ubi aderant dominus archyepiscopus Viennensis[1] et abbas de Cormeri[2], necnon alii, preter dominum rectorem[3].

[20 Avril.] Die veneris XX Aprilis, congregati per cedulam domini doctores convenerunt in domo domini Johannis de Corcellis super tribus articulis.

Primus fuit ad obviandum quibusdam malivolis qui volebant impedire ne nominationes baccalariorum Facultatis Decretorum sigillarentur sigillo Universitatis[4]. Super quo articulo fuit dictum quod, cum decretum concilii Basiliensis provideat quod baccalarii in altero jurium nominentur per Universitates, et Ecclesia Gallicana in civitate Bituricensi hoc acceptaverit[5], et deinde suprema curia Parlamenti novissime idem ordinaverit, Universitas quoque solemniter congregata ordinationem curie receperit, sicut patet ex conclusione ipsius Universitatis scripta et levata de registro scribe, et secundum hanc conclusionem fuerunt sigillate multe littere nominationis baccalariorum in Decretis, dictum, inquam, fuit quod,

bien se rapporter à lui : «Etsi predictus nominatus fuerit pro anno precedenti ad beneficia dicti monasterii Burgodolensis, se nominat pro hoc anno et pro secunda natione [l. vice?] ad beneficia spectantia ad collacionem abbatis de Exolduno, dicti ordinis et diocesis.» Sous le nom de «Davesnes» et avec les titres et qualités de «religiosus O. S. B. et in Decretis licenciatus», il se présente, en 1494, à la collation des abbés «Sancti Gerani» [l. «Sancti Sigiranni», Saint-Cyran-en-Brenne, diocèse de Bourges], et de Saint-Denis-lez-Paris, O. S. B. *Ibid.*, fol. 31 v°.

[1] Angelo Catto Supino, né à Bénévent, était un savant médecin qui fut successivement au service des princes angevins de Naples, de Charles le Téméraire et de Louis XI. C'est en 1482 que ce dernier souverain le fit élire archevêque de Vienne. Il résidait généralement à Paris, où il s'occupait de mathématiques et d'astrologie. Sa faveur persista sous le règne de Charles VIII, qu'il suivit en Italie; il trouva la mort au cours de l'expédition, dans son pays natal, à Bénévent (1494). Philippe de Commynes lui a dédié ses Mémoires. Lenglet du Fresnoy a publié, dans son édition de Commynes (t. II, p. 303-307), avec quelques légères inexactitudes, une biographie très intéressante d'Angelo, vraisemblablement rédigée dès le commencement du XVIe siècle et qui nous a été conservée dans le ms. latin 13706 de la Bibliothèque nationale. Cf. aussi *Gallia Christ.*, t. XVI, coll. 118-119; Thuasne, *R. Gaguini Epistole et orationes*, t. I, p. 88 et 90 note; t. II, p. 216 note.

[2] L'abbé de Cormery était alors Jean Conseil, depuis le mois de décembre 1483. Il mourut en septembre 1490. Cf. *Gallia Christ.*, t. XIV, col. 270.

[3] D'après Du Boulay (t. V, pape 771), le recteur de l'Université était alors Jean Golbe, Picard.

[4] Sur cette contestation, voir Du Boulay, t. V, p. 775.

[5] La Faculté de Décret avait été représentée à l'assemblée de Bourges par Jean Chuffart et Eustache Marcadé ou Mercadé, official de Corbie, l'auteur du *Mistère de la Passion* et de la *Vengeance de Jésus-Christ* (voir L. Delisle, *Le Cabinet des Manuscrits*, t. II, p. 130-131). Cf. le présent ouvrage, t. II, p. 44-45; Denifle et Chatelain, *Chart. Univ. Paris.*, t. IV, p. 605-606.

si dominus rector in aliqua futura congregatione poneret in medium de revocanda conclusione predicta, aut aliquis alius de hoc faciendo supplicaret, [quod] ego nomine Facultatis tanquam decanus exponerem (F° 142 r°) in congregatione Universitatis legitimas causas et rationes que faciunt et militant pro Facultate in materia ista nominationis et sigillationis. Et casu quo relique Facultates procederent ad revocandum conclusionem premissam aut impedirent quominus nominationes baccalariorum in Decretis sigillarentur magno sigillo Universitatis, voluerunt domini doctores quod ego nomine Facultatis me opponerem, cum protestatione de appellando ad supremam curiam Parlamenti.

Secundus articulus fuit ad adoptandum proxime supra licenciatos; quorum adoptio sicut supra scriptum est facta fuit.

Tercius articulus fuit super supplicationibus et injuriis. Dominus autem Ambrosius de Cambray, cancellarius, quoad hunc articulum dixit quod, cum domini doctores habeant interdum pauperes servitores qui desiderent promoveri ad gradum baccalariatus, bonum esset, si constaret hujusmodi servitores esse actu servientes, quod nichil solverent pro bursis. Sed de hoc domini nichil deliberaverunt nec concluserunt.

Domini qui in hac congregatione astiterunt sunt hi : domini Johannes de Corcellis, Ambrosius de Cambray, Robertus Tullen, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picard, Reginaldus de Vaccaria et ego decanus qui hec scripsi.

Et quia fuit dictum a quibusdam quod nonnulli studentes interdum ad gradum baccalariatus admittebantur ante legitimum tempus contra statuta Facultatis, dictum fuit quod ego componerem publicas litteras, inhibendo omnibus et singulis in Facultate Decretorum Parisii studentibus ne presumerent se ad examen baccalariatus presentare, nisi requisitum ad hoc tempus juxta formam statutorum Facultatis haberent. Composui igitur litteras et sigillatas sigillo decani tradidi majori bidello promulgandas, quas, ut mihi sequenti die ret(t)ulit, publicavit et valvis scholarum majorum Facultatis affixit.

Die jovis sequenti, fuit missa apud Sanctum Johannem, ubi ego non fui propter occupationes. [26 Avril.

Eodem die, fuit congregatio Universitatis, ubi comparuerunt domini Ambrosius de Cambray, Tullen, [de] Veteri Villa, Johannes Picard, [de] Vaccaria et ego decanus; sed in ipsa congregatione nichil fuit dictum contra Facultatem.

Die sabbati sequenti, que fuit XXIX [*l.* XXVIII] Aprilis, Gerardus Oudée, clericus Meldensis, premisso examine, fuit admissus ad gradum et lecturam baccalariatus, et prestitis solitis juramentis, solvit pro bursis II scuta. [28 Avril.

Die ..... sequenti, fuit sigillata littera gradus pro..... (*sic*). [29 Avril.

[30 Avril.] Die lune ultima Aprilis, fuit sigillata littera gradus pro fratre Antonio Boerii, licienciato.

[1er Mai.] (F° 142 v°.) Die mercurii secunda Maii M CCCC IIII^xx septimo, Johannes Jaunmet, presbiter, Cenomanensis dyocesis, et Johannes Majoris[1], in artibus magister, Ambianensis, premisso examine, fuerunt admissi ad gradum et lecturam baccalariatus, et prestitis solitis juramentis, solverunt pro bursis quinque scuta.

Eodem die[2], fuit dies[3] dicta ad sigillandum in Navarra de sigillo Universitatis, comparentibus pro Facultate nostra dominis doctoribus Ambrosio de Cambray, Jacobo Junii, Johanne Picard, Reginaldo de Vaccaria et me decano; ubi, cum multi theologi preter consuetudinem comparuissent essetque rumor quod venerant ad impediendum ne littere nominationum pro licenciatis et baccalariis Facultatis sigillarentur sigillo Universitatis, ego nomine Facultatis rogavi dominum rectorem ut se cum aliis doctoribus et decanis necnon procuratoribus nationum in sacrarium seu revestiarium Navarre reciperet ad audiendum quedam que nomine Facultatis Decretorum dicturus illis eram. Cum ergo seorsum a turba divertissent, ego quesivi a domino rectore si intentio et mens sua erat

[1] Deux personnages de ce nom, l'oncle et le neveu, figurent un peu plus tard dans les registres du Châtelet en qualité de procureurs. Le 24 janvier 1491 [1492], «Jehan le Maire, procureur au Chastellet, et Jehan le Maire, espicier apothicaire, enfans et habilles à se dire heritiers de feu Jehanne de Valenciennes, veufve Pierre le Maire, ont renoncé à la succession de leur dite mère à la requeste de Philipes du Four, examinateur.» *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 115. — Le 24 décembre suivant, «au tesmoignage de honorable homme m. Philipes du Four, examinateur, oncle à cause de sa femme du costé paternel, Germain de Valanciennes, general essayeur de la monnoye de France, cousin germain du costé paternel, Jehan le Maire l'aisné, procureur au Chastellet, oncle paternel, m. Jehan Gancher, parain et affin, m. Clement du Moustier, procureur en Parlement, oncle à cause de sa femme, Jehan Pouette, cousin germain, Pierre Ansoult et m. Robert Poignant, procureur en Parlement, oncle à cause de sa femme, Urbain Captaigne, m. Hugues Sevestre, tous parens et amis de Jehan le Maire le jeune, fils de feu Jehan le Maire, apothicaire, et de feu Jehanne sa femme, et pour ce que ledit Jehan le Maire est depuis nagueres allé de vie à trespas, ont esté subrogez tuteurs m. Clement du Moustier et Jehan le Maire l'aisné.» *Ibid.*, p. 162. — Le 14 novembre 1500, «damoiselle Anne Savre (?), veufve feu Andry le Brasseur, heritière de feue Jehanne la Brasseure, sa fille, [plaide] contre Clement du Moustier, procureur en Parlement, Jehan le Maire, procureur au Chastellet, Gilles Baunier, apothicaire, et Loyse Loyseux, sa femme, paravant femme de feu Jehan le Maire, apothicaire, comme executeurs du testament dudit feu Jehan le Maire et tuteurs de Jehan le Maire, fils mineur dudit feu Jehan le Maire et de Jehanne la Trotte, sa première femme, pour raison de III^xx livres restant de plus grande somme deüe à laditte Jehanne.» *Ibid.*, p. 402. — Le 1er février 1500 [1501], «m. Clement du Moustier et m. Jehan le Maire l'aisné, procureur au Chastellet, naguère tuteurs de Jehan le Maire le jeune, [sont] condamnez à rendre compte du fait de la tuition, administration et gouvernement qu'ils ont eu des biens dudit mineur.» *Ibid.*, p. 423. — En 1493, Jean le Maire l'aîné et Jean le Maire le jeune figurent au nombre des procureurs du Châtelet, dans la liste qui en a été dressée par Honoré Caille du Fourny. *Ibid.*, p. 230.

[2] Gaguin a écrit en marge : «Nota difficultates et labores pro defensione juris nominationum.»

[3] Une partie de cette mention (de *fuit dies* à *responsum dare*) a été reproduite par Du Boulay (t. V, p. 775) avec l'inexactitude dont il est malheureusement coutumier.

non sigillare nominationes suppositorum nostre Facultatis secundum ordinationem curie Parlamenti et conclusionem Universitatis. Qui respondit se personam publicam esse nec posse sine consilio decanorum et procuratorum responsum dare. Quibus consultis et ad nos revertentibus, dominus Guillermus Houppel(l)ande[1], doctor theologus, vice omnium respondit duo obstare quamobrem nominationes baccalariorum et licenciatorum Facultatis sigillari sigillo Universitatis non debebant : unum, quia in decreto consilii (*sic*) Basiliensis et Pragmatice sanctionis certus numerus magistrorum debebat tantum nominari, et quod si baccalarii nostri passim essent nominationis participes, confusio quedam et absurditas quedam oriretur; secundum obstabat quia, cum Pragmatica sanctio introducta et recepta fuit, non fuit per Universitatem admissum nec deinceps observatum ut baccalarii nostri per Universitatem nominarentur, ideoque introductum ut Decretorum Facultas per se eos nominaret et eorum nominationes sigillaret. His obstantibus, propositi eorum erat nominationes baccalariorum Facultatis Decretorum non admittere nec eas sigillare. Ad hec, postquam dominos doctores qui presentes erant vocassem in parteu, ego ex eorum sentencia hoc respondi, mirum scilicet esse quod reliqua Universitas [nos] ita parvi habebat ut, contempto jure Facultatis, non animadverteret ea que suffragari poterant nostre cause. Nam cum lex Pragmatice sanctionis diceret baccalarios in altero jurium debere per Universitates nominari et cetera Studia per regnum Francie hanc legem observarent, et novissime multis missis ad regem legationibus et ad curiam Parlamenti oratoribus, fuisset per curiam ipsam ordinatum quod secundum legem premissam baccalarii in altero jurium non excluderentur a nominationibus, (F° 143 r°) et ordinationem ipsam, domino Guillermo Houppel(l)ande Universitati referente, supra paucos dies acceptasset et conclusisset baccalarios nostros nominandos esse, sicut in litteris super hoc confectis patet; cumque, secundum hanc Universitatis conclusionem, ego ad diem publice et assignate sigillationis ad collegium Navarre convenissem et una cum aliis decanis et nationum procuratoribus clavem sigilli contulissem, fuissent ibidem multe littere nominationis baccalariorum sigillate, ipsi qui prudentes erant viderent injuste se facere, qui nos a

[1] Guillaume Houppelande, de Boulogne-sur-Mer, fut l'un des membres les plus célèbres de la Faculté de théologie de Paris au xve siècle. Recteur de l'Université de juin à octobre 1454, licencié en théologie le 13 février 1457 [1458], docteur le 15 mai 1458, il mourut, étant chanoine de Notre-Dame et doyen de la Faculté de théologie, le 2 août 1492. Il avait été archiprêtre de Saint-Séverin. Cf. Launoy, *Reg. Nav. Gymn. Paris. historia*, pars altera, p. 590-591; Du Boulay, t. V, p. 880; *Chart. Univ. Paris.*, t. IV, n°s 2680 et 2696, et *Auctarium*, t. II, col. 904, n. 5. — Il laissa un traité sur l'immortalité de l'âme qui fut publié chez Denis Roce, en 1499, et dont Gagnin parle dans sa lettre LXIII, adressée à Jean Trithème (cf. Thuasne, ouvr. cité, t. I, p. 402-403). — Le 8 août 1492, six jours après sa mort, se présentait au Châtelet «damoiselle Jehanne de Houppelande, seur et heritière de feu m. Guillaume de Houppelande, contre Nicolle Caillete, licencié en loix, et m. Remy Leprince, executeurs du testament dudit deffunt». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 149.

jure et de possessione nostra nos deicere molirentur : caverent ergo, invita et reclamante Decretorum Facultate, violare seras, aut Universitate congregata, consulere eam de revocanda preterita conclusione ad utilitatem Facultatis habita. Quod si contra facere procederent, me oppositionem interponere dixi; quam nisi admitterent, me appellaturum vice et nomine Facultatis protestatus sum. Et ita nulla pro quoquam sigillatione facta discessum est.

[3 Mai.] Altera die, convocata apud Sanctum Maturinum Universitate, dominus rector[1] hanc de sigillatione difficultatem exposuit, consuluitque quid supra omnibus Universitas diffiniret. Singulis ergo Facultatibus atque pro more separatis, tandem cum captis et collectis sententiis in locum revertissent, diffinitum est se neque baccalarios aut licenciatos ad nominationes recipere, neque oppositioni Facultatis neque appellationi deferre, licet a principio congregationis hujus causas prenarrassem, que pro tuenda causa Facultatis prodesse videbantur; sed insuper addiderunt, si in aliqua futura sigillatione quisquam ex decanis vel procuratoribus deficeret, se evulsuros seras. Propter que omnia satis temere et per invidiam conclusa ego decanus ad curiam Parlamenti nomine Facultatis appellavi, de his omnibus petens a scriba instrumentum.

Et quia mox dominus rector occulta quadam cavillatione decanos et procuratores ad sigillandum convocari mandavit, Facultas mandatum ex cancellaria, procurante domino Ambrosio de Cambray, cancellario Parisiensi et magistro requestarum regis, confestim obtinuit ad relevamen appellationis interjecte. Quo supra quam credi potest celeriter habito, ego cum hostiario curie ad dominum rectorem in collegio Cardinalis Monachi accessi, ibique, me petente et requirente, hostiarius regis mandatum executus est ad personas domini rectoris et procuratorum nationum Francie et Picardie; deinde, inscriptis et datis hostiario nominibus aliorum quibus idem intimandum erat, ego domum sum reversus; hostiarius autem ad officium explendum processit, sicut ex relatione constare potest.

[5 Mai.] (Fol. 143 v°.) Die sabbati quinta Maii, dominus Andreas Wasselin, Decretorum doctor et regens, apud Sanctum Parvum Anthonium[2] habitans, post longum morbum, mortem obiit circa horam post meridiem terciam. Cujus morte mihi renunciata, statim convocavi dominos doctores per cedulam ut interessent funeri et exequiis defuncti; sed quia jam advesperascebat, pauci affuerunt sepulture.

[1] D'après Du Boulay (t. V, p. 775), le lendemain de Pâques [16 avril] 1487, maître «Bertrandus Pegus», de la nation de Picardie, «primarius» du collège du Cardinal Lemoine et recteur de l'Université, fit en cette dernière qualité la promenade d'usage au Pré-aux-Clercs.

[2] Sur les établissements hospitaliers du Petit Saint-Antoine, très augmenté par les libéralités de Charles V, voir Félibien, *Hist. de la ville de Paris*, t. I, p. 663 et suiv.

De injuria facta domino episcopo Meldensi, qui erat doctor theologus, quando cauda cappe ejus fuit, in aula domini Parisiensis, cum esset ibi festivitas cujusdam doctoris in theologia, concisa et fere tota abrupta[1]. — Die martis octava Maii, fuit Universitas apud Sanctum Bernardum congregata super injuria quam reverendus pater dominus Johannes Lulier, theologus doctor et Meldensis episcopus, sibi irrogatam esse dicebat. Nam pridie hujus congregationis, cum in aula domini episcopi Parisiensis fieret festivitas cujusdam doctoris in theologia de ordine S. Benedicti, accessit ad diem festum prefatus dominus Meldensis, indutus cappa caudata et foderata more doctorali, in partem doctorum theologie declinavit et in ordine doctorum juxta antiquitatem suscepti gradus consedit. Quem dominus Ambrosius de Cambray, cancellarius, qui celebritati presidebat, cum aspexisset : « Reverende in Christo pater, inquit, cum ego hoc loco vice et auctoritate sedis apostolice presideam, non admittere debeo quicquam quod in depressionem ejusdem sedis vergere possit; itaque vos, preter consuetudinem hujus loci et festivitatis, famulo caudam vestram portante, more cardinalis, introivistis, et cappa ipsa, quam gestatis, cardinalis est, non episcopi. Quamobrem cum hic assitis tanquam doctor, non quasi episcopus, paternitas vestra instar doctoris cappa non caudata introire debuisset; et quia alias, sicuti ego accepi, de relinquenda cappa hujusmodi fuistis commonitus, idcirco vos, tanquam sedis apostolice hoc loco commissarius, hortor et admoneo non intrare posthac in hanc aulam cum hoc vel simili habitu cardinali. » [8 Mai.]

Ad hec dominus presul Meldensis, graviter commotus, excanduit, et gravem atque atrocem contumeliam in dominum cancellarium rejiciens, affecit eum quam potuit fedissima injuria. Paulo post, cum dominus Meldensis discederet et servulus quidam caudam gestaret, affuerunt quidam ex familia domini (ut dicebat dominus Meldensis) Parisiensis episcopi, qui eum ad exitum contionis et corone inter duo scanna per caudam apprehendentes, caudam cappe ex ulna deportantis servuli detrahentes, eam pugionibus et cultellis turpiter conciderunt. A quibus ministris (ut dicebat) domini Parisiensis cum di[f]ficultate evadens, domum se recepit hac injuria affectus; qui et doctor et antiquus admodum regens, simul et vice decani Facultatis theologie ibidem sedens, quin eciam dignitate episcopali preditus erat, eapropter, cum non levis injuria esset et in totam Universitatem redundaret, statutum petebat observari quo qui[s]que magister Universitatis jubetur injuriam a regente acceptam propulsare et ipsius emendationem quoad fieri poterit procurare. Dicebat enim hanc contaminationem sue dignitatis non minoris estimandam esse, quam eam (F° 144 r°) quam ab abbate Sancti Germani de

[1] Sur l'affaire de l'évêque de Meaux (1487 et non 1486), cf. Léon Dorez et Louis Thuasne, *Pic de La Mirandole en France*, p. 78 et suiv.; Du Boulay, t. V, p. 776. — Sur Jean L'Huillier, voir aussi Louis Thuasne, *Jean L'Huillier, évêque de Meaux, et la bibliothèque du Collège de Sorbonne* (dans la *Revue des Bibliothèques*, t. VII, 1897, p. 126 et suiv.).

IMPRIMERIE NATIONALE.

Pratis vel . . . . .[1], vel cum ille scholasticus de Mauregard[2] fuerat occisus, vel cum prepositus Parisiensis duos scholasticos[3] patibulo suspendisset, olim acceperant; de quibus memorabilis vindicta et ultio et satisfactio habita fuerat, ita ut ecclesias que ad presentationem Sancti Germani et cap(p)ellas que in patronatu Universitatis sunt, Universitas perpetuo jure in se receperit, et domus illa sublimis, quam extruendam assumpserat prepositus, imperfecta ad hunc usque diem permaneret in monumentum ultionis sempiterne; extare preterea dicebat epythaphia lapidea ab iis condita qui scholasticum memoratum necaverant[4]; propterea Universitatem sperare posse ex hac tam atroci injuria consequi ut aula ipsa, ubi perpetratum esset tam immane facinus, perpetuo damnaretur, ne in ea doctoratus festivitates gererentur, necnon ut in compensationem injurie alie ecclesie in jus Universitatis devenirent. Petebat igitur ipse dominus Meldensis ut, quemadmodum alias sepe a majoribus factum extiterat, ita nunc in signum meroris a lectionibus predicationibusque et aliis exercitationibus scholasticis Universitas cessaret, et ad procurandam injurie reparationem uno secum assensu ins(s)urgeret, et presertim adversus auctores sceleris, inter quos dominum Ambrosium cancellarium predictum esse dicebat.

Cum autem finem dicendi fecisset, dominus Ambrosius, post multa que in suam purgationem dixisset, negavit se omnino quicquam de prescripta injuria prinsquam facta esset scivisse. Peciit propterea ne Universitas facile accusatori crederet, et quod ipse de contumeliis et injuriis sibi in conspectu matris sue Universitatis per dominum Meldensem illatis protestabatur, ita quod, sicut dominus Meldensis sue injurie reparationem petebat, ita de accepta ab eodem injuria, cum doctor et regens in Facultate Decretorum esset, vindictam requirebat.

Quibus omnibus sic ultro citroque diu agitatis, postquam per singulas Facultates et nationes deliberatum est et relationes facte sunt, tota res ad consiliarios et deputatos Universitatis remissa est, qui de facto ipso et ipsius auctoribus se informarent et referrent Universitati qua via et modo reparatio petenda esset, et secundum eorum consilium Universitas pari consensu justiciam de injuria postularet.

Eodem die, obitus domini Johannis Chuffart apud Sanctum Johannem celebratus est, assistentibus dominis de Cambray, [de] Vaccaria et me.

[1] Un tiers de ligne est resté en blanc.

[2] Sur le meurtre de Raimond de Mauregard (1345), voir Du Boulay, t. V, p. 578 et suiv.; cf. L. Dorez et L. Thuasne, ouvr. cité, p. 200-201.

[3] Léger du Moussel et Olivier Bourgeois, pendus par ordre de Guillaume de Tignonville, prévôt de Paris, à la suite d'un meurtre commis par eux (1407). Cf. L. Dorez et L. Thuasne, ouvr. cité, p. 201-202,

[4] Ces épitaphes, qui se voyaient au cimetière des Mathurins, ont été reproduites, d'après le *Theatre des Antiquitez de Paris* de Jacques Du Breuil, dans l'ouvrage déjà cité de L. Dorez et L. Thuasne, p. 202.

Die mercurii sequenti, fuit missa, apud Sanctum Johannem, de Sancto Nicolao: ubi ego non fui, nemoque, sicut bidellus mihi nunciavit, preter dominum de Veteri Villa, affuit. [9 Mai.]

(F° 144 v°.) Die veneris sequenti, fuit missa apud Sanctum Johannem; ibi affuerunt domini Ambrosius de Cambray, Stephanus de Veteri Villa, Reginaldus de Vaccaria et ego decanus. [11 Mai.]

Post missam, in capella, premisso examine, fuerunt admissi ad examen et gradum baccalariatus Petrus Vivien, clericus, Pictavensis dyocesis, Claudius Segauld, clericus, Byturicensis, Ancelinus Doublet, presbiter, Ambianensis, Matheus Gruyer, in artibus magister, Suessionensis, et Johannes Culdoe, Parisiensis dyocesis; et prestitis solitis juramentis, pro bursis solverunt XI scuta cum dimidio.

Eodem die, quia dominus Nicholaus [de] Conty recesserat die martis X Aprilis et fuerat absens per mensem, cum eodem anno habuisset mensem graciosum et rigorosum et ultra, declaratus fuit quod non erat regens et quod perdiderat regenciam et ultra non erat particeps emolumentorum Facultatis.

Die jovis XVII(I) Maii, fuit missa apud Sanctum Johannem, comparentibus dominis doctoribus [de] Veteri Villa, de Vaccaria et me decano. [17 Mai.]

Die ultima Maii, fuit missa apud Sanctum Johannem, comparentibus dominis Tulleu, de Veteri Villa, de Vaccaria et me decano. [31 Mai.]

Die mercurii sexta Junii, fuit missa apud Sanctum Johannem; comparuerunt domini Tulleu, de Veteri Villa, de Vaccaria et ego decanus. [6 Juin.]

Die mercurii XIII(I) ejusdem mensis, fuit missa apud Sanctum Johannem: in qua fuerunt domini de Veteri Villa, de Vaccaria et ego decanus. [13 Juin.]

Die veneris, fuit congregatio Universitatis, in qua fuerunt domini de Cambray, cancellarius, [de] Veteri Villa, de Vaccaria et ego decanus. [15 Juin.]

Eodem die, frater Johannes Quati, ordinis Premonstratensis, examine facto, fuit admissus ad gradum et lecturam baccalariatus, et prestitis solitis juramentis, solvit pro bursis II scuta cum dimidio.

Die jovis XXI Junii ejusdem anni, fuit missa apud Sanctum Johannem, assistentibus dominis de Veteri Villa, de Vaccaria et me decano. [21 Juin.]

Eodem die, premisso examine, fuerunt admissi ad gradum et lecturam bacca-

lariatus Johannes Monachi[1], Eduensis dyocesis, et Symon Noyrot, Lingonensis dyocesis; et pro bursis unus solvit tres florenos trajectenses, et pro dispensatione de non eundo per villam, dimidium scutum; alter solvit duo scuta; et prestiterunt solita juramenta : III florenos trajectenses; unum scutum dimidium et duo scuta.

[27 Juin.] (F° 145 r°.) Eodem anno, XXVII Junii, premisso examine, Johannes Michenin[2], Ambianensis dyocesis, fuit admissus ad gradum et lecturam baccalariatus, et prestitis solitis juramentis, solvit de bursis duo scuta cum dimidio.

[28 Juin.] Die jovis que fuit vigilia apostolorum Petri et Pauli, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem, ubi fuerunt domini de Veteri Villa, Junii, de Vaccaria et ego decanus; sed dominus Picard ante missam recesserat.

Eodem die, fuit sigillata littera gradus pro magistro Johanne Perpezati, licenciato : dimidium scutum.

[5 Juillet.] Die jovis quinta Junii [l. Julii] fuit missa apud Sanctum Johannem, comparentibus dominis Nicolao de Conty, de Veteri Villa, de Vaccaria et me decano.

Post missam, in cappel(l)a supplicavit dictus dominus de Conti quod, non obstante [absencia] sua, propter quam perdiderat jus regencie, admitteretur ad resumendum regenciam. Cujus supplicatio fuit admissa, cum prestatione soliti juramenti de legendo proximam Decretalem doctoralem etc.

Eodem die. Julianus du Puy, Bituricensis dyocesis, premisso examine, fuit admissus ad gradum et lecturam baccalariatus, et prestitis juramentis, pro bursis solvit duos florenos trajectenses.

[12 Juillet.] Die jovis XII Jul(l)ii, fuit missa apud Sanctum Johannem, comparentibus dominis Tulleu, [de] Conti, [de] Veteri Villa, [de] Vaccaria et [me] decano.

[19 Juillet.] Die jovis X[I]X Jul(l)ii, fuit missa apud Sanctum Johannem, assistentibus dominis Nicolao de Conty, Tulleu, [de] Veteri Villa, [de] Vaccaria et me decano.

Eodem die, in capella, examine premisso, fuit admissus ad gradum et lecturam baccalariatus Jacobus Verderi, presbiter, Lugdunensis dyocesis, et prestitis solitis juramentis solvit II scuta.

[1] Faut-il l'identifier avec «honorable homme et sage M. Jehan le Moyne [qui, le 23 août 1490,] a esté receu advocat [au Chastellet] et a choisy son lieu du costé de la Tournelle-? *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 12.

[2] En 1493, Jean Michenin, maître ès arts et bachelier en Décret, se présente à la collation du prieur de Notre-Dame de Montdidier, de l'ordre de Cluny. *Arch. de l'Univers. de Paris*, vol. 49, fol. 1.

Die jovis xxvi[i] Jul(l)ii, fuit missa apud Sanctum Johannem, ubi ego non fui; sed, referentibus mihi bidellis, affuerunt domini doctores [de] Conti, Tulleu, [de] Veteri Villa et de Vaccaria. [26 Juil.]

Die jovis secunda Augusti, fuit missa apud Sanctum Johannem, ubi comparuerunt domini doctores Nicolaus [de] Conti, Tulleu, [de] Veteri Villa et ego decanus. [2 Août.]

Die jovis nona Augusti, fuit missa apud Sanctum Johannem, ubi affuerunt domini de Conti, Tulleu, [de] Veteri Villa, de Vaccaria et ego decanus. [9 Août.]

Die dominica sequenti, fuerunt processiones Universitatis ad Sanctam Catherinam; ibi fuerunt domini supra proxime scripti et ego decanus. [12 Août.]

Die mercurii xv Augusti, fuit missa de Beate Maria Virgine apud Sanctum Johannem, ubi ego non fui; sed bidellus dixit mihi quod [affuerunt] domini Tulleu, [de] Conti. [15 Août.]

(F° 145 v°.) Eodem die, post missam, in cap(p)ella, Johannes Capre, Lugdunensis dyocesis, premisso examine, fuit admissus ad gradum et lecturam baccalariatus, et solvit pro bursis. . . . .[1] Et quia non eram in dicto examine, ipse die sequenti venit ad me, apud Sanctum Maturinum, et ibi prestitit solita juramenta.

Die veneris sequentis (*sic*), fuit missa in Sancto Johanne, comparentibus dominis de Conti, [de] Veteri Villa, [de] Vaccaria et me decano. [17 Août.]

Die lune xx Augusti, fuit examinatus Amianus Bonnetier, Morinensis dyocesis, et admissus ad gradum et lecturam baccalariatus in Decretis; et premissis juramentis solitis, solvit pro bursis II regales et dimidium scutum. [20 Août.]

Die jovis vigilia Sancti Bartholomei[2], fuit missa apud Sanctum Johannem, ubi fuerunt domini [de] Conty, de Vaccaria et ego decanus. [23 Août.]

[1] L'indication de la somme a été omise.

[2] La veille, c'est-à-dire le 22 août, l'Université, si l'on en croit Du Boulay (t. V, p. 776), avait pris des mesures de rigueur contre les Décrétistes, pour les obliger à céder dans l'affaire des présentations. Quelques jours après, le 12 septembre, la Faculté des Arts, craignant d'être lésée dans ses privilèges, dépêchait au nouveau recteur, Geoffroy Boussard, pour maintenir ses droits menacés, le célèbre prédicateur Jean Raulin, de Toul, maître du collège de Navarre, sur lequel on peut consulter: Jo. Launoii *Regii Navarræ Gymnasii Parisiensis Historia*, pars altera, p. 617-624.

Le 3 septembre suivant, le Parlement rendait l'arrêt suivant :

«Sur deux requestes baillées à la Court par les recteur et Facultez de theollogie, medecine et ars de l'Université de Paris, parties intimées, allencontre des maistres docteurs de la Faculté de Decret, la première dattée du dixseptiesme jour

[27 Août.] Die lune xxvi[i] Augusti, Symon de Cambray, Ambianensis dyocesis, premisso examine, fuit admissus ad gradum et lecturam baccalariatus, et prestitis solitis juramentis, solvit pro bursis et juribus Facultatis iii florenos trajectenses.

[30 Août.] Die jovis penultima Augusti, fuit missa apud Sanctum Johannem, ubi comparuerunt domini [de] Conti, Tulleu, [de] Veteri Villa, [de] Vaccaria et ego decanus.

[6 Septembre.] Die jovis vi Septembris, fuit missa in Sancto Johanne, assistentibus dominis [de] Conty, de Veteri Villa et me decano.

[8 Septembre.] Die sabbati octava Septembris, fuit missa de Beata Virgine apud Sanctum Johannem, et affuerunt domini de Conty, Tulleu, [de] Veteri Villa, [de] Vaccaria et ego decanus.

[13 Septembre.] Die jovis xiii Septembris, fuit missa apud Sanctum Johannem, presentibus domini[s] de Conti, Junii et me decano.

Eodem die, fuit admissus ad gradum et lecturam baccalariatus, premisso examine, magister Johannes Bondieu, presbiter, diocesis Constanciensis, et prestitis solitis juramentis, pro bursis solvit iii scuta.

d'aoust, le deuxiesme du sixiesme septembre dernier passé, par lesquelles et pour les causes contenues en icelles ils requeroient que dellay leur fust donné de produire ou procès pendant en ladite Court entre elles d'une part et lesdits maistres docteurs de la Faculté de Decret d'autre, jusques au lendemain de la Saint Martin d'yver prochain venant, et commettre aucuns des conseillers pour contraindre ceux de ladite Faculté de Decret à ouvrir les coffres pour avoir par eulx les lettres et tiltres ou le double et copie collationnée aux originaulx et en faire faire les extraictz et les produire en ladite Court, tant sur leur dit appel que sur les provisions par eulx requises;

«Veu par la Court lesdites requestes et tout ce que par lesdites parties a esté mis et produict par devers certains commissaires commis par ladicte Court à les oyr; oy le rapport desdits commissaires;

«Il sera dit que ladicte Court donne encores delay ausdits recteur, Facultez de theologie, medecine et ars de ladite Université de Paris de produire en ladite cause jusques à quinzaine prochain venant pour toutes prefixions et dellays et sans plus y retourner sur peine de l'amende, et ordonne ladicte Court que cependant en la presence d'un ou deux conseillers d'icelle sera faicte ouverture du coffre de ladicte Université où sont lesdictes lettres et le seel d'icelle, pour recouvrir par lesdits de l'Université lesdites lettres ou tiltres dont ils se veulent ayder ou les copies et extraictz d'icelles collationnez aux originaux, et pour seeller en la presence de l'un ou deux desdits conseillers *autres lettres que lettres de nomination*, le tout jusques à ce que par ladicte Court autrement en soit ordonné; et au surplus ladicte Cour a ordonné et ordonne que messire Jean de La Vacquerie, conseiller du Roy nostre sire et premier president en icelle Court, appelé avec luy aucuns des conseillers de ladicte Court, telz et en tel nombre que luy plairra, fera convoquer et appeller pardevant luy aucuns deputez tant desdites Facultez de theologie, medecinne et ars de ladite Université que de par ladite Faculté de Decret, pour conferer avec eulx sur les differens qui sont entre eulx, et iceulx appaiser, si faire se peut, ainsy que verra estre à faire par raison, despens reservez en diffinitifve.» *Nouv. acq. franç.* 8031, fol. 481-482 v°.

Die lune xvii(i) Septembris, fuit admissus ad gradum et lecturam baccalariatus, premisso examine, Johannes de Aquamortua[1], clericus, Ednensis dyocesis, et prestitis solitis juramentis, pro bursis solvit II scuta. [17 Septembre.]

Eodem die, fuerunt sigillate due littere gradus : L solid.

Die martis, fuit congregatio Universitatis apud Sanctum Maturinum[2], ubi tres Facultates theologie, medicine et artium conate sunt statuere quod nullus in posterum anderet se inscribere magistrum, nisi recepisset magisterium in aliqua Facultate Parisius; sed, quia hoc statuendo erat simul decidere (f° 146 r°) questionem que propter nominationem suppositorum Facultatis Decretorum in curia Parlamenti vertebatur, ego decanus nomine Facultatis protestatus sum de attentatis. [18 Septembre.]

In ea congregatione fuerunt domini de Corcellis, de Conty, [de] Cambray, Tulleu, [de] Veteri Villa, Junii, [de] Vaccaria et ego decanus.

Eodem die, fuit examinatus magister Guillermus Hebert, Rothomagensis dyocesis, et admissus ad gradum et lecturam baccalariatus; et prestitis juramentis, solvit pro bursis II florenos trajectenses.

Die eodem et illico dissoluta congregatione, Gaufridus Boussart, rector Universitatis[3], fecit per universa compita urbis affigere cedulas quibus inhibebat omnibus qui magisterium in aliqua quat(t)uor Facultatum non essent assecuti, ne se magistros nominarent aut inscriberent, neve notarii eos in suis litteris magistros appellarent; qui contra fecissent privandos esse consorcio Universitatis. Cujus Gaufridi temeritate cognita, mox capto consilio cum domino Ambrosio de Cambray, cancellario, confecte sunt littere de relevamento appellationis, et ad cancellariam regis late, expedite fuerunt; nec mora, intimatus est ipse rector, decani quoque et singuli nationum procuratores, cum inhibitionibus ne quicquam deinceps attentarent, etc.

Et quia die jovis insequenti futura erat missa Facultatis, ego dominos doctores apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum super hac novitate rectoris feci convocare hora misse; convenerunt que omnes, preter dominum Johannem Picard. [20 Septembre.]

[1] Le 4 novembre 1490, «honorable homme m. Jehan de Laiguemorte, licencié en Decret, a esté receu advocat [au Chastellet] et a choisy son lieu du costé des fenestres.» *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 20. — Le 17 avril 1491 [1492], «honorable homme et sage m. Jehan d'Aiguemorte, advocat au Chastellet, [plaide] contre m. Estienne Perret, marchand tavernier à la place Maubert, pour raison du fief de Laigny que ledit Estienne a vendu audit Aiguemorte et sur lequel ledit Ayguemorte a payé xxxii frans.» *Ibid.*, p. 134.

[2] Du Boulay (t. V, p. 776-777), dont le récit est assez confus, ne parle pas de cette assemblée du 18 septembre; mais les indications de Gagnin paraissent précises.

[3] Élu le 23 juin et conduit en grande pompe au collège de Navarre, où il habitait, d'après Du Boulay, t. V, p. 776.

Sur ce personnage, voir : Joannis Launoii *Regii Navarræ Gymnasii Parisiensis Historia*, pars altera, p. 622-640.

Sic congregatis in cap(p)ella dominis exposui que gesta fuerant in opprobrium Facultatis et questionis mote. Quibus placuit diligencia mea, voluerunteque ut dominus Johannes de Corcellis, dominus Ambrosius et ego iremus ad curiam Parlamenti et dominis presidentibus supplicationem porrigeremus contra attentatores et violatores edictorum curie. Sed cum in palacium convenissemus, invenimus dominum primum presidentem [1] discessisse. Sed nos convenimus dominos secretarios cancellarios regis, quibus narravimus que facta erant per rectorem Universitatis in prejudicium dignitatis eorum, cum ipsi soleant vocari magistri, licet non susceperint gradum in aliqua Facultate. Eadem eciam diximus dominis clericis Computorum et procuratori collegii advocatorum et procuratorum in curia Parlamenti, ad quos omnes injuria equaliter pertinebat. Qui omnes responderunt se libenter adjuncturos Facultati Decretorum.

21 Septembre.] Die autem sequenti, dedi domino Petro Dorigni [2] supplicationem Facultatis, qui eam retulit curie, que respondit ut illa communicaretur advocato et procuratori regis. Et fuit eis exhibita.

[24 Septembre.] (F° 146 v°.) Die autem lune sequenti, vocatis ad curiam dominis advocato et procuratore regis, expositaque per eos causa, respondit curia ut parti adverse diceretur dies ad proximam diem veneris ad dicendum contra supplicationem quid vellet. Fuit igitur dicta dies per hostiarium.

26 septembre.] Die vero mercurii proxima, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum; ibi comparuerunt domini doctores [de] Courcellis, [de] Cambray, [de] Conti, Tulleu, [de] Veteri Villa, Junii, [de] Vac[c]aria et ego decanus. Post missam, omnia exposui dominis doctoribus que supra scripta sunt de expeditione supplicationis, peciique quid eis placeret fieri pro instruendo eorum advocato ad ipsam diem veneris assignatam. Voluerunt autem ut ego conficerem articulos instructionis in hac sentencia, videlicet quod materia de conclusione quam fecerat pars adversa publicare per valvas ecclesiarum et compita urbis non erat de articulis super quibus illa die fuerat congregata Universitas; item, quod inhibere secundum formam ipsius conclusionis quod nemo nominaretur magister nisi adeptus fuisset gradum magisterii in aliqua Facultate, erat privare innumeros

[1] Jean de La Vacquerie, premier président depuis le mois de mars 1481.

[2] Originaire de Troyes, il avait été reçu conseiller au Parlement entre 1463 et 1469. Nous n'avons pu établir son degré de parenté avec Nicolas Dorigny, le futur doyen de la Faculté de Décret. — Le 4 avril 1488 [1489], on voit comparaître au Châtelet «François Mignot, escuyer, requerant avoir par retrait lignager le droit de peage et passage et la moitié du minage de la ville de Tonnerre et autres heritages qui furent à feu noble homme Jehan Mignot, père dudit François, que noble homme et sage m. Pierre Dorigny, conseiller en Parlement, avoit acquis par decret.» *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 387. — Le 11 mai 1491, «m. Jacques Toustain et honorable homme Guillaume Toustain, son frère, se constituent cautions jusques à la somme de v^c l. par. pour Gilles Dubois, prisonnier, envers Pierre Dorigny, conseiller en Parlement.» *Ibid.*, vol. 765, p. 54. — Son nom apparaît encore dans les registres du Parlement en 1495. *Franç.* 21279, fol. 24 v°.

homines qui se de Universitate inscribunt et nominant solitique sunt sub illa appellatione gaudere privilegiis scholaritatis, ut sunt omnes secretarii Cancellarie regis, omnes clerici Computorum et omnes advocati et procuratores curie Parlamenti [1]; item, quod illa conclusio fuerat utenmque accepta tempore quo Anglici occupabant civitatem Parisiensem, scilicet anno Domini MCCCC trigesimo, et eodem tempore erat rector quidam de Gouda [2], Hollandinus, qui partes Anglorum et Burgondionum sequebatur; item, quod conclusio ipsa non inveniatur scripta in registris publicis scribe Universitatis, sed in registris rectoris, ut solent scribi nomina tantum juratorum et incorporatorum in cetu Universitatis, nec solitum est quod rectores scribant conclusiones Universitatis, sed scriba, qui in congregationibus deliberationes Facultatum et conclusiones pro suo officio inscribit et servat; preterea, etsi conclusio ipsa fuisset legitime terminata et scripta, tamen nunquam fuerat in usum deducta, et contra eam obtinuerat longa consuetudo, sicut ex multis litteris constabat; item, quod rector ipse, magister Gauffridus Boussart, suo sensu ductus, non habito ad hoc communi judicio Facultatum, mox congregatione dissoluta, fecerat in opprobrium et ludibrium Facultatis Decretorum illam conclusionem per compita affigere. Quare volebat ipsa Facultas ut advocatus, captis conclusionibus ad causam pertinentibus, eciam concluderet adversus ipsum Gauffridum tanquam privatam personam. Igitur, (F° 147 r°) confectis per me ad eam sentenciam articulis, illisque cum domino de Cambray, cancellario, et domino de Vaccaria communicatis, eos domino Johanni de Gannay [3] tradidi, ut postero die paratus in curiam veniret.

[1] Cette question fut réglée l'année suivante. Cf. Charles Jourdain, *Index chronol.*, p. 305, col. 2.

[2] Du Boulay (t. V, p. 921, col. 1) indique bien, en 1430, un recteur du nom de «Guillelmus de Govea [Gouda?], Batavus», élu le 27 mars. Mais l'*Auctarium Chart. Univ. Paris.* ne donne pour ce temps-là qu'un recteur originaire de Gouda, «Jacobus Nicolai de Gouda», qui fut élu, non pas en 1430, mais pour la première fois le 23 juin 1449 et la seconde le 24 mars 1451 (col. 768 et col. 849 n. 1). Il est donc difficile de fixer le nom du recteur désigné par Gaguin; mais il faut retenir que sa mention paraît concorder avec celle de Du Boulay, au moins sur un point : c'est que le recteur de 1430 était Néerlandais.

[3] Jean de Ganay, sieur de Persan, conseiller et avocat du Roi au Parlement en 1478, conseiller du Roi en sa Chambre des généraux sur le fait des aides le 30 octobre 1485, fut reçu quatrième président au Parlement le 27 juin 1490, puis premier président en 1505; il devint chancelier de France en 1507, après la mort de Guy de Rochefort, et mourut lui-même à Blois au mois de juin 1512. Cf. le P. Anselme, *Hist. généal.*, t. VI, p. 442; J.-B. de L'Hermite-Souliers et Fr. Blanchard, *Éloges de tous les premiers presidens*, p. 51. — Les deux premières dates indiquées ci-dessus et tirées du P. Anselme ont été évidemment empruntées par lui aux registres du Châtelet; cf. *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 160 et 246. Cette dernière mention, datée du 30 octobre 1481, mérite d'ailleurs d'être rapportée en son entier : «Honorable homme et sage m. Jehan de Gannay, conseiller du Roy en sa Chambre des generaux sur le fait des aydes, et Jehanne Boileau [*ou* Boilesve], sa femme, demandent à ravoir par retrait lignager une maison rue de Malleparolle, que naguères avoit acquis noble homme Cathelin Saillart, advocat au Chastellet et conseiller au Chastellet (*sic*), de Jehan de Laubespine et Perrette Boileau, sa mère, cousin et tante d'icelle Jehanne, femme dudit de Gannay.» — Une de ses nièces, Philippe, fille de Guillaume de Ganay et de Catherine Rapioust, épousa Nicolas Tueleu, sieur de Cély, ainsi que le confirme la mention suivante

IMPRIMERIE NATIONALE.

Eodem die, accessit magister Dyonisius Allegret, primus legens, et more quotannis solito suppliciter gracias egit Facultati de honoribus et emolumentis pro officio legentis a Facultate hactenus acceptis. Et quia quintum librum Decretalium legere inceperat, supplicavit ut ipsum officium prime lecture sibi denuo conferre domini doctores dignarentur, et ei materiam quam vellent ad legendum assignare. Qui domini doctores, ejus supplicatione audita, jusserunt eum ex conclavi discedere. Et mox placuit omnibus ut officium ipsum lecture primi ordinarii eidem supplicanti de novo conferretur, fuitque ei commissa et concessa, ita ut librum a se inc[h]oatum in finem usque deduceret; quo absoluto, rediret ad Facultatem, a qua materiam legendi acciperet. Et quia quidam querebantur ipsum legentem non servare statuta tempora legendi, commonui eum ut de statutis et consuetudine legendi in Facultate observata nichil immutaret. Prestitis autem solitis de hoc faciendo juramentis, abiit, et domini discesserunt.

[27 Septembre.] Altera die, que fuit dies jovis XXVII(I) septembris, fuit congregatio Universitatis apud Sanctum Maturinum super tribus articulis. Primus fuit ad audiendum que facta fuerant per Facultatem Decretorum in supplicatione predicta contra reliquam partem Universitatis. Ad quem articulum exponendum rector longam orationem excogitaverat, que tota fere ad contumeliam Facultatis Decretorum versabatur, quam rector dicebat contaminasse maledictis arcium Facultatem, et propterea dicere reliquas Universitatis Facultates insurgere, et non permittere ut Decretorum doctores tantum obtinerent ut eorum baccalarii et licenciati prerogativa nominationis potirentur; quod si id contingeret, fore ut preclara illa mater Facultas arcium pessum iret. Addidit preterea multa de Facultatis laudibus, ut quoad ipse valebat maculam imprimeret Facultati Decretorum. Ad que ego ex consilio et sentencia Facultatis respondi neminem hujus Facultatis tam inconsyderatum esse qui artes liberales maledictis contaminasset, quemque doctorem intelligere eam Facultatem esse que prima fuisset in Studio Parisiensi, ex qua velut a nutrice cetere altiores Facultates cibum (F° 147 v°) aliquando lacteum sumpsissent, neque ignorare magnos ex ea viros natos atque ortos esse; quamobrem prudentissimam Decretorum Facultatem artes liberales venerari et magnopere

des registres du Châtelet, datée du 11 mars 1528 [1529] : « Noble homme Philipes Boucher, seigneur de Fissis [Fissy], damoiselle Philipes Tueleu, sa femme, fille et heritière de feu M. Nicolle Tueleu et Philipes de Ganay, sa femme, qui fut fille et heritière de feu m. Guillaume de Ganay et de Catherine Rapioust, sa femme, [plaident] contre Jehan Loquet, tuteur des enfans mineurs de feu Nicolas Langlois et de Marie Laurans, sa femme, fille de feu m. Simon Laurans et de damoiselle Jehanne Deschamps, sa femme, fille de feu Adam Deschamps et de Jehanne Rapioust, sa femme, lesdites Catherine et Jehanne Rapioust filles et heritières avec Colette Rapioust de feu m. Jehan Rapioust, pour raison du contant de l'acquisition faite par ledit Rapioust, l'an 1428, d'une maison rue Simon le Franc, appartenant de present à Gabriel Chicot, ledit contract estant ès mains dudit tuteur qui fait refus de le communiquer. » *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 471.

colere; sed non ideo sacrosanctam juris pontificii parentem debere parvi duci, quam nullus satis doctus comprehendere possit qui in arc(h)ana philosop[h]ie interdum non penetraverit, legumque latores suas leges ideo rectas condidisse, quod philozophie (*sic*) precepta et legitimas institutiones tenuissent, cum ex persona Sapiencie lectum sit : « Per me reges regnant et legum conditores justa decernunt »; et ideirco jurisconsultos ab omnibus multipendi, eosque urbes, provincias et regna administrare et judiciis preesse; errare igitur eos qui crederent quemquam ex doctoribus Facultatis Decretorum feda et flagiciosa de integerrima arcium liberalium disciplina dixisse; quinymo verisimile esse inventum hoc esse et fictum a rectore ut innocentes criminaretur, et nisi hujus criminationis delatores nomine proprio signaret, putare eum officium fecisse hominis mendacis.

Die veneris XXIX [*l.* XXVIII] Septembris, juxta ordinationem curie, itum est ad judicium. Quo die, cum proxime ad fores Tornelle astarent rector, quibusdam de sua secta comitatus, admissus est in curiam, ubi aderant in suo ordine cum dominis consiliariis domini de Corcellis et Jacobus Junii, doctores Decretorum. Dominus autem de Vaccaria et ego, cum advocatum nostrum prestolaremur in aula, audientes rectorem intrasse, venimus in curiam festinanter, cum magister Petrus Folliot [1], doctor theologus, pro causa partis adverse jam perorasset. Nos vero admissos dominus primus presidens interrogavit quid dicere vellemus. Cui ego : « Abest, inquam, advocatus; sed, per ejus absenciam, si perniseritis cum dominis condoctoribus meis, qui hic assunt, consilium capere, mox pro nostra causa dicemus. » Secessimus igitur seorsum, placuitque illis me supplere officium advocati; supplevi, dixique fere ad eam sentenciam que suprascripta est ubi de instruendo advocato articulos scripsimus, paucis additis que pro tempore venerunt in mentem; pecii quoque ut advocatus et procurator regius, quibus causam nostram communicaveramus, admitterentur dicturi quod vellent. (F° 148 r°.) Admissi autem dixerunt hanc discordiam que in Universitate jamdiu versabatur allaturam multa incommoda, nisi componeretur; propterea opus esse ut boni viri de compescenda lite providerent; fuisse autem quedam per rectorem et partem adversam commissa que in prejudicium processus attentata videbantur et se vidisse litteras multas superioribus annis per rectores expeditas, quas in sacco paratas habebat, in quibus et licenciati in artibus et Decretis et theologia et in Decretis baccalarii nominabantur magistri : quare concludeba[n]t quod, non obstante premissa conclusione, littere in posterum debebant usque ad decisionem principalis questionis sigillari. Peteba[n]t insuper fieri inhibitiones utrique parti ne dictis aut factis vel scripto sese ledere auderent. [28 Septembre.]

Curia dixit turpe esse Universitati promovere hujusmodi controversias, ita ut

[1] C'était un ancien élève du collège de Navarre. Cf. Joannis Launoii *Regii Navarræ Gymnasii Parisiensis Historia*, pars prima, p. 216 et 217 (aux années 1478 et 1483).

ea, que inter Facultates decidi modeste debuissent, per alios examinari oporteret; verum, quia discordia tam late processisset, curam habere ut tota lis a se et per suum judicium aut viam aliquam expedientem terminaretur, et non per judicium Universitatis, sicut pars adversa pecierat; cujus rei gracia curiam ordinare ut ad diem mercurii proxime subsequentem ex utraque Facultate duo viri deputentur qui eodem die compareant in curia communicaturi suas rationes, ut ex illis finis poni possit discordiis.

[30 Septembre.] Die dominica ultima Septembris, congregatis per cedulam dominis doctoribus apud dominum de Corcellis ad providendum qui ad diem dictam comparerent quidve ibi acturi essent, ordinatum extitit quod dominus de Vaccaria et ego decanus nomine Facultatis adessemus et audita referremus Facultati.

[1er Octobre.] Die lune sequenti, congregata est Universitas apud Sanctum Maturinum super duobus articulis. Unus fuit ad providendum de deputatis qui irent ad Parlamenti curiam secundum ordinationem curie. Alter fuit super supplicationibus et injuriis. Ad priorem articulum, magister Gaufridus Boussart, rector Universitatis, homo apprime cupidus glorie, cum multa de causa que in curia Parlamenti, ut supra scriptum est, agebatur, dixisset, ipse odio actus Facultatis nostre, ut viam sibi pararet ad maledicenciam, laudavit (F° 148 v°) primo singulas tres alias Facultates et quosque actus qui a studentibus in eis fiunt non omisit; deinde, in nostram velut acerrimus hostis irruens, vertere properabat orationem in contumeliam Facultatis, nisi ego mox occurrens intercepissem verba loquentis et cum admonuissem ejus inhibitionis qua per curiam cautum erat nemini detrectandum esse; quod si secus facere pergeret, de attentatis sum efficaciter protestatus. Quamobrem ipse absterritus virus continuit.

Quoad secundum articulum, cum de rebus ab eo in rectoratu gestis paulo alcius et superbius dixisset, oravit grata a patribus haberi queque gessisset. Ego vero, ex ordinatione Facultatis, quoniam ipse proterve multa in Facultatem debac[h]atus fuisset et pro sua virili concitasset in odium nostrum alias Facultates, cum magis ad pacem cohortari eas debuisset, dixi Facultatem nostram ea omnia improbare que in suo rectoratu temere et nequiter gessisset atque procurasset.

[3 Octobre.] Die mercurii, fuit missa apud Sanctum Johannem, comparentibus domino Jacobo Junii et me decano; fuit enim missa paulo cicius celebrata propterea quod eundum erat ad curiam Parlamenti, ad audiendum quid curia de questione prescripta ordinaret.

Eodem die mercurii, dominus de Vaccaria et ego, a Facultate deputati, comparuimus in Parlamento, et in majore camera Enquestarum acta est causa, hortante domino presidente ut de pace et concordia inter nos habenda provideremus.

Ibi pro parte adversa cepit dicere magister Guillermus Houppel(l)ande contra rationes Facultatis, ad confirmandum conclusionem de qua supra dictum est. In qua re cum longior paulo fuisset, dominus presidens : « Si, inquit, a parte adversa tam prolixe replicatum fuerit, non supererit tempus ad ea facienda quorum gracia advenimus. » Cui : « Ego, inquam, domine presidens, ad duo tantum respondebo et multum brevissime. Dixit magister Guillermus Houppel(l)ande me lesisse matrem Universitatem, eam accusando quod sectam et partes gentis Anglorum sequuta fuisset illo tempore quo conclusio predicta dicitur fuisse confecta; sed vos, domini, testes estis me de rectore, non de Universitate dixisse. Quod si de Universitate dictum fuisse pars adversa contendat, et ego, inquam, in hoc me non errasse dico, quoniam, considerata (F° 149 r°) illius temporis malicia, nemo sapiens non accomodabat se tempori, sed ut erant tempora, ita quisque sue saluti et dignitati consulebat, cum maxime videret et urbem ipsam Parisiensem et magnam regni partem Anglos occupasse. Dixit quoque idem Houppel(l)ande nos contra predictam conclusionem neque prescripsisse, neque ut prescriberemus bonam fidem habere. Sed ipse, qui de juris nominibus locutus est, si paulo alcius fuisset jura scrutatus, invenisset, inquam, leges sepe et constitutiones eciam equissimas contraria consuetudine tolli et abrogari; nos autem adversus ipsam constitutionem sive conclusionem, et si bona esset, usum contrarium pretendere et litteras complures Universitatis habere, quibus et baccalarios cujusque Facultatis et licentiatos eciam in artibus magistros appellatos et inscriptos facile videri possit. Quare, secundum conclusiones supra per Facultatem acceptas, peto, inquam, conclusionem ipsam tanquam frivolam et in prejudicium processus nostri attentatam rescindi et cassari ». Et quamvis ita loquerer, dixi tamen nos a Facultate missos ad jussa curie audienda, nosque nullam juste pacis viam recusare.

Deinde jussus est dicere dominus advocatus regis, magister Johannes Magistri, qui ad componendam pacem satis multa dixit, suadens ut Facultas Decretorum, quoad factum nominationis suorum suppositorum, contenta esset si suos licenciatos tantum, juxta formam Pragmatice sanctionis, haberet per Universitatem nominandos. Hec cum suasisset ipse advocatus, visa est pars adversa in eam sentenciam inclinari. Sed, cum hinc inde fuissent et per dictum Houpel(l)ande et per dominum de Vaccaria responsa, dixi nos de hac re ad Facultatem relaturos. Et dominus presidens, capto cum dominis qui aderant consiliariis brevi consilio : « Nos, inquit, de tota causa ad communitatem curie referemus primo die ordinario, et vos interim producere vestra jura poteritis. » Et ita discessum est.

Altera die sequenti, congregata est Universitas super ista causa et ad audiendum recitare regis litteras, qui de suscipiendo oratore regis Hungarie[1] Universitatem [4 Octobre.

[1] Guillaume de Jaligny parle ainsi de cette ambassade du roi Mathias Corvin à Charles VIII : « Avant son depart d'Angers [juin 1487], il [le Roy] recent une ambassade de Hongrie grande et notable, de laquelle le chancelier de ce royaume, qui estoit archevesque, estoit le chef. Ils firent

hortabatur. Nam, cum orator ille magnis et preciosis donis regem honorasset, volebat ipse rex oratorem honorari et ab Universitate visitari et coli. Decretum est igitur supplicationes et processiones fieri et oratorem deputari qui nomine Universitatis orationem apud eum haberet. Interrogatus autem a domino (F° 149 v°) rectore quid Facultas de modo quem advocatus regius ad concordiam dixerat respondisset, dixi propter paucitatem dominorum doctorum qui in congregatione affuerant nichil fuisse deliberatum.

[6 Octobre.] Die sabbati, dominus Johannes Vaillant, Andegavensis dyocesis, examine premisso, fuit admissus ad gradum et lecturam baccalariatus; et prestitis solitis juramentis, solvit III florenos trajectenses.

[10 Octobre.] Die mercurii X Octobris, Nycolaus Moujot, Lingonensis dyocesis, premisso examine, admissus est ad gradum et lecturam baccalariatus; prestititque solita juramenta, et pro bursis solvit II scuta.

[11 Octobre.] Die jovis XI Octobris, Nicolaus Leguyser[1], canonicus ecclesie Trecensis, admissus est ad examen, gradum et lecturam baccalariatus; et prestitis solitis juramentis, solvit unum nobile burgundum.

plusieurs beaux presens au Roy de la part du roy de Hongrie lequel souhaitoit beaucoup l'alliance du Roy, dautant qu'il estoit lors en guerre avec l'empereur [Frédéric III] et le duc d'Autriche. Cette ambassade fut long temps avec le Roy, qui à leur depart leur fit de fort beaux et riches dons, et de plus, envoya plusieurs autres grands presens au roy et à la reyne de Hongrie. Aussi Madame de Beaujeu envoya de sa part plusieurs belles choses ausdits Roy et Reyne de Hongrie qui lui eu avoient envoyé par leurs ambassadeurs, ausquels elle en donna aussi particulièrement, et les fit à son retour passer par Paris, pour voir la ville, en laquelle ils furent très bien accueillis, festoyez et deffrayés par le prevost des marchans et les eschevins.» Godefroy, *Hist. de Charles VIII* (Paris, 1684, in-fol.), p. 28.

[1] C'est probablement lui qui figure, dans les registres du Châtelet, à la date du 2 septembre 1500 : «Honorable homme Guillaume le Comte, marchant bourgeois de Paris, contre honorables hommes sire Raoul de Hacqueville et Jacques le Lièvre, marchant bourgeois de Paris, executeurs du testament de feue Gillette Lesguisée, femme de feu sire Nicolas Ferret, marchant bourgeois de Paris. Après que les deffendeurs ont fait apparoir du testament de ladite deffuncte, passé pardevant Henry de Larche et Claude de Troyes, notaires, le vendredi 16 aoust 1499, auquel est inseré la clause suivante : «Item donne et laisse à Guillaume le Comte, son serviteur, l'hostel des Trois roys assis à Paris en la Cossonnerie», et que iceux deffendeurs ont sommé Nicolas le Pelletier et Ysabeau Lesguisé, sa femme, Nicolas Lesguisé, la veufve m. Guillaume Brinon, la veufve Jehan de Malleville, Jehan Hennequin, en son nom et comme tuteur de Nicolas, Christophle et Claude Hennequin, et Claude Molé et sa femme, ladite poursuitte...; dit est que ledit Guillaume aura delivrance de ladite maison. — Honorable homme François Hennequin, granetier d'Arcis sur Aube, ayant l'administration de Jehanne Hennequin, sa fille, [plaide] contre lesdits executeurs, et après avoir veu la clause dudit testament contenant : «Item donne et laisse à Jehanne Hennequin, sa nièce, demeurant à present en son hostel, la somme de IIc livres affin qu'elle soit tenue de prier Dieu pour elle», etc.; dit est que delivrance sera faitte audit François [de] ladite somme de IIc livres leguée à ladite Jehanne, sa fille.» *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 384.

Et pro dispensatione super harenga, quoniam recessurus erat, solvit unum scutum.

Die mercurii xvii Octobris, fuit missa apud Sanctum Johannem, ubi dominus de Vaccaria et ego decanus tantum affuimus. [17 Octobre.]

Die sequenti, que fuit dies festus Sancti Luce, vocatis apud dominum de Josaio [1] per cedulam dominis doctoribus, et comparentibus dominis de Corcellis, Tulleu, [de] Veteri Villa, Junii, de Vaccaria et me, exposui quedam media pacis tractande cum reliqua parte Universitatis et Facultate nostra ad hunc modum : scilicet an placeret Facultati, pro concordia habenda, quod soli sui licenciati cum aliquo certo numero baccalariorum nominarentur secundum formam Pragmatice sanctionis, et si hoc a parte adversa concedi negaretur, an placeret in causa mota ultra procedere. Placuit media pacis tentare secundum modum premissum, et quod duo ex dominis doctoribus una mecum interessent cum deputatis ad hoc per Universitatem, quando a domino rectore vocarentur. Quod si Universitas recusaret, fiat diligencia in prosecutione processus. [18 Octobre.]

Die jovis xxiiii[i] Octobris, fuit missa apud Sanctum Johannem; comparuerunt de Veteri Villa, Junii, de Vaccaria et ego decanus. [25 Octobre.]

Eodem die, missa dicta, fuerunt examinati Gaufridus Renouart, clericus, Rothomagensis dyocesis, et Jacobus Sutoris, presbiter, Ebroicensis dyocesis, et admissi ad gradum et lecturam baccalariatus: et prestitis solitis juramentis, solverunt, unus tres florenos trajectenses, et alter II scuta cum dimidio.

Die mercurii in vigilia Omnium Sanctorum, fuit missa apud Sanctum Johannem, ubi comparuerunt domini doctores omnes, preter dominos [de] Conti et Picard. Ibi post missam fuit conclusum quod si pro concordia habenda illi de Universitate essent contenti quod certus numerus baccalariorum Facultatis deinceps no[Fo 150 ro]minaretur cum suis licenciatis, placebat Facultati desistere ab incepto processu, et quod ego hanc mentem Facultatis referrem domino rectori. Alioquin volebat Facultas prosequi processum et sentenciam judicum expectare. [31 Octobre.]

Die sabbati vii(i) supradicti mensis, fuit missa de C (*sic*). [6 Octobre.]

[1] Jean de Courcelles, archidiacre de Josas.

II

COLLATION DES GRADES ET HARANGUES.

1. DOCTORATS [1].

2. LICENCES [2].

[1487. 10 Avril.]
Johannes de Castronovo.
Johannes Perpezati.
Johannes de Guyn.
Jacobus de Furno.
Petrus Rousse.
Johannes Gualteri.
Sifridus Chon [Schon].
Michael Orlier.
Antonius Ancelin.
Frater Antonius Boerii.
Frater Guillermus Davennes [d'Avesnes].
Germanus Ferrand.

3. BACCALAURÉATS.

[1486.] IX Novembris . . . . Maturinus de Bousseraille. (V. p. 159.)
XIII Novembris . . . Johannes Guyocheau. (V. p. 160.)
XXII Novembris . . . Johannes Laurencii. (V. p. 160.)
XXIV Novembris . . . Johannes Chenglen. (V. p. 160.)
XXIV Novembris . . . Stephanus Gonste. (V. p. 160.)
XXIX Novembris . . . Gilbertus de Planvis. (V. p. 160.)
V Decembris . . . . . Frater Johannes Tabourelli. (V. p. 160.)
V Decembris . . . . . Johannes Matee. (V. p. 160.)
XII Decembris . . . . Johannes Merlaye. (V. p. 161.)
XX Decembris . . . . Johannes Gaucher. (V. p. 161.)
XX Decembris . . . . Guillermus Bouguyer. (V. p. 161.)
XX Decembris . . . . Guillermus Baudeti. (V. p. 161.)
[1487.] XII Januarii . . . . . Frater Guillermus Hebert. (V. p. 162.)
XII Januarii . . . . . Johannes du Courel. (V. p. 162.)
XXII Januarii . . . . . Dyonisius Huet. (V. p. 162.)
III Martii . . . . . Guillermus Bostier. (V. p. 167.)
XV Martii . . . . . Johannes de Ruella. (V. p. 167.)
XV Martii . . . . . Johannes du Marchis. (V. p. 167.)
XVII Martii . . . . . Robertus le Maistre. (V. p. 167.)

[1] Aucune mention. — Voir plus haut, p. 171.

XVII Martii . . . . . Franciscus Huguet. (V. p. 167.)
XXII Martii. . . . . Nicolaus Tartuet [Tartrier]. (V. p. 167.)
XXVII Martii . . . . Johannes Vexel. (V. p. 167.)
XXVII Martii . . . . . Johannes de Roussen. (V. p. 167.)
XXXI Martii. . . . . Georgius Aussi. (V. p. 168.)
XXXI Martii. . . . . Guillermus Maynyal. (V. p. 168.)
XXXI Martii. . . . . Bertrandus Boboleine. (V. p. 168.)
XXXI Martii. . . . . Antonius Vermandi. (V. p. 168.)
I Aprilis. . . . . Sifridus Schon [incorporatus]. (V. p. 168.)
V Aprilis. . . . . Johannes Gerleri. (V. p. 168.)
V Aprilis. . . . . Martinus de Caprainville. (V. p. 168-169.)
V Aprilis. . . . . Laurencius Blanchard. (V. p. 169.)
IX Aprilis. . . . . Petrus Marc. (V. p. 170.)
IX Aprilis. . . . . Johannes Mignar. (V. p. 170.)
XXVIII Aprilis. . . . . Gerardus Oudee. (V. p. 173.)
II Maii. . . . . Johannes Jammet. (V. p. 174.)
II Maii. . . . . Johannes Majoris. (V. p. 174.)
XI Maii. . . . . Petrus Vivien. (V. p. 179.)
XI Maii. . . . . Claudius Segauld. (V. p. 179.)
XI Maii. . . . . Ancelinus Doublet. (V. p. 179.)
XI Maii . . . . . Matheus Gruyer. (V. p. 179.)
XI Maii . . . . . Johannes Culdoe. (V. p. 179.)
XV Junii . . . . . Frater Johannes Quati. (V. p. 179.)
XXI Junii. . . . . Johannes Monachi. (V. p. 180.)
XXI Junii. . . . . Symon Noyrot. (V. p. 180.)
XXVII Junii. . . . . Johannes Michenin. (V. p. 180.)
V Julii. . . . . Julianus du Puy. (V. p. 180.)
XIX Julii . . . . . Jacobus Verderi. (V. p. 180.)
XV Augusti. . . . . Johannes Capre. (V. p. 181.)
XX Augusti. . . . . Amianus Bonnetier. (V. p. 181.)
XXVII Augusti. . . . . Symon de Cambray. (V. p. 182.)
XIII Septembris. . . Johannes Bondieu. (V. p. 182.)
XVII Septembris. . . Johannes de Aquamortua. (V. p. 183.)
XVIII Septembris. . . Guillermus Hebert. (V. p. 183.)
VI Octobris . . . . . Johannes Vaillant. (V. p. 190.)
X Octobris. . . . . Nycolaus Moujot. (V. p. 190.)
XI Octobris . . . . . Nicolaus Leguyser. (V. p. 190.)
XXV Octobris . . . . . Gaufridus Renouart. (V. p. 191.)
XXV Octobris . . . . . Jacobus Sutoris. (V. p. 191.)

III

LECTURES DES BACHELIERS[1].

[1] Aucune mention.

IMPRIMERIE NATIONALE.

DÉCANAT DE ROBERT GAGUIN.

NOVEMBRE 1487-NOVEMBRE 1488.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

Quintus decanatus per Robertum Gaguinum
ministrum generalem ordinis Sancte Trinitatis et Captivorum gestus.

[1487. 8 Novembre.] (F° 151 r°.) Anno Domini MCCCCLXXXVII septimo, octava die Novembris, post lectionem per dominos doctores ut moris est repetitam, missa fuit apud Sanctum Johannem celebrata, ubi comparuerunt omnes doctores, preter dominum Picard, qui erat absens.

Eodem die, dominis per cedulam et sub debito juramenti congregatis in capella Sancti Johannis super duobus articulis, primo ad eligendum vel continuandum novos officiarios, scilicet decanum et thesaurarium, secundo super supplicationibus, ego, graciis actis de honoribus mihi per Facultatem prestitis in gestione decanatus, petitaque venia si quid per me fuisset erratum, deposui librum, claves et sigillum Facultatis apud dominum Johannem de Corcellis, antiquiorem doctorem, ut ad novam electionem more solito vota dominorum doctorum scrutaretur. Et quoad presentem articulum, placuit omnibus uno assensu me in decanum constituere et continuare.

Super secundo articulo, supplicavit dominus Stephanus de Veteri Villa ut facta per eum in officio thesaurarii grata haberentur. Quare domini continuaverunt eum in eodem officio. Ego vero, memor multorum maledictorum que solebant adversus Facultatem per adversarios dici propter quosdam abusus et facilitatem dispensandi, quos plerique fieri calumniabantur in admissione baccalariorum et circa alia honestiora statuta Facultatis, supplicavi ut circa observationem statutorum et solemnium ceremoniarum Facultatis de remedio providerent, et similiter circa regentes qui suas lectiones non repeterent, declarando eos esse non regentes, sicut alias sepe invenitur in registris decani fuisse severe observatum. Super quo placuit omnibus ita fieri oportere, et quod ad rem exequendam aliquo die visitarentur statuta, ut ea que maxime ad honestatem Facultatis pertinerent mandarentur observari.

De domino Johanne Picard absente dictum extitit quod audiretur prinsquam declaretur amisisse regenciam.

Post hec omnia, dominus Johannes de Corcellis reposuit mihi officium decanatus, sigillo, clavibus libroque statutorum restitutis, exegitque a me solita juramenta, que ego per tactum proprii pectoris prestiti.

Placuit insuper quod pro sollicitanda causa Facultatis in negocio nominationum [1] domini de Cambray, cancellarius, Robertus Tulleu, vicegerens conservatoris, Reginaldus de Vaccaria, officialis archydiaconi Parisiensis, et ego, die sequenti, hora prima, iremus ad dominum primum presidentem [2], ad commendandum et negocia et causam Facultatis; et nos id facere consensimus.

(Fol. 151 v°.) Die jovis XV Novembris, anno Domini M CCCC IIII^XX septimo, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem Hierosolimitanum, comparentibus dominis [de] Conti, [de] Veteri Villa, Junii, [de] Vaccaria et me decano. [15 Novembre.]

Eodem die, frater Joannes le Wit, ordinis S. Benedicti, premisso examine, fuit admissus ad gradum et lecturam baccalariatus, et prestitis solitis juramentis, pro bursis solvit II scuta.

Die jovis XXII(i), fuit missa apud Sanctum Joannem, assistentibus dominis de Conti, de Veteri Villa, Junii, [de] Vaccaria et me decano. [22 Novembre.]

Die dominica sequenti, fuit in eodem loco missa Sancte Catharine, affuerunt-que domini [de] Conty, Tulleu, [de] Veteri Villa, Junii, Picard et ego decanus. [25 Novembre.]

Die lune sequenti, fuit missa Universitatis apud Jacobitas, ubi ego non affui. [26 Novembre.]

Die jovis in vigilia [Sancti] Andree, fuit missa apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt domini doctores [de] Conti, [de] Veteri Villa, de Vaccaria et ego decanus. [29 Novembre.]

Die mercurii quinta Decembris, fuit missa apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt domini doctores [de] Cambray, [de] Conti, Tulleu, [de] Veteri Villa, de Vaccaria et ego decanus. [5 Décembre.]

[1] D'après Du Boulay (t. V, p. 777), dans l'assemblée de la nation d'Allemagne tenue aux Mathurins le 12 novembre, il avait été décidé que, puisque l'Université ne voulait pas accepter le moyen proposé de faire la paix avec la Faculté de Décret (c'est-à-dire d'admettre aux présentations les licenciés en Décret, à l'exclusion des bacheliers), il y avait lieu de nommer des députés qui entameraient de nouvelles négociations avec l'avocat du Roi, Jean le Maître.

[2] Jean de La Vacquerie, comme on l'a déjà vu plus haut.

Eodem die, in cap(p)ella, fuerunt examinati Petrus Fabri[1], dyocesis Senonensis, et magister Guillermus Paillard[2], Lingonensis dyocesis, fueruntque admissi ad gradum et lecturam baccalariatus; et prestitis solitis juramentis, solverunt pro bursis III scuta cum dimidio.

[6 Decembre.] Die jovis, fuit missa de sancto Nicolao apud Sanctum Johannem, comparentibus dominis doctoribus [de] Conti, Tulleu, [de] Veteri Villa, Junii, [de] Vaccaria et [me] decano.

[7 Decembre.] Die veneris sequenti, fuit missa Universitatis apud Jacobitas; in qua ego non fui.

[1] Le 18 avril 1493, «m. Pierre le Fevre a esté receu advocat [au Chastellet] et a eslu son siège du costé des fenestres». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 171. — Est-ce lui dont il s'agit dans les mentions suivantes des registres du Châtelet? Le fait est douteux. Le 21 novembre de la même année 1493, «Jehan le Vasseur, escuier, seigneur de Linfers (?), [et] damoiselle Jehanne Malingre [plaident] contre sire Pierre le Fevre, prieur de Conty, escolier à Paris: tesmoin à futur et compulsoire». *Ibid.*, p. 212.

Le 13 juin 1499, «venerable et discrette personne m. Pierre le Fevre, licencié en loix, chanoine de Meaux, escolier à Paris, fils et heritier seul pour le tout de feue Ernoulette Sauvage, sa mère, femme de Guy le Fevre, son père, demeurant à Roye, saditte mère heritière de la feüe femme de Jehan Esterlin, demeurant à Lyons, qui fut seur de laditte Ernoulette Sauvage». *Ibid.*, p. 272.

[2] Le 10 janvier 1490 [1491], «honorable homme et sage m. Guillaume Paillart, licencié ès loix, a esté receu advocat [au Chastellet et] a choisy son lieu du costé des fenestres». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 29. — Le 7 septembre de la même année, «honorable homme et sage m. Guillaume Paillard, licencié ès loix, advocat au Chastelet, [plaide] contre Pierre de Villeneufve, demeurant à Gennevilliers, pour raison de VI l. t. de rente que ledit Paillart, ayant droit de Guillaume du Pré, procureur au Chastellet, ledit du Pré ayant droit de Loys Roger, curateur aux biens vacans de Bernard Estevart, et sa femme, disoit avoir droit de prendre sur lesdits biens et dont ledit de Villeneufve estoit tenu; dit est que ledit de Villeneufve est condamné à continuer laditte rente». *Ibid.*, p. 85. — 19 octobre de la même année 1491 : «Jehan Servin, demeurant à Orleans, (qui) a fait executer en ses biens m. Guillaume Paillart, advocat au Chastellet, pour la somme de V frans dix sols parisis; dit est que ledit Paillart aura main levée après qu'il s'est constitué achepteur de biens pour ladite somme». *Ibid.*, p. 95. — 6 août 1492 : «Noble homme et sage m. Pierre Poignant, conseiller au Parlement, seigneur d'Andresel (*sic*), a fait appeller m. Guillaume Paillart, advocat en Parlement, qui a droit de Benoist Cordelier et de damoiselle Perrette de Montigny, sa femme, paravant femme de feu Hue de Melun, pour savoir s'il se veut ayder du contract de constitution de C l. t. de rente sur la moitié de la terre d'Andresel: qui a declaré que ouy». *Ibid.*, p. 149. — 27 février 1499 [1500] : «Clement Verdart, sergent à verge, se constitue caution de la somme de LXX livres parisis pour laquelle noble homme Mathieu de Vallon, escuier, est poursuivy et executé à la requeste de honorable homme m. Guillaume Paillart, advocat en Parlement». *Ibid.*, p. 334. — 8 août 1500 : «Honorable homme et sage m. Guillaume Paillart, advocat en Parlement, [est] demandeur en matière d'execution contre damoiselle Caterine Caresme, femme de Jacques du Ru, autorisée par justice». *Ibid.*, p. 377. — Ce dernier procès revient au Châtelet le 5 janvier 1500 [1501] : «Honorable homme et sage m. Guillaume Paillart, advocat en Parlement, contre René Hardouyn, fils et heritier seul pour le tout de feu Jehan Hardouyn et de damoiselle Catherine Caresme, depuis et dernièrement femme de Jacques du Ru, et contre ledit Jacques du Ru; dit est que ledit René aura la moitié des biens qui ont esté prins en faisant l'execution en baillant achepteur, et ledit du Ru aura le quart de l'autre moitié en baillant aussy achepteur». *Ibid.*, p. 415.

Die sabbati VIII Decembris, fuit missa de Conceptione Beate Marie Virginis apud Sanctum Johannem, ubi affuerunt domini doctores [de] Cambray, [de] Conti, Tulleu, [de] Veteri Villa, [de] Vaccaria et ego decanus[1]. [8 Décembre.]

Post missam, eodem die, in cap(p)ella fuerunt examinati Johannes Daguerre, Pampilonensis dyocesis, et Thomas Guilloys [*in marg.* : Guylloys], presbiter, Sagiensis dyocesis, et admissi ad gradum et lecturam baccalariatus; et prestitis solitis juramentis, solverunt V scuta.

Die jovis sequenti, fuit missa in Sancto Johanne, comparentibus dominis doctoribus [de] Cambray, [de] Conti, [de] Veteri Villa, [de] Vaccaria et [me] decano. [13 Décembre.]

Post missam, in cap(p)ella, fuerunt examinati Ludovicus le Tailleur, clericus, Eduensis dyocesis, et Carolus Boudeaux[2], Parisiensis dyocesis.

Die jovis sequenti, fuit missa apud Sanctum Johannem, comparentibus dominis doctoribus Conty, [de] Veteri Villa, Picard, de Vaccaria et me decano. [20 Décembre.]

(Fol. 152 r°.) Die sabbati que fuit [decima] quinta Decembris, fuit missa apud Sanctum Johannem, ubi astiterunt domini [de] Conty, Tulleu et ego decanus. [15 Décembre.]

Die mercurii II Januarii mil (*sic*) CCCC IIII^xx septimo, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem, comparentibus dominis doctoribus [de] Conti, Tulleu, de Veteri Villa, [de] Vaccaria et me decano. [1488. 2 Janvier.]

Post missam, in cap(p)ella, placuit dominis doctoribus assistentibus, quia reliqne Facultates Universitatis nichil videbantur curare de medio pacis per dominum advocatum regium magistrum Johannem Magistri proposito super questione nominationum, quod procederetur pront juris esset.

Die mercurii nona Januarii, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua comparuerunt domini [de] Conty, Tulleu, [de] Veteri Villa, [de] Vaccaria et ego decanus. [9 Janvier.]

[1] Ce même jour, 8 décembre, on avait, suivant Du Boulay (t. V, p. 777), donné lecture, à l'assemblée des Mathurins, d'articles rédigés par Jean le Maistre, avocat du Roi, et concernant l'arrangement à intervenir entre l'Université et la Faculté de Décret. C'est à cette occasion, ajoute Du Boulay, que Robert Gaguin écrivit à Jean le Maistre une lettre où il accuse Robert des Vaux, procureur de l'Université, de prolonger la querelle à plaisir. La lettre de Gaguin (n° XL) est cependant quelque peu postérieure et porte la date du 3 des nones d'avril: elle a été reproduite par Du Boulay, p. 778. Cf. Thuasne, ouvr. cité, t. I, p. 318.

[2] Le 11 avril 1491 [1492], on voit, dans les registres du Châtelet, comparoir « Pierre Boudeaux, fils et heritier en partie de feu Denis Boudeaux, praticien et conseiller à Corbeil, contre m. Jacques Maillart et sa femme, Pierre Senteny et sa femme, Guillaume et *Charles Boudeaux*, tous heritiers dudit deffunt: dit est que partage sera fait des biens dudit deffunt et sera baillé à chacune des parties sa juste part ». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 133.

[16 Janvier.] Die mercurii XVI Januarii, fuit missa apud Sanctum Johannem, in qua fuerunt domini doctores [de] Conti, Tulleu, [de] Veteri Villa, [de] Vaccaria et ego decanus.

Post missam, in cap(p)ella, fuit ordinatum quod dominus thesaurarius faceret fieri luminarium pro festo Purificationis Beate Marie secundum morem consuetum.

[24 Janvier.] Die jovis XXIII[I] Januarii, fuit missa apud Sanctum Johannem, comparentibus dominis [de] Conti, [de] Veteri Villa, Picard, [de] Vaccaria et me decano.

Post missam, in cap(p)ella, dominus Leo Consilii, Bayocensis[1], Johannes Passerat[2], Trecensis, Johannes de Fonte, Leodiensis dyocesis, premisso examine, fuerunt admissi ad gradum et lecturam baccalariatus, et prestitis solitis juramentis solverunt pro bursis duos leones, duos ducatos et duo scuta, que valent VII scuta, III solidos et deinde dimidium scutum.

[28 Janvier.] Die XXVII[I] lune sequenti, fuit obitus domini Martini de Fraxinis in ecclesia Sancti Johannis, comparentibus dominis doctoribus [de] Conti, Tulleu, [de] Veteri Villa, Junii, [de] Vaccaria et me decano.

Eodem die, fuit congregatio Universitatis apud Sanctum Maturinum ad audiendum quoddam breve apostolicum et bullas super quibusdam propositionibus quas quidam Johannes Picus de Mirandula disputaverat Rome[3], et eas per Pontificem tanquam de heresi suspectas cum abjurasset, adjutorio tamen cujusdam doctoris Johannis Cordier[4], qui tunc erat Rome, eas resumpsit, fecitque eas imprimere multis codicibus; erant enim predicte propositiones numero nongente. Sed cum ipse Picus et Cordier timerent propter hunc errorem a Pontifice deprehendi, aufugerant. Idcirco sanctissimus Pontifex significabat per suum breve qualiter illa omnia gesta essent, et si ad Universitatem declinarent illi Picus et

[1] Léon Conseil était, en décembre 1488, chancelier de l'église de Bayeux (cf. plus bas, p. 232, n. 1); en 1493, chanoine de Rouen (Bernier, *Journal* de Jean Masselin, p. V, n. 1). — D'autres personnes de sa famille peuvent être signalées ici. — En 1493, Eustache Conseil, originaire du même diocèse de Bayeux, maître ès arts, bachelier en Décret et licencié en lois, se présente à la collation de l'évêque et du chapitre de Paris et à celle de l'archevêque et du chapitre de Rouen. *Archives de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 27 v°: — en 1496, à la collation de l'abbé de Saint-Martin-lez-Pontoise et à celle de l'archevêque et du chapitre de Rouen. *Ibid*, fol. 108-108 v°. — En 1514, Robert Conseil était procureur du Roi en l'élection de Bayeux. *Pièces orig.*, vol. 839, dossier Conseil, pièce 12.

[2] En 1493 [1494], Jean Passerat, maître ès arts et licencié en Décret, se présente à la collation de l'évêque et du chapitre de Noyon et à celle de l'abbé de Marmoutier. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 22 v°.

[3] Jean Pic de La Mirandole n'avait pas soutenu, mais avait dû soutenir à Rome ces fameuses thèses, dont une partie fut en effet condamnée par la commission pontificale nommée pour les examiner. Cf. Léon Dorez et Louis Thuasne, *Pic de La Mirandole en France*, p. 51 et suiv.

[4] Sur le Picard Jean Cordier, le seul des membres de la commission qui ait refusé de souscrire à la sentence prononcée contre Pic de La Mirandole, voir Dorez et Thuasne, ouvr. cité, p. 62 note, 67, 69, 83, 124, et surtout p. 141, 142 et 149; Thuasne, *B. Gaguini Epistole et orationes*, t. I, p. 93 n. 1, et 269 n. 1.

Cordier, de prehenderentur tanquam heretici[1]. Lectus est autem processus et bulla super eorum condempnatione, et quidam magister Antonius Flores[2], utriusque juris doctor, nuncius apostolicus, juxta mandatum apostolicum in conspectu Universitatis rem gestam narravit, fulminavitque processum, sub magnis penis et censuris tam contra ipsos hereticos quam eorum receptatores. Responsum extitit quod placebat parere mandatis apostolicis, et quod copia litterarum apud Universitatem remaneret, et quod Universitas cupiebat habere declarationem propositionum, ut sciret a quibus malis cavere deberet; nam periculum satis vitari non potest, nisi precognitum.

Die jovis ultima Januarii, fuit missa apud Sanctum Johannem; comparuerunt domini [de] Conti, [de] Veteri Villa et ego decanus. [31 Janvier.]

Die sabbati II Februarii, fuit missa de Purificatione Beate Marie, assistentibus dominis [de] Conty, [de] Veteri Villa, [de] Vaccaria et me decano, et distributi sunt cerei more solito. [2 Février.]

(F° 152 v°.) Die jovis septima Februarii, fuit missa apud Sanctum Joannem, presentibus dominis [de] Conti, de Vaccaria et me decano. [7 Février.]

Die jovis decima quarta Februarii, fuit missa apud Sanctum Johannem, presentibus dominis [de] Conti, [de] Veteri Villa, [de] Vaccaria et me decano. [14 Février.]

Die jovis XXI Februarii, fuit missa apud Sanctum Johannem, presentibus dominis [de] Conty, [de] Veteri Villa, [de] Vaccaria et me decano. Venit autem post collegium factum in cap(p)ella dominus Johannes Picard. [21 Février.]

Die jovis XXVII[I] Februarii, fuit missa in Sancto Johanne, comparentibus dominis doctoribus [de] Conty, [de] Veteri Villa, [de] Vaccaria et me decano, et eo die dictum fuit licenciandis quod examen aperiretur die lune sequenti. [28 Février.]

Die sabbati prima Marcii, fuit congregatio Universitatis, ubi fuerunt domini Robertus Tulleu, Ambrosius de Cambray, [de] Veteri Villa, [de] Vaccaria et ego decanus. Et inter articulos congregationis unus fuit super ap(p)ertione rotuli [1er Mars.]

[1] C'est ce qui arriva tout au moins pour Pic, qui fut enfermé au donjon de Vincennes pendant un mois environ, après avoir été arrêté par Philippe Monsieur (Philippe de Savoie, comte de Bresse). Cf. Dorez et Thuasne, ouvr. cité, p. 69 et suiv.

[2] Antonio Florez avait été envoyé en France par Innocent VIII, dans les premiers jours de décembre 1487, avec Leonello Chieregato, évêque de Trau, pour y traiter, entre autres affaires, la remise en vigueur de la Pragmatique sanction. Cf. *ibid.*, p. 71 et suiv.; et Thuasne, *Djem Sultan* (Paris, 1892, in-8°), p. 184 et n. 3.

nominationum. Super quo Facultas[1] deliberavit quod placebat eidem quod rotulus ap(p)eriretur sine prejudicio ordinationum curie Parlamenti in facto processus pendentis in ipsa curia inter tres alias Facultates et Facultatem Decretorum super nominatione suppositorum ipsius Facultatis.

Eodem die, fuerunt sigillate due littere gradus, una pro fratre Anthonio de Sancto Albino, ordinis S. Benedicti, dyocesis Bituricensis, [qui] solvit scutum; altera pro magistro Johanne Augenfroy, qui ambo erant licenciati in Decretis : xx sol. par.

[3 Mars.] Die lune tercia Marcii, fuit apertum examen licenciandorum; et eodem die, in camera fuit examinatus frater Johannes Bardeau[2], ordinis S. Benedicti, fuitque admissus ad gradum et lecturam baccalariatus, et prestitis solitis juramentis, solvit pro bursis II scuta.

[6 Mars.] Die jovis VI Marcii, fuit missa apud Sanctum Johannem, comparentibus dominis doctoribus [de] Conty, [de] Veteri Villa, Junii, [de] Vaccaria et me decano.

[13 Mars.] Die jovis XIII Marcii, fuit missa apud Sanctum Johannem; comparuerunt domini [de] Conti, [de] Veteri Villa, Junii et ego decanus.

[19 Mars.] Die mercurii XIX Marcii M CCCC [III]^{xx} septimo, magister Ludovicus La Hure, Senonensis, et Gerardus Cousin, Parisiensis, in artibus magistri, fuerunt [*ms.* fuit] examinati et admissi ad gradum baccalariatus in jure canonico; et prestitis solitis juramentis, pro bursis solverunt VI scuta.

[25 Mars.] Die martis sequenti, fuit missa Beate Marie apud Sanctum Johannem, ubi comparuerunt domini doctores Robertus Tulleu, [de] Veteri Villa et ego decanus.

[27 Mars.] Die jovis sequenti, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem, comparentibus dominis doctoribus [de] Conti, [de] Veteri Villa, [de] Vaccaria et me decano.

Eodem die, in camera examinis fuerunt examinati et admissi ad gradum et lecturam baccalariatus in Decretis Hugo Gauteron, Eduensis dyocesis, et Guillermus Ratier, canonicus regularis, Carnotensis dyocesis; et prestitis solitis juramentis, solverunt pro bursis III scuta.

[1] Il faut sans doute lire : *Universitas*.

[2] Nous avions cru (t. II, p. 238 n. 1, et p. 362 n. 2) que « Johannes Baradelli » devait être identifié avec Jean Bardeau, le futur abbé de Saint-Pierre-le-Vif. La présente mention semble prouver que nous nous sommes trompé et que le futur abbé est bien le bachelier de 1488. — En 1521, « magister Johannes Bardeau, diocesis Senonensis, in artibus magister », se présente à la collation de l'archevêque de Sens et à celle de l'église abbatiale de Saint-Pierre-le-Vif-lez-Sens. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 53, fol. 52 v°.

Die veneris xxvii[i] Marcii, vocatis dominis doctoribus ad claudendum examen licenciandorum, ipsisque in camera examinis congregatis, ego decanus, ut moris est, habui collationem ad eos et ad examinatos, et in fine collationis ego ex sententia Facultatis declaravi eos omnes undecim et singulos baccalarios qui fuerant examinati dignos licencia. Et deinde ipsi baccalarii examinati prestiterunt solita juramenta, et ad faciendum signeta fuit eis dictum quod facerent duo signeta, unum (F° 153 r°) in collegio Cameracensi et alterum in collegio Lombardorum. [28 Mars.]

Eodem die, fuerunt distributa duo scuta auri de residuo pecunie recepte a licenciandis per magistrum Claudium Poculo[t], et singuli doctores habuerunt sex undenos.

Die xxix Marcii, in vigilia Palmarum, dominus Reginaldus de Vaccaria, doctor regens in Facultate Decretorum Parisius, cui pro vice sua pertinebat legere Decretalem *Omnis utriusque sexus,* intravit cathedram magnarum scholarum hora quinta de mane, et legit per horam cum dimidia, sicut narraverunt mihi bidelli Facultatis. [29 Mars.]

Eodem die, cum dominis doctoribus [de] Conti, [de] Veteri Villa et [de] Vaccaria ego decanus presentavi domino cancellario Beate Marie, habitanti in domo sua, juxta S. Andream de Arcubus[1], baccalarios admissos ad licenciam, quorum nomina erant scripta in quodam rotulo non secundum ordinem future sue vocavi [*sic in ms.; l.* vocationis], et nomine Facultatis eumdem rotulum patentem eidem domino cancellario exhibui, orando ut eosdem baccalarios per Facultatem probatos susciperet quam citissime posset expediendos. Qui respondit se ex privilegio habere tempus ad se informandum de moribus ipsorum baccalariorum, sed nichilominus quod in favorem Facultatis eos sic probatos quam primum posset expediret et licenciaret. Hortabatur tamen Facultatem ut in collocandis ad licenciam baccalariis eorum merita diligenter consyderarentur, et quod circa eos servaretur consuetudo Facultatis.

Die sequenti, circa vesperam, misit ad me magistrum Claudium Poculo[t], sub[b]idellum dicte Facultatis, ut diceret mihi ex parte ipsius domini cancellarii quod Facultas in confectione rotuli non adderet ad titulum ipsius rotuli aliquid ultra consuetum modum; item quod baccalarii licenciandi procederent ad aulam domini Parisiensis, die licencie, eodem ordine quo sedebant in camera examinis; item et quod in ipsa aula sederent eodem modo; item quod ipse volebat habere primam (s)cedulam primi voluminis cujuslibet licenciandi, ut constaret sibi de antiquitate gradus cujusque; item quod Facultas provideret de rotulo, ita ut rotulus licenciandorum confectus et clausus presentaretur ei ante horam nonam [30 Mars.]

[1] Ambroise de Cambray, comme on l'a vu plus haut (t. II, p. 277 et n. 1), habitait en effet «in vico Pompeiano», c'est-à-dire rue Poupée.

IMPRIMERIE NATIONALE.

diei martis sequentis, alias non mitteret signeta illo die baccalariis. Cui feci respondere quod super his omnibus, consulta Facultate, die insequenti significarem mentem Facultatis. Deinde, cum previderem ex his inventionibus posse oriri in Facultate scandalum, paulo post ego personaliter ad dominum cancellarium tarda nocte accessi. A quo, cum presencialiter intellexissem quecumque sub[b]idellus mihi renunciaverat, post longam satis confabulationem in ea re, discessi, et jussi convocari sub debito juramenti omnes doctores, hora octava diei
[31 Mars.] sequentis ante meridiem, in camera examinis. Quo loco cum essent congregati, eisque exposuissem que proxime scripta sunt, eis placuit quod ego per (s)cedulam facerem evocare Facultatem et signanter dominum cancellarium, hora tercia post meridiem ejusdem diei, ad componendum et claudendum rotulum licenciandorum, et quod tunc presentibus dominis doctoribus ipse dominus cancellarius, qui erat doctor et regens in ipsa Facultate, posset inspicere et videre presencialiter (s)cedulas et tempus prioritatis et posterioritatis ipsorum baccalariorum.

Igitur, eodem die, confecta ad hoc agendum (s)cedula, misi congregatum dominos doctores omnes et singulos, et injunxi bidello majori ut ipse nominatim dominum Ambrosium cancellarium ad confectionem ipsius rotuli juxta formam (s)cedule evocaret hora tercia post prandium, sicut domini doctores deliberaverant.

[31 Mars.] (F° 153 v°.) Eadem die, ultima Marcii MCCCCLXXXIII^xx septimo, comparuerunt in camera examinis domini de Corcellis, [de] Cambray, [de] Conty, Tulleu, [de] Veteri Villa, Picard, [de] Vaccaria et ego decanus. Ibi exposito in medium eos congregatos esse ad conficiendum rotulum, cum multa hinc inde tam per dominum cancellarium, Ambrosium de Cambray, quam per alios dominos doctores super modo conficiendi ipsum rotulum secundum antiquitates [dicta fuerint], tandem placuit Facultati quod secundum modum proxime superiore anno observatum fieret rotulus licenciandorum secundum antiquitates graduum baccalariatus ipsorum baccalariorum. Et in hac forma fuit confectus rotulus, clausus et sigillatus tribus signetis, scilicet domini Stephani de Veteri Villa, domini de Vaccaria et mei decani. Cujus rotuli duplum omnino eodem ordine fuit per me scriptum et collacionatum cum originali per dominos doctores [de] Conti, [de] Veteri Villa, [de] Vaccaria et me decanum. Quod duplum ego retinui, sicut consuetum est ab antiquo.

[1er Avril.] Die prima Aprilis, vocatis duobus bidellis Facultatis et duobus testibus, Guillermo Millet, presbitero et in Decretis baccalario, et Oliverio Goujon, notario apostolico, ego ad domum domini cancellarii prope Sanctum Andream de Arcubus me transtuli, et eidem domino cancellario, Ambrosio de Cambray, existenti in camera sua, quasi hora septima mane, presentavi, in presencia predictorum

bidellorum et testium, rotulum undecim licenciandorum die mercurii sequenti clausum et signatum tribus sigillis, more Facultatis, et pecii quod illum reciperet et servaret integrum et incorruptum, nec eum aperiret donec ostendisset eum, die licencie, decano et dominis doctoribus Facultatis ad inspiciendum si intactus esset. Qui dominus cancellarius respondit se rotulum recipere integrum et eum talem usque in diem licencie servaturum, cum eum ostendet more Facultatis dominis doctoribus. De quibus ipse instrumentum peciit, et ego similiter nomine Facultatis.

Die mercurii secunda Aprilis M CCCC III^XX septimo, convenientibus in capella Sancti Johannis Jherosolimitani undecim baccalariis licenciandis, comparuerunt domini doctores [de] Conti, Tulleu, [de] Veteri Villa, [de] Vaccaria et ego decanus; ibique vocatis licenciandis, legi eis tenorem juramentorum per eum prestandorum in licencia, hoc est antequam ducantur ad aulam domini Parisiensis; que juramenta ipsi omnes et singuli solemniter prestiterunt. Et deinde, hora decima, exeuntes bini et bini ordine quo sedebant in camera examinis, ducti sunt a dominis doctoribus ad ecclesiam Beate Marie; et ibi facta brevi oratione, ipsi licenciandi ascenderunt in aulam domini episcopi, subsequentibus eos dominis [de] Conty, Tulleu et [de] Veteri Villa. Ego vero decanus cum domino de Vaccaria ivimus domum domini de Lailly[1], ubi expectabat dominus cancellarius, cui diximus omnia parata esse. Ipse vero cancellarius statim nobis exhibuit rotulum sibi pridie a me exhibitum, qui rotulus nobis integer et inviolatus apparuit. Associavimus igitur dominum cancellarium usque ad aulam predictam, ubi ipse rotulum ap(p)eruit et exhibuit magistro Johanni du Gué, majori bidello Facultatis, legendum, ut vocaret suo ordine et nomine baccalarios licenciandos. Ego vero, tenens alium rotulum, collacionatum ad originalem rotulum, sicut supra diximus, diligenter attendi si ordo non esset commutatus. Ipse igitur major bidellus alta voce vocavit licenciandos in Decretis hoc ordine, secundum antiquitates gradus baccalariatus ipsorum : [2 Avril.]

Licentiati anno M CCCC III^XX septimo, secunda Aprilis.

Johannes Guy, Franciscus Bezancon, Johannes Chanesii, Johannes Guyocheau, Johannes de Halynes, Robertus Beloce, Johannes Bonny, Leo Barre, Marcialis du Peyrat, Candidus Textoris, Johannes Melaye.

Quibus in bancha coram domino cancellario sedentibus ipse cancellarius licenciam, multis assistentibus, impartivit.

Dominus Nycolaus de Conty recessit tertia Aprilis. [3 Avril.]

[1] Comme on l'a déjà vu, Jean de Lailly, chanoine de l'église de Paris, habitait dans le Cloître Notre-Dame.

[9 Avril.] (F° 154 r°.) Die nona Aprilis post Pascha M CCCC LXX octavo, in die mercurii infra octavam Pasche, quia adoptiones licenciandorum nondum erant facte, ego decanus feci convocare per (s)cedulam dominos doctores ad finem vesperorum Beate Marie, in domo domini Johannis de Corcellis. Qui domini doctores congregati adoptiones suas fecerunt in hunc modum :

Dominus Johannes de Corcellis adoptavit Johannem Guy.
Dominus Ambrosius de Cambray adoptavit Johannem Chanesii.
Dominus Nycolaus de Conty adoptavit Candidum Textoris.
Dominus Robertus Tulleu adoptavit Leonem Barre.
Dominus Stephanus de Veteri Villa adoptavit Franciscum Bezançon.
Dominus Jacobus Junii adoptavit Marcialem du Peyrart (*sic*).
Dominus Johannes Picard adoptavit Johannem Guyocheau.
Ego Robertus Gaguinus, decanus, adoptavi Johannem Bonny.
Dominus Reginaldus de Vaccaria adoptavit Robertum Beloce.
Dominus Johannes de Corcellis adoptavit Johannem Melaye.
Dominus Ambrosius de Cambray adoptavit Johannem de Halynes.

[17 Avril.] Die jovis decima septima Aprylis, fuit missa apud Sanctum Johannem, comparueruntque domini de Veteri Villa, de Vaccaria et ego decanus.

Eodem die, Jacobus le Seneschal, Rothomagensis dyocesis, qui erat licenciatus Rome, supplicavit ut incorporaretur in Facultate pro lectura. Cujus supplicationi domini annuerunt, fuitque admissus ad lecturam, et prestitis solitis juramentis, solvit pro bursis II scuta.

[24 Avril.] Die XX[I]V Aprilis, fuit missa apud Sanctum Johannem, et ibi affuerunt domini de Veteri Villa et de Vaccaria et decanus.

Eodem die, examinati fuerunt Petrus Lorot, dyocesis Meldensis, Johannes Armeri, dyocesis Ednensis, et Stephanus Tabourel, Lingonensis, fueruntque admissi ad gradum et lecturam baccalariatus; et prestitis solitis juramentis, pro bursis solverunt VI scuta.

[30 Avril.] Die mercurii ultima Aprilis, fuit missa apud Sanctum Johannem, comparentibus dominis Ambrosio de Cambray, de Vaccaria et me decano.

Eodem die, in cap(p)ella fuerunt examinati frater Carolus Courtin[1], ordinis Cluniacensis, et Jacobus Foacier, Senonensis dyocesis, et admissi ad gradum et lecturam baccalariatus; prestitis solitis juramentis, solverunt pro bursis V scuta cum dimidio.

[1] A la date du 8 novembre 1491, les registres du Châtelet mentionnent un procès intenté par « damp Charles Courtin, prieur de Maresmoustier, escolier à Paris, contre Andry Hardier, touchant une pièce de terre à Aubervillier. » *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 98.

Die jovis octava Maii, fuit missa ordinaria Facultatis et anniversarium domini Chuffart apud Sanctum Johannem, interfuerunteque domini de Veteri Villa et [de] Vaccaria et ego decanus. [8 Mai.]

Sequenti die veneris, fuit missa ibidem de Beato Nicolao, ubi ego non fui. [9 Mai.]

Die jovis xxi[i]Maii, fuit missa apud Sanctum Johannem, presentibus dominis de Veteri Villa, de Vaccaria et me decano. [21 Mai.]

Eodem die, post missam, in cap(p)ella fuerunt examinati Johannes Caronis, Belvacensis, et Jacobus Pradalis[1], Sancti Flori dyocesis, et fuerunt admissi ad gradum et lecturam baccalariatus; et prestitis solitis juramentis, solverunt pro bursis v scuta cum dimido.

(F° 154 v°.) Die sabbati xxiii Maii v ccccc iii^xx octavo, in vigilia Penthecostes, ego Robertus Gaguinus, decanus, secundum vicem regencie mee ingressus sum magnas scholas inferiores hora quinta matutina, et legi Decretalem *Cum Marthe, de celebratione missarum.* [24 Mai.]

Die jovis xii Junii, fuit missa apud Sanctum Johannem, me absente; sed dominus de Vaccaria, qui gerebat vices meas, ret(t)ulit mihi quod presentes fuerunt domini de Conty, Tulleu, [de] Veteri Villa, Picard et ipse de Vaccaria. [12 Juin.]

Post missam, in capella fuerunt examinati et admissi ad gradum et lecturam baccalariatus Ludovicus Merasse, Tullensis, Bartholomeus de Spinassia, Lugdunensis, Anthonius Maignen, Eduensis, Johannes Lerbette, Morinensis dyocesum; et prestitis juramentis, solverunt viii scuta.

Die mercurii xvii[i] Junii, fuit missa, et post missam fuit examinatus et admissus ad gradum et lecturam baccalariatus Desiderius Brielli, Tullensis dyocesis; qui, prestitis solitis juramentis, solvit pro bursis, presentibus dominis [de] Conty, Tulleu, [de] Veteri Villa, [de] Vaccaria et me decano, ii scuta. [18 Juin.]

Die sabbati xxi Junii, fuit congregatio Universitatis, comparentibus dominis de Cambray, [de] Conty, Tulleu, [de] Veteri Villa, [de] Vaccaria et me decano. [21 Juin.]

Eodem die, examinatus fuit apud me Petrus Guillardi[2], Lugdunensis dyocesis,

[1] Un de ses parents, Jean Pradal, était en 1510 «advocat au baillage de Montferrand et bas[se] Auvergne». *Pièces Orig.*, vol. 2368, dossier Pradal, pièce 3. — Cf. t. II, p. 393 n. 1.

[2] En marge : «Petrus Gaillardi.» — C'est peut-être de lui qu'il s'agit dans la mention suivante des registres du Châtelet, à la date du 6 février 1528 [1529] : «Honorable homme et sage M. Nicolle Cotton, conseiller au Parlement, poursuivant les criées des heritages et maison qui fut à feu Pierre Gaillard, procureur au Parlement, et sa femme, ladite maison assise à Paris rue des

et admissus ad gradum et lecturam baccalariatus; prestitisque solitis juramentis, pro bursis solvit II scuta.

[26 Juin.] Die jovis XXVI Junii M CCCC IIII^XX VIII, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem, assistentibus dominis [de] Conti, [de] Veteri Villa, [de] Vaccaria et me decano.

Eodem die, Desiderius Brielli, baccalarius, supplicavit ut liceret sibi de beneplacito Facultatis legere privatim in camera sua quibusdam amicis suis scholaribus, ut se exerceret et probaret priusquam inciperet legere in publico. Quam postulationem domini doctores usque ad trimestre admiserunt.

Eodem die, dominus Stephanus de Veteri Villa dixit quod secundum vicem suam legeret extraordinarium.

[3 Juillet.] Die tercia Jul(l)ii, fuit missa apud Sanctum Johannem, ubi comparuerunt domini [de] Conti, [de] Veteri Villa, Picard, [de] Vaccaria et ego decanus.

Post missam, in cap(p)ella, premisso examine, fuerunt admissi ad gradum et lecturam baccalariatus Nicolaus Douesneau[1], Cenomanensis, et Claudius Chauveau, Pictavensis dyocesis; et prestitis solitis juramentis, solverunt pro bursis III scuta.

Eodem die, fuit sigillata littera gradus pro Petro Guillardi, baccalario : XVI sol.

[17 Juillet.] Die jovis XVII Jul(l)ii, fuit missa, comparentibus dominis doctoribus Ambrosio de Cambray, Nicolao de Conty, Stephano de Veteri Villa et Reginaldo de Vaccaria.

Eodem die, Antonius de Proilhac[2], examine premisso, fuit admissus ad gradum baccalariatus et ad lecturam; prestitisque solitis juramentis, solvit pro bursis II scuta.

[19 Juillet.] Et die XIX ejusdem mensis, pro littera testimoniali sui baccalariatus solvit unum scutum.

[31 Juillet.] (F° 155 r°.) Die ultima Jul(l)ii, fuit missa apud Sanctum Johannem, comparentibus dominis Tulleu, [de] Veteri Villa, [de] Vaccaria et me decano.

Menestriers, contre les gouverneurs de la chapelle Saint Nicolas en l'eglise de Saint Jehan; dit est que ladite maison sera adjugée.» *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 457. — La rue des Ménétriers se trouvait dans le quartier Sainte-Avoye (IIIe arrondissement actuel).

[1] En 1494, Nicolas Douesneau, maître ès arts et bachelier en Décret, du diocèse du Mans, se présente à la collation des évêques et chapitres du Mans et de Chartres. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 2 v°.

[2] Le volume 2389 des *Pièces originales* (doss. Proillac, pièces 2 et 3) contient deux quittances en latin, données par Antoine de Proillac, conseiller lai au Parlement de Bordeaux, «pro vadiis et prostprandiis meis per me in dicta curia deser-

Die jovis VII Augusti, fuit missa ubi supra, comparentibus supra proxime dictis dominis doctoribus. [7 Août.]

Die mercurii precedente, que fuerat VI Augusti, frater Guillermus Destrel, prior Sancti Sulpicii[1], Ambianensis dyocesis, premisso examine, fuit admissus ad gradum et lecturam baccalariatus; et prestitis solitis juramentis, pro bursis solvit III scuta. [6 Août.]

Eodem die, fuit sigillata littera testimonialis pro eo : solvit unum scutum.

Die veneris XV Augusti, fuit missa de Beata Virgine apud Sanctum Johannem, me absente. [15 Août.]

Die jovis sequenti, fuit missa eodem loco, presentibus dominis de Veteri Villa et [de] Vaccaria et me decano. [21 Août.]

Eodem die, in cap(p)ella, Johannes Matroti[2], Lingonensis dyocesis, premisso examine, fuit admissus ad gradum et examen baccalariatus; et prestitis solitis juramentis, solvit de bursis II scuta.

Die mercurii sequenti, fuit missa apud Sanctum Johannem, me solo assistente. [27 Août.]

Die jovis III septembris, fuit missa ubi supra, presentibus dominis Stephano de Veteri Villa, Johanne Picard, Jacobo Junii, Reginaldo de Vaccaria et me decano. [4 Septembre.]

Eodem die, dominus Picard supplicavit pro mense gratioso.

Eodem eciam die, Claudius Poculo[t] venerat a me petitum licenciam ad eundum in commissionem cum domino de Fontaines[3], consiliario in Parlamento. Quam licenciam ego concessi usque ad dies XIII.

Die martis [*l.* lune] octava Septembris, fuit missa de Beata Virgine apud Sanctum Johannem, ubi ego non affui. [8 Septembre.]

Die jovis sequenti, fuit missa ordinaria Facultatis, ubi affuerunt domini de Veteri Villa, Junii, de Vaccaria et ego decanus. [11 Septembre.]

vitis», au mois de décembre 1520 et de novembre 1525. — En marge : «Lemovicensis diocesis».

[1] Anj. département de la Somme, arrondissement de Péronne, canton de Ham.

[2] En 1495, «magister Johannes *Maroti*», prêtre, maître ès arts, du diocèse de Langres, se présente à la collation de l'abbé «Rerviensis» [Reomensis, Moutier-Saint-Jean], diocèse de Langres, et à celle de l'abbé de Molesmes, même diocèse. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 62.

[3] D'après Blanchard (*Catalogue* cité, p. 33), Tristan des Fontaines avait été reçu conseiller au Parlement en 1483. Sa fille Anne épousa Michel de Champront, notaire et secrétaire du Roy, seigneur de Mée-lez-Melun, homonyme du bachelier en Décret de 1497. (Cf. ci-dessous, p. 445.)

Eodem die, fuit examinatus et admissus ad gradum et lecturam baccalariatus magister [Gervasius] du Frenoy[1], Parisiensis diocesis; et prestitis solitis juramentis, solvit pro bursis II scuta.

[18 Septembre.] Die jovis XIX [*l.* XVIII] Septembris, fuit missa apud Sanctum Johannem, presentibus dominis de Veteri Villa, Junii, de Vaccaria et me decano.

Eodem die, fuerunt admissi ad gradum et lecturam baccalariatus Nicolaus Comitis, Cenomanensis dyocesis, et Michael le Saintdieu, Carnotensis; et prestitis solitis juramentis, solverunt pro bursis III scuta. Que quidem III^or^ scuta cum illis duobus proxime superioribus fuerunt distributa dominis doctoribus, ita quod quisque habuit tantum sexdecim solidos parisienses, residuo remanente in manibus domini thesaurarii.

Eodem die, fuerunt admissi, premisso examine, ad gradum baccalariatus frater Johannes de Sandras, prior de Argentolio, frater Matheus le Wuen (*sic*), thesaurarius Sancti Dyonisii in Francia, et Guillermus (F° 155 v°) Bouguyer[2], magister in artibus, Parisiensis dyocesis; qui, prestitis solitis juramentis, solverunt pro bursis X scuta.

[25 Septembre.] Die jovis XXV(I) septembris, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt domini de Corcellis, [de] Cambray, Tulleu, [de] Veteri Villa, Junii, [de] Vaccaria et ego decanus.

In capella, eodem die, premisso examine, fuerunt admissi ad gradum et lecturam baccalariatus dominus Johannes de Poncy, Altissiodorensis dyocesis, et Johannes de Feuguyères[3], Belvacensis dyocesis; et prestitis solitis juramentis, solverunt pro bursis V scuta cum dimidio.

[26 Septembre.] Die veneris sequenti, fuit sigillata littera pro dicto domino Johanne de Poncy : unum scutum.

[1] En marge : « Gervasius du Fresnoy. » — En 1494, « Gervasius de Fresnoy », maître ès arts, bachelier en Décret et licencié en lois, se présente à la collation des évêques et chapitres de Soissons et de Noyon. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 55. — Cf. ci-dessous, p. 216 n.

[2] Le 29 février 1491 [1492], comparaît au Châtelet « m. Guillaume Bouguier, escolier à Paris, ayant droit par transport de Jacques Guilloreau, contre Benet Fleury et Jacques Mouresse; dit est que lesdites parties pourront parfaire leurs enquestes. » *Coll. Clair.*, vol. 765, p. 124. Cf. ci-dessus, p. 116.

[3] Voici une mention des registres du Châtelet qui concerne très probablement un de ses parents (14 janvier 1493 [1494]) : « Pierre de Feuquières et Nicolas Dubus, tuteurs des enfans de feu Pierre de Feuquières l'aisné et heritiers dudit deffunt, condamnez, comme detenteurs et proprietaires du fief de Gleyre et d'une maison assise sur ledit fief en la ville de Beauvais, à payer et continuer à honorable homme Jehan du Val, marchant changeur, bourgeois de Paris, et à Laurance, sa femme, fille et heritière de feu Pierre Maillet, dix escus d'or du coing du Roy de rente que dès le 21 octobre 1472 ledit Pierre [de] Feuquières l'aisné vendit et constitua audit feu Pierre Maillet à prendre sur tous ses biens. » *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 219.

Die veneris decima Octobris M CCCC IIII^xx octavo, in crastino Sancti Dyonisii, domini doctores Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Reginaldus de Vaccaria et ego decanus visitavimus dominum legentem[1] in magnis scholis, et ibi fuerunt lecta statuta Facultatis per magistrum Johannem du Ghe, majorem bidellum Facultatis. Deinde, in exitu scholarum, domini elegerunt quisque scholas ubi haberent legere. [10 Octobre.]

Eodem die, fuit missa apud Sanctum Johannem, comparentibus prescriptis proxime dominis doctoribus.

Die mercurii XV Octobris, fuit missa, assistentibus dominis Tulleu, Junii, Vaccaria et me decano. [15 Octobre.]

Die veneris XVII Octobris, Carolus de Ranchicourt[2], clericus, At(t)rebatensis dyocesis, premisso examine, fuit admissus ad gradum et lecturam baccalariatus, et prestitis solitis juramentis, solvit pro bursis III scuta. [17 Octobre.]

Eodem die, pro littera gradus magister..... solvit unum scutum (*sic*).

Die mercurii XXII(I) Octobris, fuit missa apud Sanctum Johannem, comparentibus dominis Roberto Tulleu, Reginaldo de Vaccaria et me decano. [22 Octobre.]

Altera die, que fuit jovis, post examen de ipso factum, admissus fuit ad gradum et lecturam baccalariatus Petrus d'Esculi[3], Eduensis dyocesis, et prestitis solitis juramentis, solvit II scuta. [23 Octobre.]

Die jovis antepenultima Octobris, fuit missa, in qua fuerunt domini Tulleu, Junii, Vaccaria et ego. [30 Octobre.]

Eodem die[4], fuit congregatio Universitatis apud Sanctum Maturinum super eo

[1] Denis Alligret.

[2] Sans doute un neveu de Pierre de Ranchicourt, évêque d'Arras de 1463 à 1499.

[3] Probablement Écuelles, départ. de Saône-et-Loire, arrond. de Chalon-sur-Saône, canton de Verdun-sur-Saône.

[4] En marge : «Deputati in curia Parlamenti propter cessationes a sermonibus factas occasione dominorum generalium qui vectigalia a scholasticis exigebant.» Cf. Du Boulay, t. V, p. 781. — On lit dans les registres du Parlement, 21 septembre 1488 : «Les generaux de la justice sont venus en la chambre de Parlement, iceluy vaccant, et ont dict par la bouche de m. Jacques de Corieul, l'un desdicts generaux, que Messieurs sont advertis de ce qui a esté faict par l'Université, qui ont faict cesser toutes predications et ont faict afficher contre lesdictz generaux et faict publier parolles en grand scandalle desditz generaux et de leur juridition; dit plus que aux escolliers et regens n'a jamais esté rien demandé. Mais l'Université, non contente qu'on l'entretienne en ses priviléges, ont fait bien cent messagers, vingt quatre libraires, tous les parcheminiers, papetiers, escrivains, enlumineurs, relieurs de livres, non seulement ceux de Paris, mais ceux qui sont residens et demourans à Corbeil, à Troyes et ailleurs; les fermiers en ont approuché aucuns pour le deub de leurs fermes, qui ont esté condemnez, et *novissime* a esté question d'un papetier volant qui avoit esté condamné, dont ceux de l'Université firent plainte ausdictz generaux, disant que depuis aucune com-

IMPRIMERIE NATIONALE.

quod domini presidentes curie Parlamenti miserant, die mercurii immediate precedente, unum hostiarium de curia ad dominum rectorem, ut ipse rector, convocatis deputatis, se ad curiam conferret. Super quo mandato, cum a deputatis dictum esset dominum rectorem, inconsulta Facultate, ire non debere, ipse dominus rector hora vespertina fecit convocare Universitatem ad hanc diem; ubi, cum exposuisset ea que dicta fuerant ei per hostiarium, discedentibus ad sua loca Facultatibus et nationibus, habita brevi consultatione, conclusum est dominum rectorem pro sui status conditione et Universitatis gravitate non iturum, sed mittendos esse deputatos qui audirent tantum et referrent que accepissent a dominis presidentibus. Ergo deputati sunt ex Facultate theologie magister Johannes Sudoris, pro Facultate nostra ego decanus, ex medicine Facultate magister Michael de Colonia, ex natione Gallicana magister Ganffridus Boussart, ex natione Picardie.....(*sic*), ex natione Normanie.....(*sic*), ex natione Alamanie seu Germanie magister Cornelius Audendic [1].

[31 Octobre.] (F° 156 r°.) Die autem veneris insequenti, que erat vigilia Omnium Sanctorum, deputati convenerunt apud dominum rectorem, in collegio domini Gervasii Christiani, et ex eo loco profecti sunt ad curiam. Et in camera Enquestarum, ubi erant domini presidentes de Vaccaria et Johannes Baillet [2] cum paucis consiliariis

municquation cüe entre ladicte Université et generaux, ledit papetier avoit esté condemné; sur quoy lesdictz generaux montrèrent par leurs registres que ladicte condemnation avoit esté faicte du precedent de ladicte communication, et appoinctèrent ensemble que ils envoyeroient devers le Roy, ce que ils ont fait, et a le Roy escrit ausdictz generaux qu'ils ne touchent en ceste matière jusques à la venüe de messire Michel Gallart, chevalier, tresorier de France, lesquelles lettres ils ont monstrées à un escollier nommé m. Robert du Val, et incontinent s'est l'Université assemblée, et ont faict cessations et faict faire afiches. Ce fait, m. Jacques de Thou a requis pour le Roy que il plaise à Messieurs donner provision en la matière, aussi à Messieurs les gens du Roy qu'ils requièrent et y facent donner les provisions pertinentes, en manières que tels abus cessent et qu'on y donne provision telle qu'elle fut donnée l'an mil quatre cent dix sept en semblable cas.» *Franç.* 21 364, fol. 612.

[1] Du Boulay (t. V, p. 781-782) a publié cette dernière phrase sans trop de modifications.

[2] Sur Thibaut (et non Jean) Baillet, sieur de Sceaux, maître des requêtes en 1472, nommé président au Parlement le 19 janvier 1483, au lieu et par la résignation de Guillaume de Corbie, mort le 19 novembre 1525 et enterré à Saint-Merry, voy. François Blanchard, *Les presidens au mortier du Parlement de Paris*, p. 119 et 124. Son frère aîné, qui, après avoir été conseiller au Parlement et aux requêtes, devint évêque d'Auxerre en 1477 et mourut en 1513, portait le prénom de Jean: de là sans doute l'erreur de Gaguin. — On trouve dans les registres du Châtelet une intéressante mention relative à la succession du président, sous la date du 18 février 1528 [1529]; on y voit comparaître «noble damoiselle Jehanne d'Aunoy, veufve de feu noble homme et sage m. Thibaut Baillet, seigneur de Seaux, president en Parlement, messire Anthoine le Viste, seigneur de Fresnes, president en Parlement, noble homme et sage m. Mathieu de Longuejoe, sieur d'Yverny, maistre des requestes, tuteur des enfans mineurs dudit Baillet, messire Aymar Nicolai, chevalier, premier president en la Chambre des Comptes, dame Anne Baillet, sa femme, à cause d'elle, lesdits Anne Baillet et mineurs heritiers dudit deffunt Baillet, qui avoient fait adjourner noble homme Eustache Luillier, sieur de Gironville, damoiselle Marie de Poncher, sa femme, comme detenteurs de la tierce partie de la terre et seigneurie du Gué à Tresmes, qui fut messire Denis Brulart, chevalier, seigneur du Fay et

congregati, postquam jussi sunt sedere deputati, dominus Sudoris theologus dixit nos idirco advenisse ut audiremus quamobrem nos curia evocasset. Tunc dominus primus presidens de Vaccaria cepit dicere non ignorare nos quid ipsa curia vellet, maxime cum sciremus contentionem illam exortam esse Universitatis adversus dominos generales, qui privilegia Universitatis dicebantur offendisse, et propterea publicatas fuisse cessationes a sermonibus et predicatione verbi Dei. Que res, ut ipse dominus presidens proponebat, nimia levitate decreta ab Universitate extiterat, presertim cum decuisset Universitatem in gravaminibus suis adiisse Regem et a majestate ejus opem et presidium expetere, prinsquam adversus officiarios ejus quicquam severe decerneretur; nam hoc interdictum a sermonibus videri posse[t] esse factum in contemptum regie celsitudinis, quam ledi certum est cum officiarii ejus offenduntur, neque licere eciam summo Pontifici interdictum in regno Francie publicare; propterea Universitatem peccasse in Regem, que et Regem et officiarios ipsumque populum et nota quadam et pena multasset, in his videlicet religiosis diebus quibus celebranda erat Omnium Sanctorum festivitas et commemoratio defunctorum.

Ad hec dominus Johannes Magistri, advocatus regius, dixit ex sentencia Johannis Andree multas causas concurrere oportere prinsquam hoc interdictum interponi debuisset, quarum nulla cessationibus Universitatis poterat suffragari, cum ipsi domini generales post conventionem cum deputatis supra habitam nichil contra privilegia Universitatis commisissent; quod si aliquando fecissent, curiam tamen Parlamenti juxta esse, a qua judicium erat requirendum; de cujus assensu oportebat hujusmodi interdictum appendi per compita et promulgari; sed quamvis aliter ab Universitate factum esset, se tamen nolle graviores adversus eam conclusiones inducere; sufficere si Universitas decretum suum relaxaret suspenderetque ad paucos dies cessationes, donec discordia componi posset.

Post hec dominus presidens rogavit si quicquam ad hec objecta responsuri essemus. Dixit theologus nichil nos accepisse in mandatis preterquam auditionem et relationem. Quare subindignatus dominus presidens : « Quomodo, inquit, tam insipienter accessistis, ut muti essetis et de iis que ad negocia Universitatis vestre attinent nichil responderetis? » — « Nichil », inquit theologus. Sed cum intelligerem taciturnitatem nostram obprobrio esse nobis, pancis in hanc sentenciam

Torey et du Gué à Tresmes, pour raison de XL s. de cens livres (*sic*) : et après que lesdits Luillier et sa femme ont fait appeller Charlotte Poncher, dame de Lesigny, noble homme Anthoine Bohier, damoiselle Anne de Poncher, sa femme, noble homme Jehan Hurault, maistre des requestes, tuteur de ses enfans mineurs et de feu Jehanne de Poncher, sa femme, heritiers chacun pour un quart de feu Loys de Poncher, lesdites parties sont condamnez payer lesdit[e]s cens livres et LX (*sic*) solz de rente foncière, auxquelles charges nobles personnes Philipes d'Aunoy, chevalier, sieur d'Orville et de Goussainville, [et] dame Catherine de Montmorancy, son espouse, bailleront et transporteront audit messire Denis Bruslart ladite tierce partie de la terre et seigneurie du Gué à Tresmes [Seine-et-Marne, c^ne de Pommense, arr^t et canton de Coulommiers]». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 462-463.

respondi : « Si liceret, viri spectabiles, legationis nostre fines excedere, nemo nostrum tam [h]ebete sensu tamque stupido ingenio est, cui aut animus torpeat aut oratio desit, cum hoc celebri loco et assistentibus (F° 156 v°) consultissimis compluribus viris non leve sit neque ullo pacto pretereundum nos argui inconsiderationis, quod videlicet munus legationis gerentes, nullam nos dicendi facultatem habeamus. Nam si liberum nobis fuisset jubenti Universitati repugnare, plus auctoritatis ad respondendum accepissemus; sed parenti obediendum fuit. Nec imprudencie dandum nobis est quod et vocati a vobis et ab Universitate jussi advenimus. Et illud quidem, quod ad levitatem refertis, admittere non possumus. Accepta a dominis generalibus injuria qua libertas nostra fluctuabat, eaque iterum et sepius refricata, mœrens et gemebunda mater Universitas signum meroris sui, quod in tali re fieri solet, indicare voluit, et consilio capto, interdicere statuit sermonibus, ut, que mater est spiritualis alimenti, verbum quoque vite et spiritus a suis impugnatoribus sustraheret (*sic*). Nec tamen suum mox decretum promulgavit; distulit sentenciam donec penitencia agerentur, si forte penitencie locus esset, ii qui culpam contraxissent. Ubi vero verbis et vana expectatione se differri novit, decretum divulgavit post dies triginta quam conclusionem confecerat. Hec dilatio non levitatis indicium est nec furoris. Nec illud criminari debet, quod a Rege sibi opitulari non poposcit; nam cum ipsi generales supremum se magistratum in vectigalibus exigendis gerere jactitant, ad eos crebro itum est, atque illic questa Universitas est sua privilegia jactari, officiales suos gravari, libertatem tolli, seque in servitutem pene redigi. Quam querelam parvi habentes, non modo non cessaverunt jugum jugo imponere; sed datis ad regem litteris, detulerunt piam et innocentem parentem nostram venditare opulentis mercatoribus sua officia, qui, coemptis permultis mercibus, eas privilegii libertate freti vendunt, fraudato fisco. Qua scriptione indignatus, Rex rescripsit suspensam haberi libertatem nostram, donec Michael Gaillard, eques auratus, fisco prefectus[1], adventaret. Neque has litteras domini generales communes Universitati esse voluerunt, donec magistro Roberto de Vallibus, curatori negociorum Universitatis,

[1] Il exerçait encore ses fonctions à la date du 16 février 1492 [1493] : « Au tesmoignage de noble homme et sage Henry Perdrier, seigneur de Medan, père, *messire Michel Gaillard, chevalier, general des finances, grand oncle,* m. Michel Gaillard conseiller au Parlement, oncle, Mathurin Gaillard, esleu de Blois, oncle, sire Jacques Hurault, tresorier de M. le duc d'Orleans, cousin à cause de sa femme, Remon Phelipeau, grenetier de Sully, cousin à cause de sa femme, m. Jehan Burdelot, general, conseiller du Roy sur le fait de la justice des aydes, cousin, tous du costé maternel, m. Jehan Bachelier, huissier en Parlement, oncle paternel à cause de sa femme, m. Jehan Mathieu, cousin dudit costé, m. Jehan Barre, advocat au Chastellet, et m. Raoul Regnard, procureur au Chastellet, amis et affins de Phelipe et Perrette Perdrier, enfans mineurs dudit Henry et de feüe noble femme Estienette Gaillart, ont esté esleus tuteurs ledit père et Michel Gaillart. Ce fait, ledit Henry a accepté la garde bourgeoise de Philipes, aagé de 3 ans 3 mois, et de Perrette, aagée d'un mois ou environ. » — *Coll. Clairambault,* vol. 765, p. 165. — Cf. plus haut, p. 210 n., et Spont, *Semblançay,* (Paris, 1895, in-8°), p. 4 n. 2, p. 24 n., p. 60 n.

deambulanti forte per aulam Palacii, dixerunt se litteras a Rege de discordia nostra accepisse, sed earum tenorem se nullo pacto prebituros. Qua nova injuria asperior facta, Universitas tum demum jussit cessationes fieri. Ergo, cum Universitas, neque primo furore, sed longo intervallo post decretas cessationes, postque admonitos generales, predicationes verbi Dei fieri ad populum prohibuerit, non satis considerate poterit a quoquam levitatis et temeritatis criminari. Neque hoc convenit dignitati et benivolencie ejus, que nec se tota regiis repugnavit unquam preceptis, nec quisquam scholasticorum inventus sit cum hostibus regni Francorum sensisse. Orare igitur eos melius estimare de parente litterarum.»

(F° 157 r°.) Domini autem generales, qui ex adverso considebant, cum respondere velle viderentur, dominus presidens, veritus forte rem totam in pejorem partem duci, manu visus est indicere silencium. Sed Johannes du Cauroy, Ambianensis[1], primus inter generales, silencium rupit, cepitque pro sua causa dicere. Nam cum ipse, ut fama erat, auctor esset accepte injurie, purgare se culpa nitebatur : «Et nulla, inquit, merita causa et sine nostra offensione Universitas commota gemit; nichil enim a conditionibus cum ea positis per nos commissum est; sed hoc illud expectat, ut plebs, que fere omnis magistratibus vectigalium infensa est, in nos conversa deseviat, que se viderit per has solemnitates[2] venerandorum Sanctorum Omnium nostra, ut inquit Universitas, iniquitate sermonibus destitui. Quare vestrum est, magnifici consiliarii, occurrere ne plebs, ut solet, moveatur.» Dominus presidens post hec : «Vos, inquit, domini deputati, memoria tenetis que hactenus dicta sunt, neque ignoratis quorsum hec vestre cessationes evadere possunt. Jubemus ut ad vestrum rectorem reversi suadeatis contionem Universitatis fieri, in eaque laxari quod sine justa causa a vobis factum existimatur.» Ad quam sentenciam multa addidit dominus advocatus. Digressi igitur renunciavimus omnia domino rectori, et licet dies religiosus esset et res divina vesperorum in ecclesiis agenda, suasimus tamen convocare Universitatem. Que ad horam quartam post meridiem ejus diei apud Sanctum Maturinum facta est, frequentibus doctoribus et magistris omnium Facultatum et nationum. In ea dominus Sudoris theologus omnia que a curia audiveramus ret(t)ulit. Deinde, habitis per Facultates et nationes sentenciis, tanta concordia reditum ad contionem est, ut omnium idem votum et sentencia fuerit cessationes non laxare, ne Universitas, que in eis decernendis et promulgandis levis habebatur, in eisdem dif[f]erendis levior censeretur.

Die jovis sexta, fuit missa apud Sanctum Johannem, comparentibus dominus [6 Novembre.

[1] C'est peut-être l'un des deux personnages nommés dans les registres du Châtelet, sous la date du 8 juin 1493 : «Jehan du Cauroy le jeune [se presente] contre Isabeau de Cappes, veufve [de] Jehan du Cauroy dit le Noir, et m. Gilles du Cauroy, escolier à Paris; dit est que ledit Jehan du Cauroy sera interrogé par le bailly d'Amiens.» *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 180.

[2] *Ms.* solemnitatibus.

de Courcellis, de Conti, Veteri Villa, Junii, de Vaccaria et me. Ibi deliberatum post missam fuit quod die lune sequenti, que erit vigilia Sancti Martini, domini doctores repetent suas lecciones, et die jovis insequenti fiet electio decani.

[10 Novembre.] Die lune in vigilia Sancti Martini, domini doctores resumpserunt suas lectiones.

Et eodem die, in magnis scholis fuit examinatus dominus Johannes Bouel, presbiter, Rothomagensis dyocesis, et admissus ad lecturam et gradum baccalariatus, et prestitis solitis juramentis, solvit pro bursis II scuta.

[13 Novembre.] Die jovis XIII Novembris, fuit electio decani, de qua per electum fiet registrum.

Robertus Gaguinus.

II

COLLATION DES GRADES.

1. DOCTORATS [1].

2. LICENCES [2].

Johannes Guy. [1488.
Franciscus Bezancon. 7 avril.]
Johannes Chanesii.
Johannes Guyocheau.
Johannes de Halynes.
Robertus Beloce.
Johannes Bonny.
Leo Barre.
Marcialis du Peyrat.
Candidus Textoris.
Johannes Melaye.

3. BACCALAURÉATS.

XV Novembris....	Frater Johannes le Wit. (V. p. 195.)	[1487.]
V Decembris.....	Petrus Fabri. (V. p. 196.)	
V Decembris.....	Guillermus Paillard. (V. p. 196.)	
VIII Decembris ...	Johannes Daguerre. (V. p. 197.)	
VIII Decembris ...	Thomas Guilloys. (V. p. 197.)	
XIII Decembris ...	Ludovicus le Tailleur. (V. p. 197.)	
XIII Decembris ...	Carolus Boudeaux. (V. p. 197.)	
XXIV Januarii	Leo Consilii. (V. p. 198.)	[1488.]
XXIV Januarii	Johannes Passerat. (V. p. 198.)	
XXIV Januarii	Johannes de Fonte. (V. p. 198.)	
III Martii.....	Frater Johannes Bardeau. (V. p. 200.)	
XIX Martii.....	Ludovicus La Hure. (V. p. 200.)	
XIX Martii.....	Gerardus Cousin. (V. p. 200.)	
XXVII Martii.....	Hugo Gauteron. (V. p. 200.)	
XXVII Martii.....	Guillermus Ratier. (V. p. 200.)	
XXVII Aprilis.....	Jacobus le Seneschal [incorporatus]. (V. p. 204.).	
XXV Aprilis.....	Petrus Lorot. (V. p. 204.)	
XXV Aprilis.....	Johannes Armeri. (V. p. 204.)	

[1] Aucune mention. — [2] Cf. plus haut, p. 203 et 204.

xxv Aprilis..... Stephanus Tabourel. (V. p. 204.)
xxx Aprilis..... Carolus Courtin. (V. p. 204.)
xxx Aprilis..... Jacobus Foacier. (V. p. 204.)
xxii Maii..... Johannes Caronis. (V. p. 205.)
xxii Maii..... Jacobus Pradalis. (V. p. 205.)
xii Junii..... Ludovicus Merasse. (V. p. 205.)
xii Junii..... Bartholomeus de Spinassia. (V. p. 205.)
xii Junii..... Anthonius Maignen. (V. p. 205.)
xii Junii..... Johannes Lerbette. (V. p. 205.)
xviii Junii..... Desiderius Brielli. (V. p. 205.)
xxi Junii..... Petrus Guillardi. (V. p. 205.)
iii Julii..... Nicolaus Douesneau. (V. p. 206.)
iii Julii..... Claudius Chauveau. (V. p. 206.)
xvii Julii..... Antonius de Proilhac. (V. p. 206.)
vi Augusti..... Frater Guillermus Destrel. (V. p. 207.
xxi Augusti..... Johannes Matroti. (V. p. 207.)
xi Septembris.... Gervasius du Frenoy[1]. (V. p. 208.)
xviii Septembris.. Nicolaus Comitis. (V. p. 208.)
xviii Septembris.. Michael le Saintdieu. (V. p. 208.)
xviii Septembris.. Johannes de Sandras. (V. p. 208.)
xviii Septembris.. Matheus le Wnen [le Wrien]. (V. p. 208.)
xviii Septembris.. Guillermus Bouguyer. (V. p. 208.)
xxv Septembris... Johannes de Poncy. (V. p. 208.)
xxv Septembris... Johannes de Feuguyeres. (V. p. 208.)
xix Octobris..... Carolus de Ranchicourt. (V. p. 209.)
xxv Octobris..... Petrus d'Esculi. (V. p. 209.)
x Novembris..... Johannes Bouel. (V. p. 213.)

[1] Il devint conseiller du roi. On lit dans le volume III des Mémoriaux (fol. 41 v°) : «Et hac die [sabbati xvii ejusdem mensis Decembris 1505] obiit amicus meus [*i. e.* Roberti du Gast, tunc decani] dominus et magister Gervasius du Fresnoy, regis consiliarius et bacalarius ipsius Facultatis. Cujus anime Deus parcat!» Ses lettres de provision de l'office de conseiller lai, auparavant occupé par son père, Jean du Fresnoy, pendant vingt-huit ans, sont datées d'Amboise, 27 décembre 1497; il prêta le serment d'usage le 8 janvier 1498. Voir Bibl. nat., *Franç.* 32 410, fol. 222. — C'était peut-être le fils du Jean de Fresnoy, *licencié* en lois et *en Décret*, qui avait été reçu conseiller lai au Parlement le 11 mai 1470 (*ibid.*, fol. 183). — Cf. plus haut, p. 208 n. 1.

III

LECTURES DES BACHELIERS.

(F° 157 v°.) Sequntur (s)cedule baccalariorum in jure canonico Parisius per bidellum Facultatis in scholis proclamatorum, qui ab anno Domini M CCCC IIII^XX sexto usque ad annum M.CCCC IIII^XX septimum suas lectiones incepernt.

Johannes Beroust, clericus, Carnotensis dyocesis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in istis scholis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture, et continuabit ad voluntatem audiencium. Datum anno Domini M CCCC IIII^XX sexto, die octava mensis Aprilis.

Nicolaus Laurens, presbiter, Meldensis dyocesis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in istis scholis magnis anterioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture, et continuabit ad voluntatem audiencium. Datum anno Domini M CCCC IIII^XX sexto, die XV mensis Aprilis.

Guillermus Bertaut, clericus, Lexoviensis dyocesis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in istis scholis magnis anterioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture, et continuabit ad voluntatem audiencium. Datum anno Domini M CCCC IIII^XX sexto, XV mensis Aprilis.

Frater Petrus Spreton, ordinis S. Benedicti, dyocesis Lemovicensis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in istis scholis magnis anterioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture, et continuabit ad voluntatem audiencium. Datum anno Domini M CCCC IIII^XX sexto, XV mensis Aprilis.

Magister Philippus Messier, clericus Parisiensis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis superioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC IIII^XX sexto, die VI mensis Aprilis.

Johannes de Armis, clericus, Nivernensis dyocesis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis superioribus Scuti Sabaudie, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC IIII^XX sexto, XII Maii.

Johannes Banjardon, Lemovicensis dyocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis superioribus, ad intersignium Castri, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC IIII^XX sexto, XII mensis Maii.

Johannes Petrocilii, clericus, Turonensis dyocesis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Castri, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC IIII^XX sexto, decima quarta Maii.

Petrus Betin, clericus, Claromontensis dyocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate

IMPRIMERIE NATIONALE.

Marie incipiet primum librum Decretalium, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno Domini M CCCC IIII^XX sexto, XIII Maii.

Petrus Cymonis, Lugdunensis dyocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis superioribus, ad intersignium Castri, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC IIII^XX sexto, XXVIII Maii.

Judocus Fabri, clericus, Tornacensis dyocesis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC IIII^XX sexto, XXVIII Maii.

Franciscus Mauny, clericus, Tornacensis dyocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Sancti Johannis Baptiste, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno (F° 158 r°) Domini M CCCC IIII^XX sexto, XXVIII Maii.

Nicolaus Bergere, in artibus magister, baccalarius in Decretis, Remensis dyocesis, hodie in nonis Beati Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis superioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno Domini M CCCC IIII^XX sexto, XX mensis Maii.

Jacobus Pulveris, clericus, Lingonensis dyocesis, in artibus magister, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi in scholis superioribus, ad intersignium Sancti Johannis Baptiste, incipiet primum librum Decretalium pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC IIII^XX sexto, XX mensis Junii.

Radulphus Olyvier, presbiter, Rothomagensis dyocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Beati Eustachii, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC IIII^XX sexto, octava die Jul(l)ii.

Radulphus Sere, presbiter, Lingonensis dyocesis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Sancti Eustachii, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC IIII^XX sexto, octava mensis Jul(l)ii.

Egidius Boursaudi, clericus, Lingonensis dyocesis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis anterioribus, ad intersignium Beati Eustachii, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC IIII^XX sexto, XX Jul(l)ii.

Symon de Sarrebruce, clericus, Tullensis dyocesis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Beati Eustachii, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC IIII^XX sexto, XII mensis Septembris.

Yvo Monachi, clericus, Leonensis dyocesis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis superioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC IIII^XX sexto, XX mensis Jul(l)ii.

Richardus Chabitinarge (?), presbiter, Lexoviensis dyocesis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in istis scholis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC IIII^XX sexto, XXVI Jul(l)ii.

Matheus Berault, alias Amyot, clericus, Lugdunensis dyocesis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in istis scholis magnis inferioribus,

et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC LXXX sexto, ultima die Septembris.

Anthonius Ossandon, clericus, Claromontensis dyocesis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in istis scholis magnis anterioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine lecture sue. Datum anno Domini M CCCC LXXX sexto, ultima mensis Septembris.

Claudius de Hangest, clericus, Ambianensis dyocesis, magister in artibus et in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in istis scholis magnis anterioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine lecture. Datum anno Domini M CCCC LXXX sexto, XII Octobris.

Jacobus de Pratis, clericus, Meldensis dyocesis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in istis scholis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine lecture sue. Datum anno Domini M CCCC LXXX sexto, XXII Octobris.

Joannes Favereau, clericus, de Parisius, in artibus magister et in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC LXXX sexto, XXIII Octobris.

(F° 158 v°.) Philippus le Pelletier, clericus, Bernensis (*sic*, *pro* Trecensis?) dyocesis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC LXXX sexto, XXIII Octobris.

Joannes Wisenquerque, Trajectensis dyocesis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis superioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, et hoc pro primo anno et primo volumine lecture sue. Datum anno Domini M CCCC LXXX sexto, penultima Octobris.

Michael Tienet, Lexoviensis dyocesis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beate Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis superioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini M CCCC LXXX sexto, XIII Octobris.

Matheus Thierri, clericus, Meldensis dyocesis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Castri, et hoc pro primo libro (*sic*) et primo volumine lecture sue. Datum anno Domini M CCCC LXXX sexto, die XIII mensis Octobris.

R. Gaguinus, Minister Generalis Ordinis S. Trinitatis.

DÉCANAT DE ROBERT TULLEU.

NOVEMBRE 1488-NOVEMBRE 1489.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

[1488. 13 Novembre.] (F° 160 r°.) Anno Domini M CCCC octuagesimo octavo, die jovis que fuit decima tercia mensis Novembris, post missam ordinariam consultissime Facultatis Decretorum apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum de more celebratam, dominis doctoribus ejusdem Facultatis per cedulam convocatis ad eligendum scilicet vel continuandum ipsius Facultatis officiarios, decanum videlicet et receptorem, ego Robertus Tulleu, inter eosdem minimus, tametsi absens tunc et in conservationis privilegiorum apostolicorum curia existens, fui in decanum ejusdem Facultatis per dominos subscriptos electus, dominos scilicet Johannem de Courcellis, Ambrosium de Cambray, Nicolaum de Conty, Stephanum de Veteri Villa, Johannem Picart, Robertum Gaguyn et Reginaldum de Vaccaria, et dictus dominus Stephanus de Veteri Villa in receptorem continuatus.

[19 Novembre.] Die mercurii XIX mensis ejusdem, fuit missa ordinaria Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt presentes domini Nicolaus Conty, Stephanus de Veteri Villa, Reginaldus de Vac[c]aria et ego Robertus Tulleu, et post missam, dictis dominis in capella congregatis, de ipsorum consilio dictum decanatus officium acceptavi, simulque juramenta prestari consueta feci, librum quoque statutorum Facultatis et claves a dicto domino de Conty recepi.

[25 Novembre.] Die martis que fuit XXV ejusdem mensis Novembris, celebrata fuit missa Beate Catherine apud Sanctum Johannem, in qua astiterunt domini..... (*sic*).

[27 Novembre.] Jovis XXVII ejusdem mensis, fuit missa ordinaria Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt presentes domini..... (*sic*).

[6 Décembre.] Sabbati VI Decembris, fuit celebrata missa Beatissimi Nicolai apud Sanctum Johannem, et fuerunt presentes domini Nicolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa et ego decanus.

Die dominica vii ejusdem mensis, celebrata fuit missa Universitatis apud Predicatores pro ipsius Universitatis statu prospero, et fuimus presentes dominus Stephanus de Veteri Villa et ego decanus. [7 Decembre.]

Lune que fuit viii ejusdem mensis Decembris, fuit celebrata apud Sanctum Johannem missa de Conceptione Beate Marie Virginis, in qua presentes fuerunt domini Nicolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa et ego decanus. [8 Décembre.]

Eadem die, fuit sigillata una littera gradus baccalariatus pro fratre . . . . .[1].

Die dominica xiii ejusdem mensis, fuit celebrata apud Sanctum Johannem missa de Rorate, in qua astiterunt domini de Veteri Villa, Reginaldus de Vac[c]aria et ego decanus; et post missam supplicaverunt in capella admitti ad examen pro gradu baccalariatus magister Guillermus de Melun et dominus Stephanus Paris, presbiter, quibus fuit assignata Decretalis pro examine. [14 Decembre.]

Die mercurii xvii ejusdem mensis, fuit sigillata littera gradus baccalariatus pro Maturino Bousseraille[2]. [17 Décembre.]

Die jovis xviii ejusdem mensis, fuit missa ordinaria Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt presentes domini Ambrosius de Cambray, Nicolaus Conty, Stephanus de Veteri Villa, Robertus Gaguin, Reginaldus de Vaccaria, et post missam fuerunt examinati in capella et ad gradum baccalariatus admissi prenominati Guillermus de Melun[3], in artibus magister, et dominus Stephanus Paris, presbiter, et solvit eorum quilibet pro bursis duo scuta, et sic quatuor scuta. [18 Décembre.]

Lune xxii mensis ejusdem, suam fecerunt harangam dicti [de] Melun et Paris, et interfuerunt domini Conty, Gaguin, de Vaccaria et ego decanus; fuerunt-que (F° 160 v°) in eisdem scolis, post harangam, examinati et ad gradum baccalariatus admissi Jacobus Baillenl, Lexoviensis diocesis, in artibus magister curatusque parrochialis ecclesie de Piris[4], Ebroicensis diocesis, qui pro bursis [solvit] duo scuta cum dimidio, et Franciscus le Garnetier, de Parisius, artium magister, qui pro bursis solvit duo scuta : sic iii scuta cum dimidio. [22 Décembre.]

[1] Le nom manque. — En marge : *Recepit Dugue.*

[2] En marge : *Recepit Dugue.*

[3] En 1493, «Guillelmus de Melenti», maître ès arts et bachelier en Décret, se présente à la collation de l'évêque et du chapitre du Mans et à celle de l'abbé du Bec-Hellouin, diocèse de Rouen. *Arch. de l'Univers. de Paris*, vol. 49, fol. 18 v°. — En 1494, «Guillermus de Meleun, presbiter, in artibus magister et in Decretis baccalarius», se présente à la collation des évêques et chapitres d'Amiens et de Langres. *Ibid.*, vol. 50, fol. 36 v°.

[4] Ce doit être cette cure (Perriers?) qui figure dans la liste des lieux sur lesquels l'évêque de Coutances avait droit de visite : «In parrochia de Piris visitat et procurationem percipit super abbatiam Sancti Taurini Ebroicensis.» *Recueil des Historiens de France*, t. XXIII, p. 540.

[24 Décembre.] Die mercurii que fuit XXIIII ejusdem mensis Decembris et vigilia Nativitatis Domini, celebrata fuit missa ordinaria Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua interfuerunt domini Nicolaus Couty, Jacobus Junii, Robertus Gaguin, Reginaldus de Vaccaria et ego Tulleu, decanus; et post missam in capella, predictis dominis presentibus, supplicarunt Johannes Dugue, magnus bidellus Facultatis, et Claudius Poculot, subbidellus, admitti ad renovandum juramenta sua, sicut facere consueverunt anno quolibet; qui per eorumdem dominorum deliberacionem certis de causis ad proximam missam fuerunt remissi[1].

31 Decembre. Die mercurii ejusdem mensis Decembris ultima, fuit missa ordinaria Facultatis celebrata apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt dominus Nicolaus Couty, Reginaldus de Vaccaria et ego decanus; et post missam fuit examinatus in capella Vulfardus Rouere, clericus, Tornacensis diocesis, et ad gradum baccalariatus admissus, et pro bursis solvit duos ducatos LX sol. par.

Fuerunt insuper per eosdem dominos admissi ad sua renovandum juramenta supradicti bidelli, magnus scilicet et parvus, postquam, per organum dicti magni bidelli Dugue, humiliter supplicaverunt ut mater Facultas eos dignaretur supportatos habere quoad def(f)ectus per eos in anno preterito commissos, et recommissos quoad exercicium officiorum pro anno sequenti. Qua supplicacione sic per eos facta, remonstratis per prius def(f)ectibus per eos retroactis temporibus commissis et factis, eisdem de dictorum dominorum jussu et ordinacione legi de verbo ad verbum et ad longum statuta que jurare habent dicti bidelli; que omnia, tactis sacrosanctis Ewangeliis, observare juraverunt pro tempore futuro.

1489. [2 Janvier.] Veneris secunda mensis Januarii, fuit congregatio Universitatis apud Sanctum Maturinum super duobus articulis: primus, super discordia mota in veneranda nacione Francie super procuracione nacionis ejusdem; secundus erat communis, super supplicacionibus et injuriis. In qua presentes fuerunt domini Nicolaus Couty, Robertus Gaguyn et Reginaldus de Vaccaria, me tunc propter infirmitatem absente.

[5 Janvier.] Die lune quinta ejusdem mensis, fuit congregacio Universitatis apud Sanctum Maturinum, super duobus articulis: primus, ad audiendum lecturam litterarum per supremum nostrum Regem ad matrem Universitatem Parisiensem transmissarum; secundus communis, super supplicacionibus et injuriis. Et in ea fuerunt presentes domini Nicolaus Couty et Robertus Gaguynus, me absente propter infirmitatem.

[8 Janvier.] Die jovis octava mensis ejusdem, fuit lectura dominorum doctorum, et legerunt domini Nicolaus Couty, de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picart,

[1] En marge : « Ista die legit dominus Johannes Picart Decretalem *Firmiter*. »

Robertus Gaguyn, Reginaldus de Vaccaria et ego Tulleu, decanus. Fuerunt autem absentes domini Johannes de Courcellis et Ambrosius de Cambray.

Et post lecturam fuit ordinaria missa apud Sanctum Johannem; in qua presentes fuerunt domini Nicolaus Conty, Stephanus de Veteri Villa, Johannes Picart, Robertus Gaguyn, Reginaldus de Vaccaria et ego decanus. Et post missam, cum essent dicti domini, in capella, uti consuetum est, comparuerunt quidam baccalarii, numero sex, qui supplicaverunt admitti ad examen pro licencia; qui remissi fuerunt ad missam sequentem.

Die mercurii XIII ejusdem mensis, fuit missa ordinaria apud Sanctum Johannem; in qua presentes fuerunt domini Nicolaus Conty, Stephanus de Veteri Villa, Reginaldus de Vaccaria et ego Tulleu, decanus. Et post missam examinati fuerunt in capella, et post examen ad gradum baccalariatus admissi magister Johannes Seguyer[1], clericus, Montisalbanensis diocesis, qui pro bursis solvit tria scuta auri, quorum unum erat ad solem, et magister Johannes Frolo[2], de [14 Janvier.

[1] C'était peut-être l'un des fils de Gérard Séguier, conseiller au Parlement de Paris depuis 1469 environ, fils lui-même d'Artaud Séguier, seigneur de Saint-Geniez. Cependant il ne figure pas dans la généalogie dressée par J.-B. de l'Ermite-Souliers et François Blanchard, *Les Eloges de tous les premiers presidens du Parlement de Paris* (1645, in-fol.), p. 221.

[2] La famille Frolo ou Frollo, immortalisée par Victor Hugo dans *Notre-Dame de Paris*, était l'une des familles parisiennes qui avaient le plus d'attaches avec le Châtelet. Le 24 mai 1479, nous trouvons Simon Frolo (*Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 187), qui, étant procureur au Châtelet, le 5 mars 1488 [1489], «emancipe Claude, son fils, aagé de 16 ans, escolier à Paris: curateur, le père» (*ibid.*, p. 383); et le 24 novembre suivant, «a pouvoir de faire les reparations d'une maison assis à Saint Leu Taverny à luy appartenant» (*ibid.*, p. 416). — Le 7 février 1488 [1489], c'est-à-dire un an environ après son admission au baccalauréat, «honorable homme et sage m. Jehan Frolo, *bachelier en Decret*, a esté receu advocat et a fait serment.» *Ibid.*, p. 380. — Son père, Simon, mourut le 4 juillet 1493. *Ibid.*, vol. 765, p. 186. — Et le 3 juin 1494, les registres du Châtelet mentionnent «m. Jehan et Claude Frolo, enfans et heritiers de feu Simon Frolo, procureur au Chastellet». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 236. — Le 25 du même mois, «honorable homme m. Jehan Frolo, advocat au Chastellet, et m. Claude Frolo, procureur au Chastellet, [plaident] contre Jehan Bouchart, prieur de Tournant». *Ibid.*, p. 238. — Le 14 mai 1499, «honorable homme et sage m. Jehan Frolo, advocat au Chastellet, [comparoist au Chastellet], requerant à l'encontre de Jacques Grandin qu'il vuide d'un hostel appartenant audit Frolo, rue Neufve Saint Merry, pour ce que l'intention dudit Frolo est d'y aller demourer: dit est que ledit Grandin vuidera.» *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 267.

Jean fut peut-être le parrain d'un ses neveux, qui portait le même prénom que lui: le 10 mars 1528 [1529], se présentent au Châtelet «Claude Frolo, procureur au Chastellet, ou nom et comme executeur de feue noble femme Jacqueline Nicolas, sa femme, et tuteur de Jehan Frolo, mineur, noble homme et sage m. Jehan Aligret, archidiacre de Laval en l'église du Mans, advocat en Parlement, subrogé tuteur dudit Jehan Frolo au lieu dudit Claude Frolo, son père, quant à la confection d'inventaire et partage des biens demeurez du decez de ladite Jacqueline, Claude Frolo, advocat en Parlement, Pharon Charpentier, advocat en Parlement, Marie Frolo, sa femme, m. Loys Ysambert, procureur en Parlement, et Jehanne Frolo, sa femme, lesdits Frolo enfans dudit Claude Frolo et de ladite feue Jacqueline Nicolas et heritiers de ladite Jacqueline: dit est que partage et division seront fais des biens demeurez au jour du decez de ladite deffuncte.» *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 469. — Le même jour, «honorable homme et

Parisius, in artibus magister, qui pro bursis solvit duo scuta cum dimidio : sic pro ipsis duobus quinque scuta cum dimidio.

Supplicaverunt eciam pro examine licencie qui ante supplicaverant; qui eciam (F° 161 r°) ad proximam [missam] remissi fuerunt.

Fuit et eadem die sigillata littera gradus pro domino Stephano Paris. presbitero, qui propter paupertatem, de speciali dominorum gracia, solvit tantum XVI sol. par. : sic XVI sol. par.

[21 Janvier.] Die mercurii XXI ejusdem mensis Januarii, fuit missa ordinaria apud Sanctum Johannem; in qua presentes fuerunt domini Ambrosius de Cambray, Nicolaus Conty, Stephanus de Veteri Villa, de Vaccaria et ego Robertus Tulleu. Et post missam, in capella, eisdem dominis supplicarunt iterum duo baccalarii ex illis qui prius supplicaverant pro examine licencie; et tunc per eosdem dominos ordinatum fuit quod ego decanus super eadem materia et supplicacione Facultatem convocarem cicius quam fieri posset.

[22 Janvier.] Die jovis que fuit XXII ejusdem mensis, fuerunt domini doctores convocati per cedulam ad locum camere magnarum scolarum Facultatis, super duobus articulis, quorum primus ad deliberandum et advisandum super facto presentatorum ad examen licencie; secundus communis, super supplicationibus et injuriis. Quantum ad primum articulum, exposui dominis presentibus quod erant octo baccalarii qui se pro examine licencie presentaverant, et quoniam illi sponte et non vocati venerant ad Facultatem, videbatur aliquibus, attenta maxime temporis malicia, quod propterea admittendi essent, quoniam, si non admitterentur ad dictum licencie examen, possent de facili ad alias transire Universitates, quod in magnum ipsius Facultatis detrimentum cedere videbatur. In contrariam partem aliis videbatur, ut dixi, quod cum illi baccalarii, qui sic ad examen licencie se presentaverant, non essent qualificati secundum leges et statuta Facultatis, sine quibus Facultas ipsa subsistere non poterat nec consistere, in quibus siquidem cavetur expresse quod baccalarii, antequam ad examen licencie possint accedere,

sage m. Jehan Frolo, advocat au Chastellet, a emancipé Nicolas Frolo, son fils, escolier à Paris, aagé de 11 ans; curateur, Charles Testart (?), procureur au Chastellet.» *Ibid.*, p. 470. — Dans un acte passé à Tournan, le 7 août 1507, «Jehan Frollo» est qualifié de «licencié en loix, advocat ou Chastellet de Paris, garde pour le Roy nostre sire de la prevosté de Tournan en Brye». Bibl. nat., *Pièces orig.*, vol. 1253, dossier Frolo et Frollo, pièce 2. — En 1566, les Frollo possédaient aussi la seigneurie de Champrosay, et, cette année-là, un Jean Frollo qui mourut en 1577, après avoir été avocat au Parlement de Paris, est qualifié de «sieur de Champrozé, prevost de Tournant en Brye [Tournan, Seine-et-Marne, arrond. de Melun]». *Ibid.*, pièces 5 et 6.

Les armes de ce dernier Frollo étaient : *D'azur au chevron d'argent accompagné de trois étoiles d'or à huit rais* (*Ibid.*, pièce 7). — Sur lui, voir encore Campardon et Tuetey, *Inventaire des registres... du Châtelet*, n° 2791.

debent primo docere de tempore ad ipsum examen requisitum; 2° quod sua levaverint volumina ad faciendum scilicet fidem de lecturis librorum; sed sic etenim erat quod tantum tres de illis octo presentatis eorum quilibet unum tantum volumen levaverat, alii autem quinque nullum, nec eciam aliquis illorum octo in scolis legerat, nec alibi, saltem constabat minime; quodque eciam, transactis temporibus, super hujusmodi statutorum observacione fuerant reformaciones pluries facte, quas tunc ad memoriam reduxi, et de quibus eciam satis per libros Facultatis constare poterat; que omnes, sub magnis eciam penis, prohibent ne baccalarii aliqui ad licencie examen admittantur, nisi qualificati fuerint, quantum ad tempus et lecturas, secundum ejusdem Facultatis statuta. Verum sic erat quod illi presentati non erant sic qualificati. Quapropter nonnullis videbatur quod non debebant admitti. Super quibus tunc presentes domini deliberaverunt quod non placebat eis quod examen pro licencia publicaretur in magnis scolis. Quantum vero ad presentatos, placuit majori parti dominorum presencium illos in examine probare quantum ad doctrinam scilicet et scientiam, et secundum hoc, postmodum peramplius super illorum admissione, vel non, deliberare. Et sic conclusi.

In qua siquidem congregacione fuerunt presentes domini Johannes de Courcellis, Nicolaus Conty, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picart, de Vaccaria et ego Tulleu, decanus.

Die lune XXVI mensis ejusdem, apud Sanctum Johannem celebratus fuit obitus defuncti domini Martini de Fraxinis, presentibus dominis Nicolao Conty, Stephano [de] Veteri Villa et me decan(u)o, ac eciam deliberatum quod placebat luminare pro festo Purificacionis modo consueto fieri. [26 Janvier.]

Die mercurii ejusdem mensis XXVIII, fuerunt domini convocati per cedulam ad cameram scolarum, hora scilicet prima post prandium, super duobus articulis; quorum primus ad audiendum supplicacionem quamdam quam facere intendebat magister Dyonisius Alligret, legens ordinarium Facultatis de mane, et ad ulterius procedendum super hujusmodi lectura, si opus esset et bonum eisdem dominis videretur; secundus communis erat, super supplicationibus et injuriis. Et quantum ad primum articulum, eisdem dominis narravi quod dictus magister Dyonisius Alligret, legens de mane ordinarium, ad me accesserat, rogaveratque quatenus vellem (F° 161 v°) [convocare] Facultatem ad audiendum supplicationem quamdam quam facere intendebat eisdem dominis doctoribus, quodque presens erat, si eisdem eum audire placeret; qui unanimiter dixerunt quod sic. Vocatus itaque ac comparens, supplicando eisdem dominis exposuit, et ornate quidem, quod a multis jam el[f]luxis annis studuerat in consultissima Decretorum Facultate, et adeo quod cum dominorum benivolencia ad baccalariatus gradum fuerat [28 Janvier.]

IMPRIMERIE NATIONALE.

admissus, ac deinde, cum diu ut baccalarius in eadem legisset, tandem ad licencie gradum promotus, ac postremo, de speciali ejusdem Facultatis gracia, ad lecturam magni primique ordinarii assumptus. Quam quidem lecturam per annos XII ac supra continuaverat, quodque eciam lecture illius occasione, tametsi bona multa suscepisset, multos eciam labores diurnos pariter et nocturnos ac frigora passus fuerat. De bonis itaque susceptis graciarum actiones referebat immortales, supplicando humiliter ut eum domini in bene actis gratum ac recommissum, in ceteris siquidem supportatum habere dignarentur. Et quoniam, ut subjunxit, difficil[l]imum sibi videbatur tantos in futurum labores supportare posse, corporali quadam indisposicione causante, propterea lecturam ipsam in ejusdem Facultatis manibus reponebat ac dimittebat, addendo quoque quod magister Johannes Seguyer, in legibus licenciatus et in Decretis etiam baccalarius, qui pro eo diebus multis lecturam ipsam legerat, vir erat admodum doctus ac laboriosus, talisque qui dicte lecture labores sufferre posset eidemque satisfacere ad ipsius Facultatis honorem atque audiencium utilitatem et commodum. Requirebat propterea ut domini pro sua humanitate ac benivolencia eumdem Seguyer ad ipsius lecture promocionem recommissum habere dignarentur.

Addidit et 3° quod affectabat plurimum, cum eorumdem dominorum beneplacito ac ex amicorum suorum consilio, ad doctoratus dignitatem promoveri, in cujus signum jam cum domino Johanne de Courcellis, suo doctore, composuisse deque suis juribus satisfecisse asseruit. Ea de re supplicabat humiliter ad hujusmodi doctoratus dignitatem admitti. De die vero ceterisque agendis dictorum dominorum discretioni se submittebat. Instanter tamdem (*sic*) requisivit ut per dominorum ordinacionem hec sua supplicatio in Facultatis registro per decanum inscriberetur. Quibus sic dictis, dictus dominus Johannes de Courcellis, tunc presens, dixit ac declaravit quod dictus dominus legens Alligret sibi de suis juribus jam satisfecerat, deque eo contentabatur, ac propterea eum Facultati presentabat.

Postmodum vero, per Facultatem vocatus, dictus magister Johannes Seguyer comparens supplicando eisdem dominis exposuit se intellexisse quod dominus legens lecturam matutinalem dimittere volebat in manibus ac disposicione Facultatis, quodque ipse jam pluries pro dicto domino legente lectionem ipsam matutinalem legerat, illamque in posterum cum dictorum dominorum beneplacito continuare affectabat plurimum. Supplicabat propterea quatenus domini de sua speciali gracia eum quantum ad dictam lecturam habere recommissum dignarentur in dicti domini legentis locum.

Super quibus supplicationibus domini tunc presentes, videlicet domini de Courcellis, Conty, de Veteri Villa, Junii, Picart, Gaguyn, de Vaccaria et ego Tulleu, decanus, in modum sequentem deliberaverunt.

Et primo, quantum ad supplicationem primam, dixerunt domini quod lecture matutinalis dimissionem per ipsum Alligret factam in disposicione Facultatis

recipiebant, ipsumque dominum legentem in def(f)ectibus et omissionibus supportatum, in ceteris vero bene actis scilicet gratum et recommissum habebant plurimum.

Quantum vero ad supplicationem magistri Johannis Seguyer, posteaquam multi ex dominis eum tam de scientia deque doctrina quam eciam de spe profectus commendassent, plurimum intendebant volebantque sibi in petitis per eum complacere et in dicti Alligret locum ponere et instituere; verumtamen, quia materia grandis erat, pro ipsius Facultatis gravitate voluerunt domini quod ipse Seguyer per octo adhuc dies legeret; quibus transactis, iterum compareret coram Facultate, et tunc domini suam eidem intencionem et conclusionem intimarent ac significarent, in prima scilicet missa futura.

Deinde vero, quantum ad terciam supplicacionem, qua predictus legens Alligret (F° 162 r°) admitti petebat ad gradum doctoratus, placuit omnibus dominis quod sua supplicatio in Facultatis registro poneretur et scriberetur per decanum, ut sibi supplicatio illa tempore et loco opportunis valeat quod juris fuerit et racionis.

Et quantum ad supplicacionem in se, dixerunt materiam grandem esse, quodque magna deliberacione indigebat ex utraque parte; propterea illam ad alias congregaciones remittebant, ut ipsi super illa sua pro parte, ipse quoque eciam pro sua amplius deliberare possint.

Die jovis XXIX ejusdem mensis Januarii, fuit missa ordinaria apud Sanctum Johannem celebrata, in qua presentes fuerunt domini Conty, [de] Veteri Villa, Gagnyn, de Vaccaria, me tunc existente in conservacione. [29 janvier.]

Die lune que fuit secunda mensis Februarii, fuit apud Sanctum Johannem celebrata missa de Purificacione Beatissime Virginis Marie, et fuit luminare distributum prout hactenus fuit consuetum, fueruntque tunc presentes domini Conty, [de] Veteri Villa, [de] Vaccaria, Picart et ego Tulleu, decanus. [2 Février.]

Die jovis quinta mensis ejusdem, fuit missa ordinaria apud Sanctum Johannem, et, post missam, congregacio dominorum in capella; in qua presentes fuerunt domini Ambrosius [de] Cambray, Nicolaus [de] Conty, [de] Veteri Villa, Johannes Picart, Robertus Gagnyn, [de] Vaccaria et ego Tulleu; et ibidem, post vocacionem supplicancium, comparuit magister Johannes Seguyer, qui supplicando exposuit quod ipse, juxta dominorum ordinacionem, lectionem ordinariam de mane per octo dies legendo continuaverat; supplicabat propterea ut ipsi domini de sua gracia sibi dictam ordinariam lecturam concedere et ad illam eum admittere ac recipere dignarentur. [5 Février.]

Qua siquidem supplicacione audita, omnes domini presentes unanimi sentencia et conclusione eum admiserunt et legentem ordinarium de mane constituerunt,

fecerunt et receperunt. Quo facto, juramenta per legentes de mane prestari consueta fecit ipse et prestitit [1].

Comparuit eciam magister Dyonisius Aligret, qui, suam continuando supplicacionem, admitti peciit ad juramenta prestari solita per illos qui ad gradum doctoratus petunt admitti. Cui responsum datum fuit quod, per statuta consuetudinesque laudabiles Facultatis Decretorum, in tali materia, que arduissima erat, debebant domini per tres missas et per cedulam convocari, quodque missa ista prima erat; debebat itaque ultimam expectare, in qua a Facultate responsum reciperet.

Supplicando eciam exposuit Facultati magister Jacobus Luillier quod jampridem in Universitate Aurelianensi gradum baccalariatus in jure canonico receperat, ac quinque volumina secundum illius Universitatis consuetudinem habebat; admitti propterea cum ceteris ad licencie examen humiliter supplicabat. Cui responsum datum fuit quod, secundum statuta et laudabiles Facultatis consuetudines, nullus ad dictum licencie examen admitti debebat nisi primitus esset in ipsa Facultate incorporatus et receptus; quod hoc faceret, et postmodum Facultas sibi daret responsum.

Supplicavit eciam quidam magister Jacobus..... (*sic*) pro littera gradus baccalariatus, que sibi concessa fuit; pro qua, de dominorum gracia, sua causante paupertate, solum solvit XVI sol. par.; que fuit post sigillata, et recepit Du Gué XVI sol. par.

Supplicavit eciam quidam magister..... (*sic*) pro littera nominacionis, que sibi concessa fuit.

Fuerunt eciam in dicta congregacione examinati et consequenter ad gradum baccalariatus et ad lecturam admissi videlicet magister Clemens Londa, in artibus magister, clericus, Constanciensis diocesis, qui pro bursis duo scuta solvit, et magister Johannes Concialis (*sic*), alias Leuton [2], clericus, diocesis Sancti Flori, qui pro bursis solvit eciam duo scuta; et sic pro ipsis duobus quatuor scuta.

Fuit insuper in dicta congregacione per majorem partem dominorum dictum quod solum illi presentati ad examen pro licencia, qui suum tempus per statuta determinatum et specificatum haberent, ad dictum examen admitterentur.

Ordinatum fuit finaliter quod in materia dicti magistri Dyonisii Aligret nichil fieret nisi omnibus dominis per cedulam ad hoc convocatis. Et ita fuit conclusum.

[1] En marge : «Magister Johannes Seguyer in legentem ordinarium de mane per Facultatem institutur».

[2] En 1494, «Johannes Cortialis» ou «Cordialis, alias Leuthon», du diocèse de Saint-Flour, maître ès arts et bachelier en Décret, se présente à la collation du prieur de Soucilanges, diocèse de Clermont, et à celle de l'abbesse «et conventus Blasilie [Blesle], diocesis.....». *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 48. — En 1495, il se présente à la collation de l'abbé de Saint-Allyre, O. S. B., diocèse de Clermont, et à celle des doyen et chapitre de l'église N.-D. «Chanalerie (*sic*). dioc... [Chamalières, diocèse de Clermont]»; — en 1496, à la collation de l'évêque et du chapitre de Cahors (*Guatursensis*) et à celle de l'évêque et du chapitre de Sarlat (*Carlatensis*). *Ibid.*, fol. 94 v° et 132.

(F° 162 v°.) Die jovis XII mensis ejusdem, in missa ordinaria apud Sanctum Johannem comparuerunt domini Ambrosius de Cambray, Nicolaus [de] Conti, de Veteri Villa, Gaguin, de Vaccariâ, me absente; et post missam in capella comparuit magister Dyonisius Aligret, qui, suam continuando supplicacionem, requisivit admitti ad prestandum juramenta pro doctoratu. Super qua supplicacione deliberaverunt domini quod, die jovis sequenti, haberet decanus convocare Facultatem post prandium, in camera scolarum, per cedulam, ad deliberandum super sua supplicacione aliisque Facultatem ipsam concernentibus. [1er Février.]

In eadem quoque congregacione, fuit examinatus et ad gradum baccalariatus admissus frater Nicolaus de La Place, presbiter, ordinis S. Augustini, diocesis Rothomagensis, qui pro bursis solvit duo scuta cum dimidio; et sic duo scuta cum dimidio.

Et ista michi retulit dominus Stephanus de Veteri Villa, thesaurarius Facultatis.

Jovis XIX ejusdem mensis Februarii, fuit missa ordinaria apud Sanctum Johannem, et post missam convenerunt domini in capella, uti consuetum est, et presentes fuerunt domini [de] Couty, [de] Veteri Villa, [de] Vaccaria et ego Tulleu, et vocatis per bidellum supplicantibus, comparuerunt presentati ad examen pro licencia, numero novem, exponentes quod juxta Facultatis ordinacionem suas magnas deportaverant cedulas; quapropter supplicabant ut domini dignarentur ad ulteriorem ipsorum expedicionem procedere, ad ap(p)ercionem videlicet examinis. Quibus per eorumdem dominorum deliberacionem responsum fuit quod domini ordinaverant Facultatem fore congregandam, ad diem sabbati proximo futuram, super ipsorum materia et supplicacione; qua congregacione celebrata, daretur eisdem responsum. [19 Février.]

In eadem congregacione, fuit examinatus et ad baccalariatum admissus magister Adam Gerarii[1], arcium magister, qui pro bursis solvit duo scuta ad solem; sic II scuta ad solem.

[1] Les le Cirier étaient encore une de ces familles parisiennes dont les membres étaient en relations avec l'Université, le Parlement et le Chastellet. Le 16 novembre 1479, «honorable homme et sage m. Jehan le Cirier, licencié ès loix, bachelier en Decret, a esté receu advocat au Châtelet». *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 194.

Le 10 septembre 1485, se présente au Châtelet un de ses homonymes, «Jehan le Cirier, marchant huillier et chandelier de suif, requerant avoir par rachapt c solz parisis de rente restant de VII livres parisis que Estienne Collet, menuisier, Gilles Collet, aussy menuisier, Jehanne, vesfve de feu m^e Junin [Jehan?] de Nantron, et la femme Jehan Baillet avoient droit de prendre sur la maison dudit Cirier, rue Saint Anthoine». *Ibid.*, p. 334. — Le 16 avril 1491 [1492], «honorable homme Jehan le Cirier, advocat en Parlement, a appellé de la taxe et des depens contre luy donné[s] au profit de Guyot Gourdin». *Ibid.*, vol. 765, p. 134. — Le 17 mai 1499, «au tesmoignage de honorables hommes m. Thierry le Cirier, docteur regent en la Faculté de medecine à Paris, père, m. Jehan Avis, aussy docteur en medecine, ayeul maternel, m. Jehan le Cirier, m. Oudart le Cirier, advocats en Parlement, *m. Adam le Cirier, advocat au Chastellet*, et m. Dominique le Cirier, bachelier en theologie, oncles paternels, m. Jehan Avis le jeune, oncle maternel,

[21 Février.] Sabbati XXI die ejusdem mensis, fuit convocata Facultas ad locum camere scolarum, super duobus articulis : primus, ad deliberandum super supplicacione supradicti magistri Dyonisii Aligret sepius per eum facta, ac eciam super materia presentatorum ad examen pro licencia; secundus communis, super supplicacionibus et injuriis.

Quantum ad primum articulum, comparuit dictus Aligret, qui suam alias supplicacionem sepius factam paucis sub verbis reiteravit, ac supplicavit admitti ad juramenta pro doctoratu prestari solita. Cui post dominorum presencium deliberacionem, videlicet dominorum de Courcellis, Am[brosii de] Cambray, Nicolai [de] Conty, [de] Veteri Villa, Junii, Picart, Gaguin, [de] Vaccaria et Tulleu, fuit eidem responsum quod placebat eisdem dominis eum admittere et ad juramenta recipere, solvendo scilicet solvi consueta; et ad communicandum cum eo super hujusmodi solvendis Facultas quatuor ex suo numero dominos deputaverat.

Quantum vero ad secundam partem primi illius articuli, videlicet de supplica-

Marcelot des Cordes, oncle maternel à cause de sa fame, Guichard des Cordes, m. Jehan de Corey, advocat au Chastellet, m. Guillaume Lamballe, m. François Cousinot, amis et affins de Robert, Jehan, Marie, Thierry, Anthoinette et Nicolas les Ciriers, enfans mineurs dudit m. Thierry et de feue Marie Avis, sa fame, sont donnez tuteurs le père et m. Jehan Avis, ayeul, et ledit Thierry a accepté la garde bourgeoise de sesdits enfans». *Ibid.*, vol. 765, p. 268. — Le 16 juillet 1499, c'est le frère d'Adam qui plaide au Châtelet : «Maistre Dominique le Cirier, bachelier en theologie, escolier à Paris, [se presente] contre Reverend Père en Dieu m. Helie d'Arnon, pour raison de l'archidiaconé de Thierasche, chanoinie et prebande de Laon; dit est que la chose contentieuse sera regie sous la main du Roy.» *Ibid.*, p. 280. — Le 1er février 1500 [1501], «au tesmoignage de damoiselle Jehanne le Bastier, veufve feu m. Jehan le Cirier, advocat en Parlement, mère, m. Thierry le Cirier, docteur en medecine, Adam le Cirier, advocat au Chastellet, Dominique le Cirier et Leon le Cirier, frères, oncles, m. Remy Cauchon, chanoine de Rheins, cousin, tous du costé paternel de Jehanne, fille de feu m. Jehan le Cirier, advocat, et de ladite Jehanne le Bastier, ont esté esleus tuteurs la mère et ledit Adam le Cirier». *Ibid.*, p. 424. — Le 8 mars 1528 [1529], «Nicolle le Cirier, naguères regent en l'Université de Paris, fils de feu m. Adam le Cirier, [plaide] contre honorable homme m. Pierre le Cirier, procureur general du roy au bailliage de Vermandois, touchant L livres parisis de rente en douaire que ledit deffunt m. Adam le Cirier par son contrat de mariage fait le vendredy 2 aoust 1493 avec Jehanne de Versoris, sa première femme et mère dudit Pierre, donna à ladite Jehanne». *Ibid.*, p. 469. — En 1494, quelques mois après son premier mariage, Adam le Cirier, maître ès arts et licencié en Décret, se présentait à la collation de l'évêque et du chapitre de Chartres, et à celle de l'abbé de Saint-Loup de Troyes. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 24 v°.

En 1515, Thierry le Cirier, maître ès arts, du diocèse de Paris, se présente à la collation des évêques et chapitres du Mans et de Chartres. *Arch. de l'Université de Paris*, vol. 51, fol. 258 v°. — En 1518, il se présente à la collation des évêques et chapitres de Laon et de Soissons. *Ibid.*, fol. 399. — En 1520, il est «curatus de Almeto, diocesis Senonensis, et in Decretis licenciatus», et se présente à la collation des évêques et chapitres d'Orléans et de Meaux. *Ibid.*, vol. 53, fol. 14 v°. — En 1523, il est «canonicus insignis ecclesie Meldensis» et se présente à la collation de l'évêque de Meaux et à celle du prieur «S. Celine prope et extra muros Meldenses, O. S. B.». *Ibid.*, fol. 178-178 v°. — En 1524, il se présente à la collation de l'abbé de Saint-Germain d'Auxerre et à celle de l'évêque et du chapitre d'Orléans. *Ibid.*, fol. 208.

Sur Nicole le Cirier, cf. G. Péries, *La Faculté de Droit*, p. 190 n.; sur Jean, cf. plus haut, p. 75 n. 2.

cione presentatorum ad examen pro licencia, multis per prius dictis ac narratis hinc inde, statutis quoque Facultatis auctoritate apostolica confirmatis in medium propositis et exhibitis per decanum, tandem dominorum presencium pars in numero major in hanc devenit sentenciam, quod certis de causis eis placebat omnes presentatos ad examen pro licencia admittere ac recipere, et quod sic concluderem. Quod facere constanter recusavi, Facultatis ejusdem statutis auctoritate apostolica confirmatis obstantibus, ut quibusdam presentibus ac michi videbatur. Id ipsum tamen postmodum per antiquiorem conclusum extitit et execucioni demandatum.

Die mercurii XXV mensis Februarii, fuit mater Facultas convocata post prandium [25 Février.] ad locum camere scolarum, super duobus articulis : primus, ad providendum de ecclesia parrochiali Sancti Andree de Arcubus Parisius, vacante tunc in turno Facultatis Decretorum per obitum defuncti magistri Johannis Hue, theologie doctoris[1]; secundus, super supplicacionibus et injuriis. In qua quidem congregacione presentes fuerunt omnes domini doctores, qui unanimiter et concorditer deliberaverunt omnes et singuli quod placebat eis ad dictam Sancti Andree parrochialem ecclesiam nominare reverendum patrem et dominum dominum Ambrosium de Cambray, Decretorum doctorem actu regentem ac Pariensis ecclesie cancellarium, pro ipsius Facultatis turno, sicque conclusi ego decanus.

Jovis XXVI ejusdem mensis die, fuit missa ordinaria Facultatis apud Sanctum [26 Février.] Johannem, et post missam, ut moris est, dominorum congregacio in capella; in qua fuerunt presentes domini N[icolaus de] Conty, de Veteri Villa, Gaguin et de Vaccaria, me in conservacione existente.

(F° 163 r°.) Veneris die XXVII mensis ejusdem, fuit congregacio Universitatis [27 Février.] apud Sanctum Maturinum, super tribus articulis : primus articulus, super ap(p)ertione rotuli nominandorum pro hoc anno; secundus, ad providendum de ecclesia parrochiali Sancti Andree de Arcubus Parisius, cujus presentacio ad Universitatem spectat; tercius communis, super supplicacionibus et injuriis.

Quantum autem ad articulum secundum, dixi ego decanus, ex parte Facultatis, quod ad Facultatem Decretorum, matrem meam, spectabat ac pertinebat pro turno suo hac vice nominare Universitati presentandum per eam collatori, quodque mater ipsa Facultas bene debiteque convocata, omnibus doctoribus tunc presentibus ad super hac re deliberandum convocatis, unanimiter ac nemine reclamante, deliberaverat ac concluserat eidem Universitati presentare prestan-

[1] Jean Hue, d'Étampes, doyen de la Faculté de théologie, qui engagea en 1482 un procès avec Ambroise de Cambray au sujet de la chancellerie de Notre-Dame. Ce procès durait encore en 1488.

tissimum patrem et dominum dominum Ambrosium de Cambray, Decretorum doctorem, et propterea ego Robertus Tullen, ejusdem consultissime Facultatis Decretorum decanus, pro ea ipsiusque nomine eumdem dominum Ambrosium eidem Universitati nominavi, supplicando ut ipsum reverendo in Christo patri domino Parisiensi episcopo, ejusdem ecclesie collatori[1], presentare dignaretur. In qua congregacione fuerunt presentes domini Ambrosius de Cambray, [de] Conty, [de] Veteri Villa, Gaguin, [de] Vaccaria et ego.

Et quantum ad primum articulum, conclusum fuit quod placebat Universitati aperire rotulum, quodque illius data de die secunda mensis Marcii curreret. Quo sic dicto, ego decanus, de eorumdem dominorum precepto, protestacionem feci, ipsius Facultatis nomine, quod quidquid Facultates alie in hujuscemodi materia dicerent aut concluderent, esset hoc sine prejudicio processus pendentis in venerabili curia Parlamenti inter Facultatem ipsam Decretorum et alias tres Facultates, requirendo ut scriba Universitatis hujusmodi protestacionem in suo registro scriberet et registraret.

Quantum vero ad secundum articulum, placuit omnibus Facultatibus presentare dictum dominum Ambrosium de Cambray dicto reverendo patri et domino domino Parisiensi episcopo, dicte parrochialis ecclesie collatori, et hoc pro ipsius Facultatis turno; fuitque eciam per omnes Facultates declaratum quod ultimus turnus spectaverat ad Facultatem theologie, que nominaverat per antea ad parrochialem ecclesiam Sancti Germani Veteris venerabilem virum magistrum Petrum Foliot, theologie doctorem; presens quoque nominacio ad dictam Sancti And(e)ree ecclesiam ad Decretorum Facultatem pro suo turno pertinebat, et sequens ad medicine Facultatem, et sic consequenter ad naciones Facultatis arcium.

Quantum autem ad tercium articulum, concesse fuerunt littere gradus, probatis probandis.

[5 Mars.] Die jovis quinta mensis Marcii, anno eodem Domini M CCCC LXXXVIII, fuit missa ordinaria Facultatis apud Sanctum Johannem, in qua presentes fuerunt domini [de] Conty, [de] Veteri Villa, Gaguin et [de] Vaccaria, me tunc existente in conservacione; et post missam examinatus fuit et ad gradum baccalariatus admissus Johannes Egidii, clericus, Parisiensis diocesis, qui pro bursis solvit duo scuta; ideo II scuta.

[11 Mars.] Die mercurii XI ejusdem Marcii, fuit missa ordinaria Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua interfuerunt domini Nicolaus [de] Conty, [de] Veteri Villa, Gaguin, me tunc propter infirmitatem absente.

[1] Jean de Beaumont de La Forest (1473-1492).

Jovis XIX mensis ejusdem die, fuit missa ordinaria Facultatis; in qua fuerunt presentes domini [de] Conty, de Veteri Villa, Gaguin et de Vaccaria, me tunc in conservacione existente; et post missam in capella, fuerunt examinati magister Johannes Huyart, in artibus magister, Trecensis ecclesie canonicus, et dominus Johannes Mathei, presbiter, Rothomagensis diocesis, qui post examen fuerunt ad baccalariatus gradum admissi, et solvit eorum quilibet pro bursis duo scuta cum dimidio; sic pro ipsis duobus quinque scuta. [19 Mars.]

Ita michi retulit dominus receptor Facultatis de Veteri Villa.

Die lune XXIII mensis ejusdem, fuit examinatus et ad gradum baccalariatus admissus per dominos, in camera scolarum, religiosus vir frater Franciscus du Mar, ordinis S. Augustini et Cenomanensis diocesis, qui pro bursis solvit duo scuta cum dimidio; ideo II scuta cum dimidio. [23 Mars.]

Sic michi retulerunt duo bidelli, magnus et parvus.

Die mercurii XXV ejusdem mensis, fuit celebrata missa de Annunciacione (F° 163 v°) gloriosissime Virginis Marie apud Sanctum Johannem; in qua presentes fuimus dominus Nicolaus [de] Conty et ego Tulleu, decanus. Postmodum vero supervenit dominus Milo [d'Illiers], Carnotensis episcopus. [25 Mars.]

Die veneris XXVII ejusdem mensis, fuit celebrata missa ordinaria Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua presentes fuerunt domini [de] Conty, de Veteri Villa, de Vaccaria et ego Tulleu, et post missam se presentavit ad examen pro gradu baccalariatus magister Johannes Chanterel[1], in artibus magister, de Parisius, cui fuit Decretalis assignata. [27 Mars.]

[1] Jean Chanterel, né vers 1467, fut avocat au Châtelet. Il était le fils aîné de Guillaume Chanterel, également avocat au Châtelet, et de sa première femme, Catherine Vinandon. — Le 28 juin 1474, les registres du Châtelet mentionnent l'affaire de «Raoulin Gallet, fils de feu Loys Gallet, contre Jehanne Bodion, damoiselle, veufve feu m. Jehan Bezon, conseiller au Parlement, et m. Guillaume Chanterel, advocat au Chastellet, pour raison des fiefs de la Halme et du Fay et autres assis à Triel que ladite damoiselle et Chanterel ont maintenu leur appartenir; dit est qu'ils jouyront pendant et durant le procez.». *Collection Clairambault*, vol. 764, p. 57. — Le 14 novembre 1480, «honorable homme et sage m. Guillaume (de) Chanterel, advocat au Chastellet, emancipe Jehan son fils, escolier à Paris, aagé de 13 ans; curateur, le père». *Ibid.*, p. 218.

Jean avait au moins neuf frères et sœurs: car, le 10 novembre 1488, «honorable homme et sage m. Guillaume Chanterel, advocat au Chastellet, bourgeois de Paris, accepte la garde bourgeoise de Catherine, Loyse, Robine, Philipes, Nicolas, Pasquette, Philipes, Marie et Denis, ses enfans et de feue Catherine sa femme». *Ibid.*, p. 372. — Et le 15 décembre suivant, «au tesmoignage de m. Guillaume Chanterel, père, m. Jehan Chanterel, frère, m. Robert Bayer, frère à cause de sa femme, Pierre Vinendon, escuier, oncle maternel, m. Richard Heslin, docteur en medecine, cousin dudit costé, m. Leon Conseil, chancelier de l'eglise de Bayeux, cousin dudit costé, m. Nicolle Coulomb, bachelier formé en theologie, cousin paternel, et m. Chrestien Foliot, licencié en theologie, allin et amy de Catherine, Loyse, Robine, Phelipes, Pasquette, Nicolas, Jehane, Marie et Denis, enfans

IMPRIMERIE NATIONALE.

[31 Mars.] Die martis ultima ejusdem mensis Marcii, fuit dictus magister Johannes Chanterel per dominos examinatus in camera magnarum scolarum, et post examen ad gradum baccalariatus admissus, qui pro bursis solvit duo scuta; sic II scuta.

Sic michi retulerunt domini [de] Conty, receptor, et de Vaccaria.

[2 Avril.] Die jovis secunda mensis Aprilis VI CCCC LXXXVIII, fuit congregacio Universitatis apud Sanctum Bernardum, super tribus articulis: primus, ad audiendum lecturam litterarum supremi domini Regis; secundus, ad audiendum relacionem dominorum ambassiatorum ad regiam Majestatem; tertius communis, super supplicacionibus et injuriis. Et fuerunt presentes in dicta congregacione domini de Cambray, [de] Conty, de Veteri Villa, Gaguin, de Vaccaria et ego Tulleu.

Et quantum ad primum, agit Universitas graciarum actiones domino nostro Regi de litterarum suarum communicacione ac eciam de privilegiorum confirmacione; domino confessori[1], de litterarum suarum transmissione, ac eciam dominis ambassiatoribus, deputatis et aliis; voluitque quod tempore debito fierent processiones et interim preces et oraciones in collegiis, ac insuper placuit quod privilegium super residuo detur execucioni per ipsos ambassiatores et deputatos alias datos.

Quantum vero ad secundum articulum, placet quod eisdem ambassiatoribus plenaria fiat satisfac[t]io.

De supplicacione domini rectoris, annuit eidem, et parata est dare auxilium et assistenciam. Alias supplicaciones concedit, probatis probandis.

[6 Avril.] Die lune VI Aprilis, fuerunt examinati in camera scolarum, et post examen per dominos tunc presentes ad gradum baccalariatus admissi duo, scilicet frater Meninius Lyon, presbiter, ordinis S. Benedicti, diocesis Parisiensis, et dominus

mineurs dudit Guillaume Chanterel et de feue Catherine Vinandon, sa femme, ont esté esleus tuteurs ledit Guillaume Chanterel et Jehan Chanterel». *Ibid.*, p. 375. — Le 13 août 1489, «honorable homme et sage m. Guillaume Chanterel et Jehan Chanterel, son fils, advocat au Chastellet, en leurs noms et comme tuteurs des enfans mineurs dudit m. Guillaume Chanterel et de feue Catherine Vinandon, jadis sa femme, ont tenu et tiennent l'inventaire qui fait a esté après le decez de laditte deffunte des biens par elle delaissez pour clos, reservé toutefois les livres dudit m. Guillaume Chanterel». *Ibid.*, p. 405.

Guillaume se remaria sans doute en cette même année 1489. Le 20 octobre, nous voyons se présenter au Châtelet «honorable homme et sage m. Guillaume Chanterel, advocat au Chastellet, en son nom et de Marthe Grandin, sa femme, contre m. Michel Soly, commis à reparer un hostel rue Saint Honoré; dit est que ledit Chanterel pourra faire visiter laditte maison qui jadis fut feu Jacques Grandin». *Ibid.*, p. 413. — Le 27 octobre 1500, Guillaume, toujours avocat au Châtelet, «renonce à l'execution testamentaire de feu m. Nicole Coulon, docteur en theologie, chanoine de Bayeux, à laquelle il avoit esté choisy et eslu avec Estienne Grandis, docteur en theologie, Richard Helain, docteur en medecine, et Guillaume (de) Coulon, frère et habile à se dire heritier dudit deffunt». *Ibid.*, vol. 765, p. 395.

[1] Jean de Rély. Sur ce personnage, voir plus haut, t. II, p. 305, n. 1; Célestin Port, *Dictionnaire historique, géographique et biographique de Maine-et-Loire* (Paris et Angers, 1878, in-8°), t. III, p. 233.

Laurencius Boullon, presbiter, Rothomagensis diocesis, qui pro bursis solverunt eorum quilibet . . . , et sic pro ipsis . . . (*sic*).

Die martis decima quarta mensis Aprilis, anno Domini M CCCC LXXXVIII, post juramenta per presentatos ad licenciam prestari solita, mater Decretorum Facultas ad aulam reverendi in Christo patris domini Parisiensis accessit cum baccalariis presentatis numero XIII; quo in loco existens dominus ecclesie Parisiensis cancellarius eosdem presentatos per majorem Facultatis ejusde bidellum evocari fecit, secundum ordinem in rotulo sequenti scriptum et per dominos doctores actu Parisius in eadem Facultate Decretorum regentes dispositum et ordinatum. [14 Avril.]

Sequuntur itaque dictorum presentatorum nomina et cognomina cum eorumdem ordine :

Robertus de Bellefaye	Hunc adoptavit dominus Johannes de Corcellis.
Leo Consilii	Hunc dominus Ambrosius de Cambray.
Johannes Mauparlier [1]	Hunc dominus Nicolaus de Couty.
Frater Guillermus Tabourelli [2].	Hunc dominus Stephanus de Veteri Villa.
Johannes Doujac	Hunc dominus Robertus Gaguin.
Jacobus Luillier	Hunc Robertus Tulleu, pro secunda vice.
Jacobus le Senechal	Hunc dominus Jacobus Junii.
Petrus de Pisis	Hunc Robertus Tulleu, pro prima vice.
Johannes Godin	Hunc dominus Johannes de Corcellis, pro secunda vice.
Nicolaus Godin [3]	Hunc dominus Ambrosius de Cambray, pro secunda vice.

[1] Jean Mauparlier était sans doute un très proche parent, peut-être un neveu, de cet autre Jean Mauparlier qui fut curé de Sarcelles et licencié en Décret. Cf. plus haut, p. 107 et n. 1. Il paraît probable qu'il faut l'identifier avec *Claude* Mauparlier, reçu bachelier en Décret le 26 août 1485 (cf. *ibid.*). *Jean* devait être son véritable prénom, à moins qu'on ne l'ait confondu avec son parent, le curé de Sarcelles. — La famille parisienne des Mauparlier était une famille de marchands plutôt aisés. Le 16 mai 1467, «Adam Mauparlier, poissonnier d'eau douce, Henriette sa femme, Anthoine Mauseras, poissonnier, Jehanne sa femme, icelles femmes seurs, renoncent à la succession de feue Thevenette, leur seur, jadis femme de Jehan Richer, pescheur». *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 4; cf. vol. 765, p. 216. — Le 4 mars 1488 [1489], «honorable homme Nicolas Mauparlier, marchand drapier, bourgeois de Paris, emancipe Henry, son fils, aagé de 8 ans, escolier à Paris; curateur, le père». *Ibid.*, vol. 764, p. 382. — Le 23 novembre 1493, mention de sa sœur Jeanne, «vesnfve Nicolas Chevalier, heritiere en partie de feu Jehan Mauparlier, marchant drapier, bourgeois de Paris.» *Ibid.*, vol. 765, p. 212; cf. p. 227.

[2] En 1493, frère Guillaume Tabourel, licencié en Décret et bachelier en théologie, se présente à la collation des abbés de Saint-Maur et de Saint-Germain-l'Auxerrois de Paris. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 8 v°.

[3] Jean et Nicole Godin, fils de Gilles Godin, le notaire au Châtelet, que Victor Hugo a aussi nommé dans *Notre-Dame de Paris* (éd. Hetzel, 1880, t. I, p. 110), furent tous deux avocats au même Châtelet. — Un autre Jean Godin, qui était aussi notaire au Châtelet, était peut-être leur oncle

Frater Johannes Tabourelli. .	Hunc dominus Reginaldus de Vaccaria.
Guillermus Boudeti	Hunc dominus Stephanus de Veteri Villa, pro secunda vice.
Frater Guillermus Hebert. . .	Hunc dominus Johannes Picart.
Guillermus Goteronis	Hunc dominus Nicolaus de Conty, pro secunda vice.

ou leur grand-père; on lit en effet dans les registres, à la date du 23 juin 1447 : «Maistre Jehan Godin, notaire au Chastellet, qui puis naguères a acquis une maison à tiltre de rente des religieuses de Saint Marcel lez Paris, rue Saint Severin, faisant le coing de la ruelle aux Prestres, a pouvoir de reparer.» *Coll. Clairambault*, vol. 763, p. 255. — Le 22 décembre 1474, «noble homme Fiacre de Harville, escuier, seigneur de Paloisel, [est] condamné comme detenteur de certains heritages qui furent naguères à Jehanne, femme separée de Jehan Moisy, boucher, assis à Paloiseau, envers Gilles Godin, notaire, au nom et comme ayant le gouvernement de ses enfans et de feue Alips, sa femme, à luy payer la somme de XLIX livres, en quoy par lettres du 3 fevrier 1462 ladite Jehanne s'obligea, elle et tous ses biens, envers ledit Godin». *Ibid.*, vol. 764, p. 76; cf. vol. 765, p. 70. — Le 22 juin 1490, «Guillaume Marc, bourgeois de Paris, a appellé d'une sentence donnée au profit de Gilles Godin, notaire». *Ibid.*, vol. 765, p. 6. — Le 28 février 1490 [1491], «Gilles Godin, notaire au Chastellet, a emancipé Ambrois Godin, son fils, escolier à Paris, aagé de 16 ans : curateur, m. Jehan Guy». *Ibid.*, p. 34. — Le 7 juin 1491, comparaissent «Jehan Godin, Nicolle Godin, licenciés en loix, Jehan Daniel et Florent Luillier et leurs femmes, icelles femmes et lesdits Jehan et Nicolle Godin frères et seurs, heritiers en partie de feue Catherine la Petite, femme de feu Jacques de La Croix, vendeur de bestail au marché de Paris, leur ayeulle maternelle, qui ont fait proceder par voye de saisie sur mᶜ livres parisis deu[e]s par Jehan Haroust et Jehan Ponchon, vendeurs de bestail, à la succession de ladite Catherine, contre venerable et discrète personne m. Jacques de La Croix, chanoine de Saint Germain l'Auxerois, et m. Denis Marchandeau, notaire au Chastellet, executeurs du testament de ladite deffuncte; dit est que ladite somme sera baillée ausdits executeurs». *Ibid.*, p. 61. — Le 7 janvier 1491 [1492], le procès continue : «Honorables hommes et sages maistres Jehan et Nicolle Godins, advocats au Chastellet, Fleurant Luillier et Charlotte sa femme, et Jehan Donneil (*sic*), et Catherine sa femme, iceux Nicolle, Jehan, Charlotte et Catherine frères et seurs, enfans de Gilles Godin et de feue Alix de La Croix, jadis sa femme, fille de feu Jacques de La Croix et de Catherine Petit, [se presentent comme] demandeurs contre venerable et discrète personne m. Jacques de La Croix et Denis Marchandeau et sa femme à cause d'elle, heritiers aussy en partie desdits deffunts Jacques de La Croix et (de ladite) Catherine Petit; dit est que lesdits de La Croix et Marchandeau mettront ès mains de m. Pierre Paulmier, examinateur, toutes les lettres, tiltres et papiers estans de la succession desdits deffunts pour en faire partage». *Ibid.*, p. 110; cf. p. 116. — Le 9 avril 1491 [1492], «m. Jehan Godin, licencié ès lois, advocat en Parlement, [comparoist] contre Pierre de Breban: dit est que ledit Godin sera subrogé au lieu et droit de Mathurin Goutheron pour raison de la chapelle de Nostre Dame fondée à Saint Innocent (*sic*)». *Ibid.*, p. 132. — Le 14 avril suivant, «Guillaume Guillier, procureur au Chastellet, en son nom et de sa femme, Gilles Godin et Jehanne (*sic*) de Longueil, sa femme, [se presentent] contre m. Jehan Louchart, advocat en Parlement; dit est que les demandeurs pourront faire informer, sçavoir si ledit Louchart a outrepassé les deffenses à luy faites de poursuivre son edifice». *Ibid.*, p. 134. — Le 16 juin 1492, «Nicolle et Jehan Godins, frères, advocats au Chastellet, Florent Luillier, notaire, Charlotte sa femme, et Jehan Daniel et sa femme, iceux Godins et femmes frères et seurs et heritiers de feue Catherine la Petite, leur ayeulle maternelle, femme de Jacques de La Croix, [plaident] contre m. Jacques de La Croix, fils et heritier en partie de ladite deffuncte, pour raison des loyers de la maison de *la Croix de fer* deus par messire Jehan de La Tranchée». *Ibid.*, p. 143.

Le 27 septembre 1492, «Jehan Godin [est] institué notaire [au Chastellet] au lieu de feu Gilles

(F° 164 r°.) Die jovis ultima Aprilis, anno Domini M° CCCC LXXXIX, fuit missa ordinaria apud Sanctum Johannem; in qua interfuerunt domini de Veteri Villa, Gaguin et de Vaccaria; et, post missam, fuit examinatus et ad gradum baccalariatus admissus dominus Franciscus Regis, presbiter, diocesis Pictavensis, qui pro bursis solvit tria scuta; ideo tria scuta. [30 Avril.]

Jovis VII mensis Maii, fuit missa ordinaria apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt presentes domini de Veteri Villa, Robertus Gaguin, de Vaccaria et ego decanus, et fuit post missam ordinatum de lectura dominorum et de die. [7 Mai.]

Godin, son père, en vertu de lettres du 22 de ce mois». *Ibid.*, p. 154.

Le 12 décembre 1492, «Philipes de Longueil, veufve de feu Gilles Godin, notaire, [plaide] contre Clement Hebert, pour raison d'une maison rue des Noyers». *Ibid.*, p. 160. — Le 1er juillet 1493, «m. Jehan et Philipes Godin, advocats au Chastellet, [se presentent] contre Philipes de Longueil, veufve Gilles Godin; dit est qu'avant faire partage des biens dudit Godin sera pris la somme de M^c IIII^xx XII livres V solz faisant moitié de VII^c LXVIII livres X solz que lesdits Godins maintiennent leur appartenir par l'inventaire fait après le decez de feue Alix de La Croix, leur mère, comme aussy de certains deniers receus par ledit feu Godin comme representant leur mère heritière de feu Jacques de La Croix, leur père grant, et de certains lais à eux fais par Marguerite la Rouzarde». *Ibid.*, p. 185. — Le 21 août 1493 surgit un autre procès: «Fleurant Luillier et Jehan Daniel et leurs femmes [sont] complaignans en cas de saisine pour raison de la succession de feux Gilles Godin et Alix de La Croix, sa première femme, contre m. Jehan Godin; compulsoire.» *Ibid.*, p. 195.

Le 7 octobre 1493, «honorable homme maistre Nicole Godin [est] receu en l'office d'auditeur au Chastellet, en vertu de lettres données à Tours le 10 septembre dernier». *Ibid.*, p. 204. — Le 27 janvier 1500 [1501], «m. Nicolle Godin, licencié ès loix et auditeur des causes au Chastellet, s'est constitué plége et caution pour Jehan de Rueil, receveur de Paris, de la somme de XI^xx livres». *Ibid.*, p. 422. — Le 22 février 1528 [1529], «noble et discrète personne Jehan de La Balue, protenotaire du Saint Siège, et honorable homme Jehan Thouart, grenetier de Chastel en Portien, executeur testamentaire de feu noble homme m. Nicolle Godin, conseiller au Parlement, [se presentent] contre Jehan et Jacques Godin, enfans et habilles à estre heritiers dudit deffunt». *Ibid.*, p. 463. — Et le 12 mars suivant, «noble et discrète personne Jehan de La Balue, curé de Saint Eustache, et Jehan Thouart, executeurs du testament de feu noble homme et sage m. Nicolle Godin, conseiller au Parlement, et m. Jehan Godin, heritier seul et pour le tout dudit deffunt, et m. Jacques Godin, heritier de feu Perete Aymery, jadis femme dudit deffunt, Nicolle Godin et Catherine Godin, femme dudit Jehan Thouart, ont fait la solemnité et tenu l'inventaire fait après le decez dudit deffunt pour clos». *Ibid.*, p. 471.

Une autre mention contenue dans les mêmes registres du Châtelet paraît en contradiction avec les précédentes. Le 17 avril 1493, «au tesmoignage de honorables hommes m. Jehan Godin, Nicolas Godin, m. Fleurant Luillier, Jehan Daniel, frères paternels à cause de leurs femmes, Jehan Eschart, oncle à cause de sa femme, Guillaume Marc, oncle, m. Richard Ferrant, m. Regnant Garnier à cause de sa femme, cousins remuez de germain, m. Jehan Ery, cousin germain, Guillaume Guillier, cousins d'Ambrois, Anne et Jehanne, enfans mineurs de feu Gilles Godin, notaire, et de Margueritte Marc, sa seconde femme, sont donnez tuteurs Jehan Godin et m. Regnant Garnier». *Ibid.*, vol. 765, p. 170. On a vu que la première femme de Gilles Godin, Alix de La Croix, mère des deux bacheliers en Décret, Jean et Nicole, était morte avant le 22 décembre 1474. Le 14 avril 1492, nous le trouvons remarié avec Jeanne ou plutôt Philippe de Longueil; le 27 septembre suivant, il est déjà passé de vie à trépas, et Philippe de Longueil est dite sa veuve. Comment expliquer son mariage avec Marguerite Marc, qui d'ailleurs est dite sa «seconde femme»? Nous n'avons pu résoudre ce petit problème.

[8 Mai.] Die veneris VIII mensis ejusdem, fuit apud Sanctum Johannem celebratus obitus defuncti bone memorie domini Johannis Chuffart, Decretorum doctoris et ecclesie Parisiensis cancellarii.

[9 Mai.] Sabbati IX ejusdem mensis, fuit celebrata apud Sanctum Johannem missa de sancto Nicolao, in qua presentes fuerunt domini de Veteri Villa et Gaguin.

[14 Mai.] Die jovis XIII ejusdem mensis, fuit missa ordinaria apud Sanctum Johannem, et post missam se presentaverunt pro examine baccalariatus magister Johannes Postis et Robertus Goupil, quibus fuit Decretalis assignata; et eadem die legerunt domini, scilicet de Veteri Villa, Junii, de Vaccaria et ego decanus.

[19 Mai.] Martis XIX die ejusdem mensis Maii, fuerunt examinati illi duo, videlicet magister Johannes Postis, in artibus magister, diocesis Ebroicensis, et Robertus Goupil, clericus, Rothomagensis diocesis, quoniam affirmabant quod necessario recessuri erant in crastino; id ipsum eciam affirmavit eorum doctor dominus Ambrosius de Cambray; qui post examen fuerunt admissi ad gradum baccalariatus, et pro bursis solverunt ipsi duo quatuor scuta cum dimidio; sic III scuta cum dimidio.

[21 Mai.] Jovis XXI ejusdem mensis fuit missa ordinaria apud Sanctum Johannem; in qua presentes fuerunt domini de Veteri Villa et de Vaccaria, me tunc in conservacione existente.

[27 Mai.] Die mercurii XXVII ejusdem mensis, que fuit vigilia Ascensionis Domini, fuit missa ordinaria apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt presentes domini de Veteri Villa, Gaguin et de Vaccaria, qui post missam ordinaverunt quod ego traderem magistro Jacobo Luillier, in Decretis licenciato, cedulas baccalariatus quas apud Facultatem produxerat ad faciendum fidem quod erat baccalarius in Decretis in Universitate Aurelianensi; quas eidem, postquam michi id relatum fuit per dominum de Veteri Villa et duos bidellos, tradidi et deliberavi.

[4 Juin.] Jovis quarta mensis Junii, fuit missa ordinaria apud Sanctum Johannem; in qua interfuerunt domini de Veteri Villa, Gaguin et de Vaccaria; et post missam fuit examinatus et ad gradum bâccalariatus admissus Crespinus Prepositi, clericus, Ebroicensis diocesis, qui pro bursis solvit, ut michi retulerunt domini de Veteri Villa et de Vaccaria, duo scuta; sic II scuta.

[10 Juin.] Veneris XII ejusdem mensis, fuit missa ordinaria apud Sanctum Johannem; in qua presentes fuimus dominus de Corcellis et ego decanus; et quoniam nihil novi tunc occurrebat, propterea recessimus.

Die mercurii XVII mensis ejusdem, fuit missa ordinaria apud Sanctum Johannem. Fuimus presentes domini de Veteri Villa, de Vaccaria et ego decanus; et post missam, in capella se presentavit pro examine gradus baccalariatus Johannes Loison, cui fuit Decretalis assignata. [17 Juin.

Die dominica XXI ejusdem mensis, fuit congregacio Universitatis apud Sanctum Maturinum, super duobus articulis: primus, ad eundum processionaliter et devote ad ec[c]lesiam Sancti Germani Altisiodorensis; secundus communis, super supplicacionibus et injuriis. Et supplicavit dominus rector magister Robertus Bellefaye ut mater Universitas dignaretur eum habere gratum et advoatum, acta per eum rata, etc.[1]. Supplicarunt etiam multi alii pro litteris gradus. [21 Juin.

Et quantum ad primum articulum, placuit omnibus Facultatibus ire processionaliter et devote ad dictam ecclesiam Sancti Germani Altisiodorensis. Et quantum ad secundum articulum, fuit supplicacio domini rectoris admissa et concessa in forma. Alie eciam supplicaciones fuerunt concesse, probatis probandis.

Die veneris XXVI ejusdem mensis Junii, fuit missa ordinaria Facultatis apud (F° 164 v°) Sanctum Johannem; in qua fuerunt presentes domini de Veteri Villa, Gaguin, de Vaccaria et ego decanus; et post missam, examinati fuerunt et ad gradum baccalariatus admissi dominus Petrus Gaucherii, presbiter, diocesis Noviomensis, qui pro bursis solvit duo scuta auri, et Johannes Loison, clericus, Carnotensis diocesis, qui pro bursis solvit eciam duo scuta; sic iiii scuta auri. [26 Juin.

Jovis secunda mensis Jul(l)ii, fuit missa ordinaria apud Sanctum Johannem, et presentes fuerunt domini de Veteri Villa, Gaguin et de Vaccaria, me existente in conservacione. [9 Juillet.

Die mercurii VIII ejusdem mensis Jul(l)ii, ego Robertus Tulleu, decanus, incepi legere extraordinarium in magnis scolis, et hoc pro turno meo. [8 Juillet.

Die jovis IX ejusdem, fuit missa ordinaria apud Sanctum Johannem: in qua presentes fuerunt domini Johannes de Corcellis, Ambrosius de Cambray, de Veteri Villa, Gaguin et de Vaccaria; et post missam, in capella comparuit dominus legens ordinarium de mane, magister Johannes Seguyer, vocatus ad requestam magistri Johannis du Gue, magni bidelli Facultatis, inter quos fuerunt coram dominis supradictis multa hinc inde prolocuta. Quibus auditis. [9 Juillet.

[1] Sans doute pour le certificat publié par lui le 3 juin précédent et relatif aux privilèges universitaires des généraux des Aides et de leurs enfants et parents. Cf. Du Boulay, *Hist. Univ. Paris.*, t. V, p. 792. — Deux jours après, le 23 juin (*ibid.*), Jean Lantman succédait à Robert Bellefaye.

fuit per dominos injunctum dicto legenti quod intraret hora consueta de mane, legeretque, expediret et continuaret suas lectiones bene et debite, ad honorem Facultatis et audiencium utilitatem. Et quantum ad injurias propter quas bidellus ipse conquerebatur contra dictum legentem, ordinatum fuit quod bona fieret informacio per Facultatem. Et ita michi per dominos relatum fuit, quoniam tunc eram in conservacione.

[16 Juillet.] Jovis XVI mensis ejusdem, fuit missa ordinaria, in qua presentes fuerunt domini de Veteri Villa et Robertus Gaguin; nichilque actum fuit tunc, quia novi nil supervenerat.

[23 Juillet.] Jovis XXIII die ejusdem mensis, fuit missa ordinaria apud Sanctum Johannem, in qua interfuerunt duo bidelli tantummodo, quoniam nullus dominorum interfuit; eram etenim tunc ego decanus in Conservacione.

[27 Juillet.] Lune XXVII ejusdem mensis Jul(l)ii, [fuit] congregacio Universitatis per juramentum apud Sanctum Maturinum super tribus articulis : primus, ad audiendum ea que facta fuerant in materia privilegiorum et in execucione carte noviter adepte; secundus, ad audiendum lecturam quarundam litterarum ab Universitate Andegavensi transmissarum matri Universitati Parisiensi et ad recipiendum resignacionem alterius capellaniarum de Savoysi[1]; tercius communis, super supplicacionibus et injuriis.

Universitas primo regraciatur dominis de Parlamento, generalibus dominis Camere compotorum, dominis deputatis ac omnibus aliis.

Ad primum articulum, approbat rotulum officiariorum per depu[ta]tos confectum, et vult quod dicti officiarii habeant litteras sigillo magno Universitatis sigillatas et postmodum presententur. Quantum ad alios librarios non-scriptos adhuc in rotulo, non est concordia.

Quantum ad secundum articulum, de litteris Universitatis Andegavensis, remittit materiam ad consiliarios et deputatos; et quantum ad resignacionem capelle, admittit eam, sine prejudicio turni, et dummodo ille fuerit capax et graduatus. Ad materiam decime, dat deputatos.

Ad supplicacionem receptoris, scilicet Generi, capit onus pro eodem. Ad supplicacionem domini rectoris, concedit eam, et ceteras, probatis probandis.

[30 Juillet.] Die jovis XXX ejusdem mensis, fuit missa ordinaria Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua interfuimus dominus de Veteri Villa et ego, decanus, et post missam nihil actum, quia non fuerunt supplicantes.

[1] L'une des chapellenies de l'Université.

Jovis que sexta fuit mensis Augusti, fuit missa ordinaria, in qua fuerunt presentes domini Robertus Gaguin, de Vaccaria et ego decanus; et post missam in capella supplicacionem fecit dictus dominus Robertus Gaguin, generalis minister etc., pro mensibus rigoroso et gracioso, quoniam, ut dicebat, iturus erat neccessario ad partes remotas. Cui dicta sua supplicacio fuit concessa in forma. [6 Août.]

Item eciam fuit ordinatum et conclusum quod dominus legens ordinarium sollicitaret processum pendentem in curia Parlamenti inter Facultatem Decretorum et alias Facultates. Quod onus ipse acceptavit libenter.

Sabbati VIII ejusdem mensis, fuit congregacio Universitatis apud Sanctum Maturinum super tribus articulis : primus, ad audiendum que facta sunt per dominos deput[at]os et consiliarios (F° 165 r°) in complecione rotuli officiariorum Universitatis; secundus, ad corrigendum aliqua que videntur directe esse contra bonum Universitatis; tercius communis, [super] supplicacionibus et injuriis. [8 Août.]

Universitas agit gracias dominis deputatis, et ad primum articulum, placet eidem quod XIII librarii ponantur in rotulo cum aliis decem, sub condicionibus et obligacionibus premissis et per eos factis. Ad secundum articulum, admittit articulos lectos et vult quod demendentur (*sic*) execucioni. Ad supplicacionem domini generalis, concedit in forma. Ad nuncium, non est concordia. Alias supplicaciones concedit, probatis probandis.

Martis XI mensis ejusdem, fuit congregacio Universitatis apud Sanctum Maturinum, super duobus articulis : primus, super totali perfectione rotuli officiariorum Universitatis dominis generalibus presentandi; secundus communis, super supplicacionibus et injuriis. [11 Août.]

Universitas dat deputatos de singulis Facultatibus, qui cum aliis habeant deponere deponendos. Ulterius approbat rotulum per deputatos factum; tamen, si fuerint difficultates, corrigentur per ipsos deputatos, et ad taxam. fiat ipsa taxa secundum discrecionem deputatorum et qualitatem personarum, et hoc fiat sine ulteriori regressu ad Universitatem. Litteras gradus concedit, probatis probandis.

Jovis XIII ejudem mensis, fuit missa ordinaria, in qua fuerunt presentes domini de Veteri Villa, de Vaccaria et ego decanus; et post missam in capella se presentavit ad examen pro gradu baccalariatus Girardus de Brion, cui fuit assignata Decretalis pro examine. [13 Août.]

Sabbati XV mensis ejusdem, fuit celebrata apud Sanctum Johannem missa de Concepcione Beatissime Virginis Marie; in qua fuerunt presentes domini de [15 Août.]

IMPRIMERIE NATIONALE.

Veteri Villa, de Vaccaria et ego decanus; et post in capella fuit examinatus et ad gradum baccalariatus admissus Girardus de Brion [1], clericus, diocesis Lingonensis, qui pro bursis solvit duo scuta; sic II scuta.

[21 Août.] Veneris XXI ejusdem mensis Augusti, fuit missa ordinaria, et in ea fuerunt presentes domini de Veteri Villa, de Vaccaria et ego Tulleu; et post missam fuerunt examinati in capella et ad baccalariatum admissi videlicet Jacobus Nantuardi, clericus, Cabilonensis diocesis, et Andreas Verjuti [2], clericus, Cabilonensis eciam diocesis, qui solverunt simul pro bursis quatuor scuta cum dimidio; et sic pro ipsis duobus III scuta cum dimidio.

Advertendum est hic quod dominus Robertus Gaguin, generalis, recessit ab hac Parisiensi civitate, iturus in Angliam ut ambasiator supremi domini Regis [3], die lune XVII ejusdem mensis Augusti M CCCC LXXXIX. Dominus eum conducat et reducat feliciter!

[27 Août.] Jovis XXVII ejusdem mensis Augusti, fuit missa ordinaria apud Sanctum Johannem; in qua presentes fuerunt domini Ambrosius de Cambray, de Veteri Villa, de Vaccaria et ego Tulleu; et post missam in capella fuerunt examinati et ad gradum baccalariatus admissi Guillermus de La Mare [4], clericus, Constanciensis diocesis, et Johannes Flandroys, presbiter, Ebroycensis diocesis, qui pro bursis solverunt quilibet duo scuta; et sic III scuta.

[1] Le 30 juillet 1499, «honorable homme et sage m. Gerard de Brion, executeur du testament de feüe damoiselle Jehanne Constant, [se presente au Chastellet] contre m. Bardin le Vannier, prisonnier de la Conciergerie; dit est que ledit le Vannier sera eslargy». *Collect. Clairambault*, vol. 765, p. 283. — Cette «damoiselle Jehanne Constant» avait été, le 15 mai 1494, «condamnée envers les religieux de Chaalis.» *Ibid.*, p. 235.

[2] Le 6 avril 1499, «honorable homme, discrète et sage personne m. Andry Verjus, docteur en chacun droit, a esté receu advocat ceans [au Chastellet] et a choisy son siège du costé des fenestres». *Coll. Clairambault*, vol. 765, fol. 257. — Il devint conseiller-clerc au Parlement de Paris, le 27 janvier 1505 [1506]. Cf. Blanchard, *Catal. de tous les Conseillers*, p. 42 *b*; *Franç.* 23; 328, fol. 165. — Le 31 mai 1525, il devenait président des Enquêtes. *Franç.* 23328, fol. 172 et 178 v°; 32140, fol. 264 v°. — Il fut, avec Jacques Mesnager, l'un des conseillers devant qui comparut Guillaume Briçonnet, en 1525. Cf. Moreri, *Grand Dict. histor.*, t. II, p. 287, col. 1.

[3] Sur cette ambassade, dont faisait partie François de Luxembourg, cf. *Henrici Historia regis septimi a Bernardo Andrea Tholosate conscripta*, éd. James Gairdner (Londres, 1858, in-8°), p. 55. — Voir aussi *Polydori Vergilii Anglica historia* (Bâle, 1557, in-fol.), p. 581; F. Bacon, *The history of the reign of Henry VIIth* (Londres, 1676, in-fol.), p. 49; Thuasne, ouvr. cité, t. I, p. 76 et suiv.

[4] C'est le célèbre humaniste de Coutances, qui fut chanoine et trésorier de la cathédrale de cette ville, docteur en l'un et l'autre droit, recteur de l'Université de Caen. Ses principaux ouvrages sont :

De sacrosancta Eucharistia regisque nostri Ludovici laudibus ac expeditione in Venetos opusculum egregium Guilielmi de Mara (Paris, Josse Bade, 1509, in-4°), avec une dédicace, datée de Caen, à Charles de Martigny, évêque de Castres et abbé de Saint-Étienne de Caen; — *Tripertitus in Chimeram conflictus* (s. l. n. d., in-4°), avec dédicace de l'auteur à Jean de Ganay, chancelier de France, datée «ex Cadomensi gymnasio sub natalem Dominicum M. D. X»: autres éd., Josse Bade, 1511 et 1513;

Die jovis III mensis Septembris, anno quo supra, fuit missa ordinaria Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt presentes domini de Veteri Villa et de Vaccaria, me existente in conservacione; et post missam se presentavit ad examen pro baccalariatu Petrus Facier, Nivernensis diocesis, in artibus magister, cui fuit Decretalis per eosdem dominos assignata. [3 Septembre.]

Sabbati, que fuit quinta Septembris, fuit congregacio Universitatis, apud Sanctum Maturinum, super tribus articulis : primus, ad audiendum lecturam litterarum a regia Majestate transmissarum; secundus, super resignacione minus officii librariatus; tercius communis, super supplicacionibus et injuriis. [5 Septembre.]

Universitas regraciatur supremo domino nostro Regi de communicacione suarum litterarum, et ad contenta in eisdem, placet quod illi supplicantes de cetero legant hora determinanda per deputatos et conformiter ad modificaciones factas desuper. Ad secundum, admittit resignacionem. Ad supplicacionem domini rectoris, dat deputatos, qui habeant determinare de materia. De aliis annuit, probatis probandis.

Martis VIII ejusdem mensis, fuit celebrata missa de Nativitate Beatissime Virginis Marie; in qua fuerunt presentes domini Nicolaus de Conty, de Veteri Villa et ego Tulleu, decanus; sed nulli comparuerunt baccalarii in habitu decenti, et post missam in capella fuit examinatus (F° 165 v°) magister Petrus Facier[1], in artibus magister, Nivernensis diocesis, et ad gradum baccalariatus admissus, et pro bursis solvit duo scuta auri; ideo II scuta. [8 Septembre.]

Jovis die decima mensis ejusdem, fuit missa ordinaria Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua presentes fuerunt domini [de] Conty, de Veteri Villa, Junii [10 Septembre.]

De tribus fugiendis, ventre, pluma et venere, libelli III (Paris, H. Estienne, 1512, et Simon de Colines, 1521, in-4°): — *Sylvarum libri IV* (Paris, Josse Bade, 1513, in-4°); — *Musæi poetæ graeci ... de... Leandri ac Herus amore poemation*, cum Joanni Vatelli commentariis, Gulielmo de Mara, utrinsque juris doctore et cathedralis (apud) Constantiensis ecclesiæ thesaurario, paraphrasta luculentissimo (Paris, Josse Bade, 1514, in-4°): — *Epistolæ et orationes* (Paris, 1514, in-4°).

Cf. Brunet, *Manuel*, t. III, col. 1389; *Bibliothèques françaises de La Croix du Maine et de Du Verdier*, éd. Rigolet de Juvigny, t. I, p. 333; Fabricius, *Bibl. med. et inf. lat.* (Padoue, 1754, in-4°), t. IV, p. 154 *b* (très erroné): A. de Bourmont, *La fondation de l'Université de Caen* (Caen, 1883, in-8°), p. 13 et 14; Marcel Fournier, *Statuts et privilèges des Universités françaises*, t. III, p. 265 *b*; Ch. Fierville, *Étude sur G. de la Mare* (Paris, 1893, in-8°): Thuasne, ouvr. cité, t. II, p. 14 n., et p. 212 n.: Ph. Renouard, *Bibliogr... de Josse Bade Ascensius*, t. III, p. 73-76 et 85.

En 1493, Guillaume de La Mare, maître ès arts et bachelier en Décret, du diocèse de Coutances, se présente à la collation de l'évêque et du chapitre de Paris et à celle de l'évêque et du chapitre de Senlis. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 16. — En 1499, il se présente à la collation de l'archevêque et du chapitre de Bourges, et à celle de l'évêque et du chapitre de Chartres. *Ibid.*, vol. 50, fol. 56.

(1) Pierre Facier, maître ès arts et bachelier en Décret, se présente, en 1494, à la collation de l'archevêque et du chapitre de Bourges, et à celle de l'abbé de Saint-Pierre-le-Moutier, diocèse de Nevers. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 8.

et Picart; et post missam, in capella supplicavit dictus dominus Johannes Picart pro mense gracioso, quem sibi concesserunt domini presentes. Supplicavit eciam magister Nicolaus Prosart[1], de Parisius, admitti ad examen pro gradu baccalariatus; cui domini Decretalem assignaverunt.

[12 Septembre.] Sabbati XII ejusdem mensis, fuit congregacio Universitatis apud Sanctum Maturinum, super duobus articulis: primus, super totali expeditione rotuli; secundus communis, super supplicacionibus et injuriis.

[1] Les registres du Châtelet mentionnent, à la date du 12 juillet 1421, Gilles Prosart, orfèvre et bourgeois de Paris. *Coll. Clairambault*, vol. 763, p. 92. — Le 16 septembre 1426, «Jehan Nicolas [plaide] contre Gillet Prosart, pour raison de deux queues de vin que ledit Nicolas dit provenir de vignes de Andry Bailly, de Charonne». *Ibid.*, p. 117. — Le 25 juin 1439, «Dominique Ferrebourg [Ferreboue], Jacqueline, sa femme, paravant femme de Gilles Prosart, [plaident] contre Guillaume Baudin et Jacques Cirasse, tuteurs de Regnault Prosart, fils dudit feu Gilles et de ladite Jacqueline, heritier seul dudit deffunt, pour raison de XX mars d'argent donnez par ledit Gilles à ladite femme par son contract de mariage qui fut traitté en la Chapelle Saint Bon pour son doüaire». *Ibid.*, p. 171. — Gilles, l'orfèvre parisien, était le grand-père, et Regnault, le père du bachelier en Décret de 1489, qui était né en 1465, comme l'atteste l'une des mentions suivantes. Le 12 janvier 1478 [1479], «m. Robert Goulas, procureur en la Chambre des comptes, [plaide] contre Guillaume du Souchay et sa femme, paravant femme de feu Regnault Prosart, Jehan Baudin, marchant, bourgeois de Paris, tuteur des enfans dudit Prosart et de ladite femme, pour raison de XLVIII solz parisis de rente que ledit Goulas requeroit avoir par rachat et que lesdites femme et mineurs avoient droit de prendre sur une maison à Charronne, appartenant audit Goulas; dit est que ledit rachapt sera fait». *Ibid.*, vol. 764, p. 171. — Le 3 juillet 1488, «Charlot Loison et sa femme, fille de feu Regnault Prosart, marchant, bourgeois de Paris, et de Marie du Ru, jadis sa femme, à present femme de Guillaume du Souchay, a fait appeller honorable homme et sage m. Philipes Jayer, advocat au Chastellet, et sa femme, et m. Nicole Prosart, icelles femmes et Nicole frère et sœurs, enfans et heritiers chacun pour un tiers dudit deffunt Regnault». *Ibid.*, p. 362. — Le 17 février 1488 [1489], «au tesmoignage de Guillaume du Souchay, marchant, bourgeois de Paris, père, m. Nicolle du Ru, oncle maternel, M. Simon Radin, conseiller au Parlement, oncle à cause de sa feue femme, m. Philipes Jayer, Charles Loison, frères à cause de leurs femmes, m. Nicolle Prosart, frère de par mère, m. Jehan Hurault, cousin à cause de sa femme, m. Jehan Brulart, cousin germain, [m.] Jehan Bazin, cousin germain à cause de sa femme, m. Guillaume Lamy, m. Martin Cornay, cousins germains paternels, sire Jacques Nicolas, Jehan Baudry, Jehan Loys, Blenet Seguier, Jehan Rolant et Jehan de Harlus, voisins, amis et affins de Geoffroy, Loys, Margueritte, Anne et Marie du Souchay, enfans mineurs dudit Guillaume et de feue Marie du Ru, sa femme, ont esté esleus tuteurs ledit Guillaume du Souchay et Nicolle du Ru, et a ledit Guillaume, père, accepté la garde bourgeoise. — A la requeste de m. Nicole du Ru, m. Simon Radin, conseiller au Parlement, et m. Jehan Hurault stipulant pour m. Nicole Prosart, curateur luy a esté donné honorable homme Guillaume Nicolas, procureur au Chastellet.» *Ibid.*, p. 381. — Le 7 avril 1488 [1489], «pour ce que Marie du Ru, femme de feu Regnault Prosart et depuis femme de Guillaume du Souchay qui estoit interessé avec Jehan Baudin et m. Nicole Prosart, fils dudit feu Regnault, est alle[e] de vie à trespas, au lieu d'elle, à la requeste dudit Baudin et au tesmoignage de m. Philipes Jayer, advocat au Chastellet, Charles Loison, frères à cause de leurs femmes, Nicolas Mauparlier, Guillaume Lestournel et Jehan Lyot, tous cousins paternels à cause de leurs femmes, m. Jehan Brulart et Jehan Bazin, cousins maternels, Guillaume Baudin et Henry de Larche, notaire, cousins dudit Nicolle Prosart, a esté subrogé tuteur m. Philipes Jayer». *Ibid.*, p. 387. — Le 2 septembre 1489, «au tesmoignage de Jehan Baudin, cousin et tuteur, Guillaume du Souchay, qui a eu espouse la mère, m. Philipes Jayer et Charles Loison, frères à cause de leurs femmes, et

Quantum ad primum articulum, non placet Universitati sigillacio rotuli, donec decani fuerint contenti.

Ad secundum articulum et ad injuriam illatam magistro Eligio de Vaugermes[1], vult prosequatur, et quod dominus rector, cum proponente et bona comitiva, adeat dominos presidentes ad proponendum coram eis et petendum reparacionem, et quo[d] ad hoc dat adjunctionem. Ad supplicacionem magistri Johannis Generi, receptoris, pro et nomine Themencii Hebert, notarii, annuit supplicacioni ejus et prebet consensum. De aliis supplicacionibus, illas concedit, probatis probandis. Vult eciam quod dictus receptor reddat suum compotum.

In ista autem congregacione fuerunt presentes domini Nicolaus de Conty, Jacobus Junii et de Vaccaria, et ego postmodum superveni. Qui domini, post deliberacionem Facultatis, examinaverunt magistrum Nicolaum Prosart, de Parisius, magistrum in artibus, et post examen ad gradum baccalariatus admis(s)erunt. Qui pro bursis solvit tria scuta: sic tria scuta.

Jovis xvii ejusdem mensis Septembris, fuit missa ordinaria Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt presentes domini [de] Conty, de Veteri Villa, Junii et de Vaccaria, et post missam supplicavit magister Johannes Seguyer, legens or- [17 Septembre.

Henry de Larche, cousin de m. Nicolle Prosart, maistre ès ars, aagé de 24 ans, fils de feu Regnault Prosart et de feue Marie du Ru, sa femme, ledit Nicolle Prosart a esté mis hors de tuition». *Ibid.*, p. 407. — Le 19 juillet 1491, « m. Philipes Jayer, advocat au Chastellet, et sa femme, Charlot Loison et sa femme, et Nicolle Prosart, icelles femmes et ledit Prosart frère et sœurs, enfans et heritiers en partie de Marie du Ru, dernièrement femme de Guillaume du Souchay, [plaident] contre ledit Guillaume du Souchay: dit est que lesdittes parties feront la solemnité et seront les biens inventoriez et, ce faict, partage et division seront fais». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 75: cf. p. 77. — Le 23 novembre 1493, «Charles Loison, marchant, bourgeois de Paris, et sa femme [se presentent au Chastellet] requerans avoir par retrait lignager une maison rue de la Cossonnerie acquise par m. Milles Lombart, marchant, bourgeois de Paris, de m. Nicolle Prosart, frère de la femme dudit Loisel(*sic*)». *Ibid.*, p. 212.

[1] S'agit-il encore des thèses injurieuses proposées contre Éloi de Vaugermes, élu recteur le 10 octobre 1481, dans les écoles de la rue du Fouarre, et dont il se plaignait, le 9 novembre suivant, dans l'assemblée de la Faculté des arts? Cela est bien probable, puisque Du Boulay ne fait mention, de 1481 à 1498, d'aucun autre incident relatif à Éloi de Vaugermes. Cf. *Hist. Univ. Paris.*, t. V, p. 743, 827 et 872, et ci-dessus, p. 3 et p. 165 n. 1. Outre ces difficultés universitaires, il soutint, en 1499-1500, un procès contre Germain de Ganay. Le 4 février 1499 [1500], «noble homme et sage m. Germain de Ganay, conseiller aux requestes du Parlement, s'oppose à ce que aucune main levée ne soit faite à m. Esloy de Vaugermes de l'archidiaconné de Tournay». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 327. Et le 20 mai 1500, se présente au Châtelet «noble et discrète personne m. Germain de Gannay, conseiller ès requestes du Parlement, soy disant chanoine et archidiacre en l'église de Tournay, demandeur en subrogation de procez au lieu et droit pretendu de noble et discrète personne Jehan de Bourgogne en l'archidiaconé de Tournay, contre m. Eloy de Vaugermes, bachelier en theologie, soy disant chanoine et archidiacre de Tournay: dit est que ledit de Ganay sera subrogé, et nonobstant ladite subrogation, ledit de Ganay a declaré ne pretendre aucun droit à ladite chanoinie et archidiaconé, attendu qu'il en est pourveu d'un autre par le decez de feu m. Martin Ruzé, president ès enquestes». *Ibid.*, p. 358; cf. aussi p. 371.

dinarium de mane, posita prius per eum dicta lectura ordinarii in manibus Facultatis, sicut est fieri consuetum quolibet anno per legentes, supplicavit, inquam, quod ipsi domini de sui gracia eidem dignarentur lecturam ipsam committere, et librum pro anno futuro sibi assignare. Post deliberacionem vero, placuit omnibus dominis lecturam ipsam ordinariam eidem legenti pro anno futuro committere, commonendo ut bene et debite ac hora debita ordinata et consueta a modo legat, et quod perficiat compleatque librum quem nundum, ut dicebat, compleverat; quo completo, recurrat tunc ad Facultatem pro libro sibi per ipsam assignando.

Peciit eciam supplicando Claudius Poculot, subbidellus Facultatis, ut dignarentur domini sibi licenciam concedere eundi extra ad negocia sua. Que sibi fuit concessa.

Fuit finaliter per eosdem dominos tunc examinatus et ad gradum baccalariatus admissus Johannes de La Houssoye, clericus, diocesis Ambianensis, qui pro bursis solvit duo scuta.

Ista michi retulerunt domini [de] Conty et de Veteri Villa.

[24 Septembre.] Jovis XXIIII ejusdem mensis, fuit missa ordinaria Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt presentes domini de Veteri Villa, Junii, Gaguin, de Vaccaria et ego Tulleu, decanus; et post missam in capella supplicavit admitti ad examen pro gradu baccalariatus frater Adrianus Trudelle, ordinis S. Augustini, cui fuit Decretalis assignata.

[25 Septembre.] Die veneris XXV ejusdem mensis, supplicavit examinari dictus frater Adrianus Trudelle, ordinis S. Augustini et Belvacensis diocesis, qui, ut affirmabat, erat necessario recessurus. Propterea fuit examinatus et ad gradum baccalariatus admissus, prestititque juramenta consueta, et pro bursis solvit duo scuta cum dimidis; sic II scuta cum dimidio.

[29 Septembre.] Die martis que fuit dies Sancti Michaelis et XXIX mensis ejusdem, fuerunt processiones matris Universitatis Parisiensis ad ecclesiam Fratrum Minorum.

[2 Octobre.] Die veneris secunda mensis Octobris, anno quo supra, fuit missa ordinaria Facultatis, in qua fuerunt presentes domini Junii, de Vaccaria et ego Tulleu, decanus.

[8 Octobre.] Jovis VIII ejusdem mensis, fuit missa ordinaria Facultatis, in qua presentes fuerunt domini de Veteri Villa, Junii, de Vaccaria et ego Tulleu; et ibi nihil actum.

Eadem die, fuit congregacio Universitatis apud Sanctum Maturinum, super duobus articulis : primus, super aliquibus honorem Universitatis concernentibus; secundus communis, super supplicacionibus et injuriis.

Quantum ad primum articulum, exposuit dominus rector quod in Universitate, et signanter quando (F° 166 r°) fiebant processiones Universitatis, tunc quam plurime et intol(l)erabiles insolencie fiebant per juvenes commorantes tam in collegiis quam pedagogiis, propter quas verisimiliter inconveniencia multa accidere poterunt, nisi celeriter de remedio provideatur opportuno. Que quidem inconveniencia cum majori pro parte ipse ap(p)eruisset, dicit tandem quod ea de causa deputatos super hac re convocaverat, quibus pro remedio opportuno pro nunc visum fuerat expedire ut juvenes nundum graduati et qui sub virga in domibus contineri ac regi debent non plus a modo ducantur ad processiones, quoadusque scilicet per Universitatem aliter provisum fuerit.

Quantum vero ad secundum articulum, supplicavit ipse dominus rector ut mater ipsa Universitas acta per eum sua in rectoria grata habere dignaretur, et eciam pro litteris commendaticiis ad nonnullos sue patrie, Almanie scilicet[1], dominos; ac finaliter supplicatum fuit pro litteris gradus.

Quantum ad primum articulum, deliberavit Decretorum Facultas mater mea quod sibi placebant advisata per deputatos, quodque interim bone fierent informaciones contra illos qui tales insolencias facere suspicantur; quibus visis, si culpabiles aliqui reperiantur, contra eos, secundum leges ac statuta Universitatis, ad penam procedatur.

Quantum vero ad secundum articulum, concessit Facultas partem primam supplicacionis domini rectoris, quoniam eum gratum habebat; litteras etiam per eum petitas concessit dummodo videantur et legantur in Universitate. Alias vero supplicaciones pro litteris gradus, probatis probandis, similiter concessit.

Jovis XV mensis ejusdem, Octobris scilicet, fuit missa ordinaria Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua presentes fuerunt domini de Veteri Villa, Jacobus Junii; et tunc nil actum in capella, quia nichil novi. [15 Octobre.]

Jovis XXII mensis ejusdem, fuit eciam missa ordinaria, in qua presentes fuerunt domini de Veteri Villa, Junii et de Vaccaria, et nichil actum in capella post missam. Advertandum (*sic*) quod dominus Robertus Gaguin, generalis, recessit a Parisiensi civitate sabbati, XXIII die scilicet ejusdem mensis Octobris, iturus pro secunda vice ad Angliam pro suprèmo domino nostro Rege. [22 Octobre.]

Jovis XXII ejusdem mensis Octobris, fuit missa ordinaria Facultatis, in qua fuerunt presentes domini de Corcellis, [de] Conty, de Veteri Villa, Junii, de Vaccaria et [22 Octobre.]

[1] Jean Lantman, élu recteur le 23 juin 1489, était en effet du diocèse de Constance et appartenait ainsi à la nation allemande. Il devint ensuite docteur en théologie et compta parmi ses élèves Louis d'Amboise, le futur évêque d'Albi. Il paraît s'être enfin retiré dans sa ville natale, où il fut chanoine de la cathédrale. Du Boulay, *Hist. Univ. Paris.*, t. V, p. 889.

ego decanus; et in capella post missam eisdem dominis dixi et intimavi quod baccalarii Facultatis negligentes erant in levando sua volumina, quoniam ipsorum nullus levaverat in secunda die post Beati Dyonisii festum, quod tamen hactenus fuerat fieri consuetum secundum Facultatis statuta. Qui domini dixerunt quod opus erat providere. Et nichil aliud fuit dictum, nisi quod missa ce[le]braretur die martis, vigil(l)ia Sancti Martini, et lectura pro inicio ordinarii.

[29 Octobre.] Jovis XXIX mensis ejusdem, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua interfuerunt domini de Corcellis, [de] Conty, de Veteri Villa, Junii; et post missam nichil novi dictum nec conclusum.

R. Tulleu.

II

COLLATION DES GRADES.

1. DOCTORATS [1].

2. LICENCES [2].

[1489.]	XIV Aprilis.....	Robertus de Bellefaye.
	XIV Aprilis.....	Leo Consilii.
	XIV Aprilis.....	Johannes Mauparlier.
	XIV Aprilis.....	Frater Guillermus Tabourelli.
	XIV Aprilis.....	Johannes Doujat.
	XIV Aprilis.....	Jacobus Luillier.
	XIV Aprilis.....	Jacobus le Senechal.
	XIV Aprilis.....	Petrus de Pisis.
	XIV Aprilis.....	Johannes Godin.
	XIV Aprilis.....	Nicolaus Godin.
	XIV Aprilis.....	Frater Johannes Tabourelli.
	XIV Aprilis.....	Guillermus Boudeti.
	XIV Aprilis.....	Frater Guillermus Hebert.
	XIV Aprilis.....	Guillermus Goteronis.
	XVIII Decembris...	Guillermus de Melun.

3. BACCALAURÉATS.

[1488.]	XVIII Decembris...	Guillermus de Melun. (V. p. 221.)
	XVIII Decembris...	Stephanus Paris. (V. p. 221.)
	XXII Decembris...	Jacobus Bailleul. (V. p. 221.)
	XXII Decembris...	Franciscus le Garnetier. (V. p. 221.)
	XXXI Decembris...	Vulfardus Bouere. (V. p. 222.)
[1489.]	XIV Januarii.....	Johannes Seguyer. (V. p. 223.)
	XIV Januarii.....	Johannes Frolo. (V. p. 223.)
	V Februarii.....	Clemens Londa. (V. p. 228.)
	V Februarii.....	Johannes Corcialis, alias Leuton. (V. p. 228.)
	XII Februarii.....	Nicolaus de Laplace. (V. p. 229.)
	XIX Februarii	Adam Cerarii. (V. p. 229.)
	V Martii.....	Johannes Egidii. (V. p. 232.)
	XIX Martii.....	Johannes Huyart. (V. p. 233.)

[1] Aucune mention. — [2] Cf. plus haut, p. 235.

IMPRIMERIE NATIONALE

XIX Martii..... Johannes Mathei. (V. p. 233.)
XXIII Martii..... Frater Franciscus du Mar. (V. p. 233.)
XXXI Martii..... Johannes Chanterel. (V. p. 234.)
VI Aprilis..... Meminius Lyon. (V. p. 234.)
VI Aprilis..... Laurentius Boullon. (V. p. 235.)
XXV Aprilis..... Franciscus Regis. (V. p. 237.)
XIX Maii..... Johannes Postis[1]. (V. p. 238.)
XIX Maii..... Robertus Goupil. (V. p. 238.)
IV Junii..... Crespinus Prepositi. (V. p. 238.)
XXVI Junii..... Petrus Gaucherii. (V. p. 239.)
XXVI Junii..... Johannes Loison. (V. p. 239.)
XV Augusti..... Girardus de Brion. (V. p. 242.)
XXI Augusti..... Jacobus Nantuardi. (V. p. 242.)
XXI Augusti..... Andreas Verjuti. (V. p. 242.)
XXVII Augusti.... Guillermus de Lamare. (V. p. 242.)
XXVII Augusti..... Johannes Flandroys. (V. p. 242.)
VIII Septembris... Petrus Facier. (V. p. 243.)
XII Septembris.... Nicolaus Prosart. (V. p. 245.)
XVII Septembris... Johannes de La Houssoye. (V. p. 246.)
XXV Septembris... Adrianus Trudelle. (V. p. 246.)

4. HARANGUES[2].

[1] Le 27 janvier 1514, Léon X conférait à Jean Postis, licencié en Décret, l'église paroissiale Notre-Dame de Grisolles au diocèse d'Évreux [dépt de l'Aisne, arrt de Château-Thierry, canton de Neuilly-Saint-Front], après la résignation faite par le précédent bénéficiaire, Pierre Sannegrain, entre les mains des présidents du Conciliabule (*sic*) de Pise. Voir Hergenrœther, *Regesta Leonis X*, p. 409, n° 6426.

[2] Cf. p. 221 (22 décembre 1488).

III

LECTURES DES BACHELIERS.

(F° 166 v°.) Sequuntur nomina baccalariorum in jure canonico parisius per bidellum Facultatis in scolis proclamatorum et qui ab anno Domini M CCCC octuagesimo octavo, in mense novembri, usque ad annum M CCCC IIII^XX nonum et mensem predictum suas lecturas inceperunt.

Dominus Johannes Houel, presbiter, Rothomagensis diocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate [Marie] incipiet primum librum Decretalium, in scolis superioribus, ad intersignium Castri, et hoc pro primo anno et volumine sue lecture. Datum Parisius, anno Domini M quadringentesimo octuagesimo octavo, die XVII mensis Februarii.

Dominus Stephanus Paris, presbiter, Matisconensis diocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Castri, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum Parisius, anno Domini M quadringentesimo octuagesimo octavo, die XVII mensis Februarii.

Guillermus de Melum (*sic*), clericus, de Parisius, in artibus magister et in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum Parisius, anno Domini M CCCC octuagesimo octavo, die XVII mensis Februarii.

Franciscus le Garnetier, clericus, de Parisius, in artibus magister et in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum Parisius, anno Domini M CCCC octuagesimo octavo, XVII Februarii.

Dominus Johannes le Bailleul, presbiter, Rothomagensis diocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis superioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum Parisius, anno Domini M CCCC octuagesimo octavo, XVII mensis Februarii.

Vulfradus Rouere, clericus, diocesis Tornacensis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis superioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum Parisius, anno Domini M CCCC octuagesimo octavo, die XVII mensis Februarii.

Johannes Seguyer, clericus, diocesis Montisalbani, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Beati Eustacii, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum Parisius, anno Domini M CCCC octuagesimo octavo, die XXI mensis Februarii.

Johannes Frolo, clericus, de Parisius, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Beati Eustacii, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum Parisius, anno M CCCC octuagesimo octavo, XXI mensis Februarii.

Clemens de Londa, clericus, diocesis Constanciensis, in artibus magister et in Decretis

baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis anterioribus, ad intersignium Beati Eustacii, pro primo anno et primo volumine lecture sue. Datum anno M CCCC LXXXVIII, XXI mensis Februarii.

Johannes Concialis (*sic*), alias Leuton, clericus, diocesis Sancti Flori, in artibus magister et in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis anterioribus, ad intersignium Beati Eustacii, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC LXXXVIII, XXI mensis Februarii.

Frater Nicolaus de La Place, presbiter, ordinis S. Augustini, diocesis Rothomagensis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis superioribus Beati Eustacii, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC LXXXVIII, die XXI mensis Februarii.

Adam Cerarii, clericus, diocesis Suessionensis, in artibus magister et in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis superioribus Beati Eustacii, pro primo anno et primo volumine lecture sue. Datum anno M CCCC LXXXVIII, die XXI mensis Februarii.

Johannes Egidii, clericus, Parisiensis diocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in magnis scolis inferioribus, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum Parisius, anno M CCCC LXXXVIII, die XI mensis Marcii.

Johannes Huyart, clericus, Trecensis diocesis, in artibus magister et in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC LXXXVIII, die VII mensis Aprilis.

Dominus Johannes Mathei, presbiter, Rothomagensis diocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, pro primo anno et primo volumine lecture sue. Datum anno M CCCC LXXXVIII, die VII mensis Aprilis.

Frater Franciscus du Mar, ordinis S. Augustini, Cenomanensis diocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis, pro primo anno et primo volumine. (F° 167 r°.) Datum Parisius, anno Domini M CCCC LXXXVIII, die VI mensis Aprilis.

Johannes Chanterel, clericus, de Parisius, in artibus magister et in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis superioribus, pro primo anno et primo volumine lecture sue. Datum anno M CCCC LXXXVIII, VI mensis Aprilis.

Frater Meminius Lyon, presbiter, ordinis S. Benedicti, diocesis Parisiensis, baccalarius in Decretis, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis superibus, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC LXXX nono, die ultima Aprilis.

Dominus Laurencius Boullon, presbiter, Rothomagensis diocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus Scuti Sabaudie, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC LXXX nono, ultima Aprilis.

Franciscus Roy, clericus, Pictavensis diocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis superioribus Scuti Sabaudie, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC LXXX nono, die prima mensis Junii.

Robertus Goupil, clericus, Rothomagensis diocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus Castri, pro primo

anno et primo volumine lecture sue. Datum Parisius, anno M CCCC LXXX nono, prima mensis Junii.

Johannes Postis, clericus, Ebroycensis diocesis, in artibus magister et in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus Castri, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC LXXX nono, die prima mensis Junii.

Crispinus Prepositi, clericus, Ebroicensis diocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis superioribus Castri, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC LXXX nono, die VI mensis Jul(l)ii.

Dominus Petrus Gaucheri, presbiter, Noviomensis diocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis superioribus Castri, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC LXXX nono, VI mensis Jul(l)ii.

Johannes Loison, clericus, Carnotensis diocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus Beati Johannis Baptiste, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC LXXX nono, die VI mensis Jul(l)ii.

Jacobus Nantuardi, clericus, Cabilonensis diocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis superioribus Beati Johannis Baptiste, pro primo anno et primo volumine lecture sue. Datum anno M CCCC LXXX nono, die secunda mensis Septembris.

Andreas Verjuti, clericus, Cabilonensis diocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus Beati Eustacii, pro primo anno et primo volumine lecture sue. Datum anno M CCCC LXXX nono, die secunda mensis Septembris.

Girardus de Brion, clericus, Lingonensis diocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC LXXX nono, die secunda mensis Septembris.

Guillermus de La Mare, clericus, Constanciensis diocesis, in artibus magister et in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus Beati Eustacii, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC LXXX nono, die XI mensis Septembris.

Dominus Johannes Flandroys, presbiter, Ebroicensis diocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis inferioribus Beati Eustacii, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC LXXX nono, die XI mensis Septembris.

Petrus Facier, clericus, Nivernensis diocesis, in artibus magister et in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis anterioribus Beati Eustacii, pro primo anno et pro primo volumine lecture sue. Datum anno M CCCC LXXX nono, die XII mensis Septembris.

Nicolaus Prosart, clericus, de Parisius, in artibus magister et in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scolis anterioribus Beati Eustacii, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC LXXX nono, die ultima legibili ante festum Beati Dyonisii.

(F° 167 v°.) Johannes de La Houssoye, clericus, Ambianensis diocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis anterioribus

Beati Eustacii, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC LXXX nono, die ultima legibili ante festum Beati Dyonisii.

Frater Adrianus Trudelle, ordinis S. Augustini, Belvacensis diocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scolis superioribus Beati Eustacii, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum Parisius, anno M CCCC LXXX nono, die XXII mensis Octobris.

Isti tres qui sequuntur sua levaverunt volumina secunda die legibili post festum Beati Dyonisii, more antiquo et solito :

Dominus Johannes Passerat, presbiter, in artibus magister et in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet secundum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, pro secundo anno et secundo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC LXXX nono, die secunda legibili post festum [Beati] Dionisii.

Jacobus Volandi[1], Autissiodorensis diocesis, in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beate Marie incipiet secundum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, pro secundo anno et secundo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC LXXX nono, die secunda legibili post festum Beati Dyonisii.

Claudius le Hangest (*sic*), clericus, Ambianensis diocesis, in artibus magister et in Decretis baccalarius, hodie in nonis Beati Jacobi incipiet tercium librum Decretalium in scolis superioribus Beati Eustacii, pro tercio anno et tercio volumine sue lecture. Datum anno M CCCC LXXX nono, die secunda legibili post festum Beati Dyonisii.

ROBERTUS TULLEU.

[1] Le 18 juillet 1500, «m. Loys Marests, Jehan Sainsart, chevecier, *Jacques Vollant, chanoine,* Roger de La Barre, messire Jehan Mauroy et Nicolle Mosnier, vicaires, eux disans faire la plus grant et saine partie de l'eglise N. D. de Poissy, [plaident au Chastellet] contre messire Nicolle Vion, m. Jehan le Moyne, messire Gilles Jounyn, messire Pierre Bechet (?) [et] Nicolle Mesnart, eux disans vicaires de ladite eglise». *Coll. Clairambault,* vol. 765, p. 371. — Le 21 janvier 1500 [1501], «venerables et discrètes personnes Jehan Sainsart, chanoine et chevecier, *Jacques Vollant, chanoine,* Roger de La Barre, Loys Marez, mess. Jehan Mauroy et Nicolle Mauroy (*sic*), vicaires de l'eglise N. D. de Poissy, [plaident] contre frère Jacques du Moulin, abbé de Joyenval». *Ibid.*, p. 420.

DÉCANAT DE REGNAULT DE LA VACQUERIE.

NOVEMBRE 1489 À NOVEMBRE 1490.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

(F° 168 r°.) Anno Domini M CCCC octuagesimo nono, die decima mensis Novembris, post missam ordinariam prudentissime Facultatis Decretorum et lecturam dominorum apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum de more celebratas, eisdem dominis per cedulam convocatis ad eligendum vel continuandum ipsius Facultatis decanum et receptorem, ego Reginaldus de Vaccaria, inter eosdem novissimus et minimus, fui in decanum ipsius Facultatis per dominos infrascriptos concorditer electus, et dominus de Veteri Villa in receptoris officio continuatus, scilicet per dominos Ambrosium de Cambray, Nicolaum de Conty, Robertum Tulleu, Stephanum de Veteri Villa et Jacobum Junii, me presente et ad eorum instanciam acceptante ac juramenta consueta prestante, gracias quoque precessori meo et receptori de penis et laboribus assumptis habuerunt seu egerunt, illosque et eorum gesta grata et rata habuerunt. [1489, 10 Novembre.]

Deinde concluditur per collegium quod fiat diligens prosecucio processus pendentis in curia Parlamenti inter Facultatem et matrem Universitatem super nominacione suppositorum ipsius Facultatis per Universitatem.

Die jovis XIX mensis predicti, post missam ordinariam Facultatis, domini tunc presentes concluserunt, seu ego decanus eorum votis, quod magister Johannes du Gue, major bedellus Facultatis, habeat de cetero nomine Facultatis porrigere requestas dominis de Parlemento pro expedicione processus pendentis coram eis inter matrem Universitatem et Facultatem. [19 Novembre.]

Die veneris XX(a) mensis predicti, in collegio, post missam ordinariam eodem die de more celebratam, comparuit dominus legens primum ordinarium, qui recitavit a domino Johanne Picard accepisse opus esse sollicitacione pro expedicione processus pendentis in curia Parlementi inter Universitatem et Facultatem, quodque erant domini doctores consiliarii curie nomine Facultatis (erant) requirendi pro recommendacione ipsius processus in curia. Super quo concluditur quod decanus nomine Facultatis habebit prefatos dominos sollicitare ut pro viribus instent circa expedicionem dicti processus. [20 Novembre.]

Eodem die, concluditur quod circa medium mensis Decembris publicabitur in scolis cedula, sub sigillo decanatus confecta, pro apertura examinis future licencie.

[3 Décembre.] Die jovis tercia mensis Decembris, post missam ordinariam, collegium Facultatis Decretorum, apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum congregatum, conclusit quod lectura ipsius diei differretur usque ad proximam missam inde sequentem, propter crastinum festi Regum.

[8 Décembre.] Die Concepcionis Beate Marie, post missam Facultatis solemniter celebratam, fuit admissus ad gradum baccalariatus et lecturam Franciscus Picardi[1], Rothomagensis diocesis, qui pro bursis solvit quinque auri scuta.

[10 Décembre.] Die jovis nona [l. decima] ejusdem mensis, post missam Facultatis, in collegio, examine premisso, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus et lecturam Vincencius Picardi[1], dyocesis (F° 168 v°) Rothomagensis, et Johannes du Val, Constanciensis dyocesis, qui pro bursis solverunt quilibet duo scuta cum dimidio, et prestiterunt juramenta consueta.

[17 Décembre.] Die xvii mensis Decembris[2], post missam Facultatis, in collegio fuit, examine premisso, admissus ad gradum baccalariatus et lecturam Johannes de Mota, diocesis Tornacensis, qui pro bursis solvit duo auri scuta, et prestitit juramenta consueta.

Eodem die, in collegio comparuerunt quatuor baccalarii supplicantes admitti ad examen future licencie; quibus dictum fuit ex parte dominorum presencium quod haberent sollicitare majorem bedellum pro perquirendo et in proxima missa afferendo suas minores cedulas ad eas in collegio visitandas.

[21 Décembre.] Die xvi [*l.* xxi?] ejusdem mensis, duo ex supplicantibus in novissima missa iterum supplicarunt admitti ad examen licencie. Quorum alter erat baccalarius Aurelianis, et peciit admitti ad lecturam et incorporari cum baccalariis ipsius Facultatis, salvis juribus Facultatis; cui fuit responsum quod, visis litteris sui gradus, incorporaretur, satisfaciendo de juribus consuetis; alteri vero supplicanti fuit dictum quod instaret apud majorem bedellum ut suas minores cedulas afferret in proxima missa ad illas visitandas cum minoribus cedulis aliorum qui alias supplicaverant similiter.

[1] François et Vincent étaient peut-être les fils de Guillaume le Picart, bailli de Rouen, et de Jeanne de Lagarde, mentionnés dans les registres du Châtelet à la date du 5 mai 1484. *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 293. — Guillaume, seigneur d'Estelan, était déjà mort le 16 juin suivant. *Ibid.*, p. 297; cf. vol. 765, p. 171.

[2] Ms. *Octobris*.

Eodem die, dominus Robertus Tullen retulit quod magister collegii Majoris Monasterii dabat litteras testimoniales scolaritatis illis qui sub ipso audiebant Decretales, in grave prejudicium Facultatis. Super quo fuit conclusum quod de hoc fiat diligens inquisicio per decanum ut, facta relacione, Facultas provideat de remedio op[p]ortuno.

Die jovis, in vigilia Nativitatis Domini, dominus Robertus Tullen in scolis majoribus Facultatis, de mane, hora consueta, legit solemniter Decretalem que legi solet eo die per doctores, et in ingressu ac egressu scolarum antiquum morem observavit. [24 Décembre.]

Die jovis ultima ejusdem mensis Decembris, fuit missa ordinaria apud Sanctum Johannem; in qua interfuerunt domini Nicolaus de Conty et ego, et comparuit ille baccalarius Aurelianensis, Petrus Poulain [1], qui fuit admissus ad lecturam et incorporatus pro perveniendo ad examen licencie instantis, et pro hujusmodi admissione et incorporacione solvit duo scuta posita in manu receptoris, et prestitit solita juramenta. [31 Décembre.]

(F° 169 r°.) Die septima mensis Januarii, lectura eo die conclusa fuit ad alium diem prorogata, quia nulli vel pauci erant scolares, propter crastinum festi Regum, et ordinaverunt domini quod de cetero illo die non legeretur et quod in libro Facultatis scriberetur. [1490. 7 Janvier.]

Ipso die, fuit missa ordinaria Facultatis, in qua comparuerunt domini Nicolaus

[1] Dans les registres du Châtelet, on rencontre fréquemment, depuis 1473 jusqu'en 1500, le nom de Nicolle Poulain, avocat au Châtelet, puis au Parlement. *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 29; vol. 765, p. 430, etc. — Dans les mêmes registres (10 mai 1491), on voit se présenter «Jehan Poulain, marchand de Chinon, frere et heritier seul de feu m. Jehan Poulain, maistre du collége du Plessis à Paris, contre honorable homme m. Jehan Constant, procureur en Parlement, Nicolle Charpentier, prestre, procureur dudit collége, et François Poulain, executeur du testament dudit deffunt, à ce que lesdits executeurs soient condamnez à delivrer audit Poulain le reliquat des biens meubles demeurez du decez dudit Poulain. Dit est que lesdits executeurs bailleront et delivreront audit Poulain, marchant, le reste desdits biens». *Ibid.*, vol. 765, p. 53. — Tous ces personnages du nom de Poulain, dont l'un habite Chinon, étaient probablement des parents du bachelier de 1489.

En 1495, Pierre Poulain, maître ès arts et licencié en Décret, se présente à la collation de l'évêque et du chapitre de Senlis et à celle de l'abbé du Mont-Saint-Quentin, O. S. B., diocèse de Noyon. *Arch. de l'Université de Paris*, vol. 49, fol. 79. — En 1496, il est dit «Baiocensis diocesis», et se présente à la collation de l'abbé de Saint-Quentin-en-l'Ile et à celle de l'abbesse de Fervaques, diocèse de Noyon. *Ibid.*, fol. 133. — En 1497, il se présente à la collation des abbés de Saint-Magloire de Paris et de Saint-Maur-des-Fossés. *Ibid.*, vol. 50, fol. 12. — En 1499, il se présente à la collation de l'abbé de Saint-Père-en-Vallée, diocèse de Chartres, et à celle du prieur de Saint-Martin-des-Champs. *Ibid.*, fol. 90. — En 1500, il se présente à la collation des abbés de Coulombs et de Bonneval, diocèse de Chartres. *Ibid.*, fol. 137. — En 1501, il se présente à la collation des abbés de Josaphat et de «Thuneo [Tironio]», O. S. B., diocèse de Chartres. *Ibid.*, fol. 151.

IMPRIMERIE NATIONALE.

de Conty, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa et ego; et post missam fuerunt examinati et ad gradum baccalariatus admissi Johannes Lenfant[1], diocesis Trecensis, et Guillermus Collason, Cabilonensis diocesis, qui pro bursis solverunt quilibet duo scuta auri et prestiterunt solita juramenta.

Eodem die, comparuit in collegio dominus legens primum ordinarium, qui exposuit quod erat prope finem Sexti, et intellexerat regulas juris non fuisse lectas per suos antecessores; quare peciit sibi pro lectura per Facultatem assignari materiam ad legendum. Super quo concluditur quod dominus Junii et alii qui alias legerant Sextum erant compellendi, et servaretur mos antiquus: et pro materia, finito Sexto libro, fuit eidem legenti assignatus primus liber Decretalium.

9 Janvier.] Die nona ejusdem mensis, feci vocare per cedulam dominos regentes ipsius Facultatis penes dominum de Courcellis super duobus articulis; quorum primus erat super facto baccalariorum qui pluries se presentaverant in collegio et instanter supplicaverant admitti ad examen licencie; secundus erat communis.

Quoad primum articulum, postquam exposui quod cedule primi voluminis dictorum baccalariorum non fuerant vise nec exhibite, quia major bedellus retulerat illas tradidisse domino generali[2], dum erat decanus, ad illas sigillandas et registrandas in libro Facultatis, a quo tempore non potuerat recuperare, quia erat absens et declinaverat in Angliam pro regia Majestate[3]; alie vero cedule hujusmodi baccalariorum de secundo et tercio voluminibus, quamvis essent publicate, non tamen era[n]t sigillate sigillo decanatus, prout consueverant sigillari, bedello asserente quod ipsi baccalarii sibi recusaverant porrigere pec(c)unias pro faciendo illas cedulas sigillare. Super quibus concluditur, ex deliberacionibus dominorum, quod dictus bedellus more solito prius sigillare faciet sigillo decanatus, priusquam illas habeat in scolis proclamare, et deinde illas in manibus decani reponet et dimittet quousque fuerit ipsi decano satisfactum de emolumento sigilli eisdem cedulis appositi.

(F° 169 v°.) Insuper fuit concorditer conclusum quod, quia annus currens est jubileus et ipsi supplicantes pro examine sunt honeste persone, ad delacionem magnarum cedularum admittentur, ut in examine privato probentur si digni sint ad publicum admitti.

14 Janvier.] Die jovis xiiii ejusdem mensis, in missa ordinaria interfuerunt domini Nicolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa et ego decanus; et post missam, in

[1] Sans doute l'un des parents de son homonyme Jean Lenfant, conseiller au Parlement en 1487 et chanoine de Notre-Dame de Paris, mort le 5 novembre 1508. Cf. Blanchard, *Catal.*, p. 35 *a*: *Franc.* 21280, fol. 57 v°.

[2] Robert Gaguin.

[3] Sur les missions de Gaguin en Angleterre, voir Thuasne, *Epistole et orationes Gaguini*, t. I, p. 77 et suiv.

collegio comparuerunt novem baccalarii petentes admitti ad delacionem majorum cedularum, prout fuerant admissi in ultima conclusione Facultatis, et pro illis conficiendis prestiterunt juramenta solita, prout in statutis Facultatis continentur.

Eodem die, supplicaverunt admitti ad examen gradus baccalariatus duo qui suas cedulas non habebant, et ideo fuit eisdem injunctum quod illas afferrent in prima missa, et pro eorum probacione fuit eisdem Decretalis *Quanto de judiciis* [1] assignata.

Ipso die, exposui qualiter, die martis ultima, dominus rector per bedellum nacionis Picardie mandaverat ut in crastino, hora octava de mane, comparerem in Navarra ad aperiendum archam sigilli Universitatis pro sigillando rotulo officiariorum Universitatis per deputatos confecto, quodque, advenientibus die et hora prescriptis, majorem bedellum Facultatis destinaveram ad sciendum si tempus esset comparendi; qui michi retulerat quod decanus Facultatis medicine aut ab eo deputatus et nonnulli regentes diocesis Meldensis cum magistris ejusdem diocesis erant et fuerant opponentes ne aperiretur archa vel fieret sigillacio ipsius rotuli, et ubi contra oppositionem dominus rector et alii decani cum procuratoribus vellent procedere ad aperturam arche et sigillacionem faciendam, appellaverant et appellabant. Quare distuli comparere et clavem Facultatis ad aperiendum archam pro sigillo extrahendo deferre, et propter dictas opposiciones et appellaciones, erga dominum rectorem me feci excusatum quousque quid acturus essem in hac re Facultatem consuluissem. Quibus et aliis excusacionibus non obstantibus, prefatus dominus rector seras Facultatum Decretorum et Medicine fecit levare et archam sigilli aperire, necnon dictum rotulum sigillo Universitatis (F° 170 r°) post et contra opposiciones et appellaciones predictas sigillare. Super quibus conclusum extitit quod ex parte Facultatis de hoc fieret querimonia in facie Universitatis, proviso quod Facultas medicine de sua parte vellet pariter querimoniam facere.

Jovis XXI ejusdem mensis, fuit missa ordinaria, in qua interfuerunt dominus Nicolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa et ego; et ibidem, examine premisso, fuerunt ad gradum baccalariatus admissi tres, videlicet Nicolaus Bouquin, diocesis Tullensis, qui pro bursis solvit tria scuta, quorum unum erat ad solem; Johannes de Cays, Ambianensis diocesis, qui solvit duo scuta, et Eustachius Consilii [2], Baiocensis, qui solvit totidem. [21 Janvier.]

Eodem die, primus legens conquestus est de privatis lecturis que fiunt extra Clausum [*ms.* Clanso] Brunelli, ex quibus impeditur lectura ordinaria. Super

[1] *Corpus juris can.*, éd. Pithou (Paris, 1687, in-fol.), t. II, p. 71, col. 1 (*Decret. Greg. IX*, lib. II, tit. 1, III). — [2] Voir plus haut, p. 99, n. 2, et p. 198, n. 1.

quo conclusum extitit quod ipsi taliter legentes citentur et per bedellum vocentur in facie Facultatis, ut eis vocatis competens remedium adhibeatur.

[28 Janvier.] Die jovis XXVIII ejusdem mensis, fuit missa ordinaria, in qua presentes fuerunt domini Ambrosius de Cambray, Nicolaus de Conty, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii et ego decanus; et ibidem comparuit venerabilis pater dompnus [Benedictus de Chamery], abbas de Lira [1], ordinis S. Benedicti, dicens et asserens quod erat licenciatus in Universitate Cadomensi, et tam propter famam alme Universitatis Parisiensis quam Facultatis Decretorum ejusdem Universitatis, desiderabat Parisius resumere gradum licencie et ad lecturam admitti, offerens de juribus Facultatis satisfacere. Super quibus concluditur quod, facta fide de gradu, admitteretur ad lecturam. Et fidem fecit de ipso gradu per proprium juramentum, et ad plenius fidem faciendum promisit ministrare duos testes brevi manu, et pro admissione solvit sex auri scuta tradita domino thesaurario.

Eodem die, comparuerunt baccalarii ad licenciam presentati, supplicantes pro apertura examinis; et ipsis ad partem retractis, concluditur quod in proxima missa aperiretur examen, et ipsis supplicantibus injungeretur quod de preparatoriis providerent, prout eis intimavi et injunxi illis revocatis et admissis, finitque per me assignata pro examine l. d. (*sic*).

Eodem die, dominus Stephanus de Veteri Villa, thesaurarius Facultatis, exposuit quod servitor domini generalis [2], qui pro regia Majestate in Angliam [declinaverat], (F° 170 v°) in obitu domini de Fraxinis comparuerat, et pro suo magistro distribuciones instanter pecierat, quas eidem denegaverat, quia, ut verisimiliter credebat, propter diutinam absenciam, suam regenciam perdiderat. Super quo fuit conclusum quod ipsius domini prestol(l)aretur adventus et infra missam proximam haberem visitare regestrum Facultatis ad sciendum si ante recessum pro mense gracioso supplicasset et tanto tempore fuisset absens quod suam regenciam amisisset.

[2 Février.] Die martis secunda Februarii anni predicti, in missa Facultatis interfuerunt domini Nicolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa et ego decanus; et antequam fieret distribucio cereorum, propter pressuram et multitudinem licenciandorum et baccalariorum confluencium ad habendum cereos, extitit per dominos conclusum quod in cap(p)ella Facultatis recluderentur et eis exeuntibus cerei distribuerentur, prout factum extitit ad confusionem obviandam.

[1] Le nom de l'abbé de Lire est ici resté en blanc, mais on le trouvera un peu plus loin. Veneur de Louis XI, Benoît de Chamery devint ensuite moine à Saint-Julien de Tours. Sorti de cette abbaye, il rentra, en qualité d'abbé, à Notre-Dame de Lire. Le désir d'obtenir la même dignité à Saint-Julien lui causa de graves embarras, qui ne cessèrent que peu avant sa mort, survenue à Tours le 18 mai 1500. Cf. *Gallia Christ.*, t. XI, col. 649-650.

[2] Robert Gaguin.

Die mercurii [tertia] ejusdem mensis, fuit celebrata missa communis Universitatis in Jacobitis; in qua presentes fuerunt domini de Conty, Stephanus de Veteri Villa, me tunc absente et legitime impedito. [3 Février.]

Die jovis quarta ejusdem mensis, fuit celebrata missa ordinaria, et in ea interfuerunt dominus Nicolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa et ego; et post missam, in camera examinis, Johannes Sordeti, diocesis Cabilonensis, examine premisso, fuit admissus ad gradum baccalariatus et lecturam et pro bursis solvit tria scuta et prestitit juramenta consueta. [4 Février.]

Ipso die, dominus thesaurarius monasterii Sancti Dionisii in Francia supplicavit admitti ad examen licencie, dicens quod erat in forma examinis. Super qua supplicacione fuit conclusum quod in proxima missa fidem faciet de suis cedulis et voluminibus, et interim conficiet et deferet majores cedulas, pro quibus conficiendis prestitit juramenta consueta.

Eodem die, fuit sigillata littera gradus pro Nicolao Bouquin, qui pro sigillo tradidit bedello majori unum scutum auri[1].

Ipso die, fuit apertum examen, et de more collacione per me (F° 171 r°) habita, presentibus baccalariis feci distribucionem textus eis assignati.

Eodem die, dominis ad cameram examinis reversis exposui quod magister Arnulphus Allouf de novo in prejudicium Facultatis removeri fecerat stillicidium deferens aquas sui edificii vicini fundo nostro in [h]orto suo, et sic cooperturam reparari, quod aque sue in fundo nostro cadebant et recipiebantur. Super quo concluditur quod huic novitati provideatur per concilium (*sic*) Castelleti, et datum fuit onus magistro Claudio Poculoti.

Die lune XV ejusdem mensis, examine premisso, Petrus Breulet, Carnotensis diocesis, fuit admissus ad gradum baccalariatus et lecturam, et pro bursis solvit duo auri scuta, que dominus thesaurarius recepit, et prestitit idem admissus juramenta consueta. [15 Février.]

Die jovis XVIII ejusdem mensis, fuit missa ordinaria celebrata, et in ea presentes fuerunt domini Nicolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa et ego decanus, et post missam, in camera examinis, Johannes Baudouyn[2], diocesis Andegavensis, examine premisso, fuit admissus ad gradum baccalariatus et lecturam, et pro bursis solvit tria auri scuta. [18 Février.]

[1] En marge : *Recepta.*

[2] Peut-être Jean Baudouyn, prêtre, licencié en lois, demeurant place Maubert, à l'Image Sainte-Catherine, qui, le 28 août 1541, fait don à son neveu Robert Godemer, étudiant au Collège de Boncourt, d'une créance de 130 l. t. sur Jean Borreau, chanoine de Tours. Voir Campardon et Tuetey, *Inventaire des registres... du Châtelet*, p. 43, n° 428.

[18 Février.] Ipso die, comparuit magister Arnulphus Allouf, vocatus per bedellum pro novitate per eum attemptata in prejudicium Facultatis, et ex parte Facultatis sibi remonstratum extitit quod male fecerat et contra proprium juramentum, quo juraverat ipsius Facultatis jura servare, dictam novitatem attemptando. Quo audito, idem Allouf se fecit excusatum, et quod eo inconsulto id fecerant operarii, et erat paratus, ut dicebat, si quid male fecerat, facere reparari et in priorem statum reduci ad dictamen juratorum. Quibus auditis, fuit remissus, et injunctum magistro Claudio quod haberet juratos advocare expensis illius qui causam foveret injustam, et taliter providere quod Facultas remaneret illesa [1].

[18 Février.] Die jovis XVIII ejusdem mensis, fuit missa ordinaria, et post illam celebratam, me absente et legitime impedito, premisso examine, fuerunt ad gradum baccalariatus et lecturam admissi Johannes Turquan [2], de Parisius, qui pro bursis solvit duo scuta, et Johannes Lopin [3], diocesis Trecensis, qui pro eisdem bursis solvit tria scuta, et prestiterunt juramenta consueta in manibus domini de Conty.

[24 Février.] (F° 171 v°.) Die XXIIII ejusdem mensis, fuit sigillata littera gradus pro magistro Johanne de Petrafonte (*sic*), qui pro sigillo solvit unum scutum auri majori bedello.

[1] Ces deux derniers alinéas sont intervertis dans le registre original.

[2] Les homonymes de Jean Turquan sont très nombreux dans le cours du XVe siècle, et sauf peut-être un seul, qui fut chanoine de Saint-Merry et qui était mort à la date du 31 mai 1421 (*Coll. Clairambault*, vol. 763, p. 89), tous, par leur profession ou leurs fonctions, se rattachaient au Châtelet. Nous trouvons d'abord, en cette même année 1421, Jean Turquan, procureur au Châtelet (*ibid.*, p. 102), dont l'un des fils, également nommé Jean, est pourvu, le 2 octobre 1439, de deux tuteurs (*ibid.*, p. 178) : l'un d'eux est son frère aîné Pierre, qui fut audiencier ou auditeur aux causes du Châtelet (1454-1464), puis conseiller au Parlement. Le 21 octobre 1448, « Jehan Turquan, aagé de 23 ans, fils de feu Jehan Turquan, procureur au Chastelet, est mis hors de la tutelle de Pierre Turquan et Bernard Royer, ses tuteurs. . . » (*Ibid.*, p. 291). En 1479, ce Jean, fils du procureur, et seigneur du fief de Clignancourt, est examinateur au Châtelet (*ibid.*, vol. 764, p. 174). Le 7 octobre 1480, « Pierre Turquan [est] institué examinateur au Chastelet à la survivance de Jehan Turquan, son père, en vertu de lettres du 2 de ce mois » (*ibid.*, p. 217), et Jean meurt avant le 17 janvier 1481 (p. 221). Il avait d'autres enfants que Pierre, qui lui succéda au Châtelet dans son office d'examinateur, et parmi ces enfants, un fils qui s'appelait aussi Jean et doit être le bachelier de 1490. Le 3 mars 1482 [1483], « Raouline [Gaudete], veufve de feu m. Jehan Turquan, examinateur, accepte la garde bourgeoise de Jehanne, *Jehan*, Jacques, Catherine et Thomas, ses enfans mineurs et dudit deffunt. » *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 287 : cf. vol. 765, p. 153.

[3] C'est peut-être de deux de ses proches parents qu'il s'agit dans la mention suivante des registres du Châtelet, sous la date du 29 octobre 1489 : « Jehan Loppin, clerc, demeurant à Paris, emancipe Jehan, son fils, aagé de 11 ans, escolier à Paris : curateur, le père. » *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 414. — En janvier 1496, on trouve aussi dans les registres du Parlement de Paris le nom d'Étienne Lopin, chantre et chanoine de l'église de Tours. *Nouv. acq. franç.* 8034, fol. 212 et 219.

Die jovis xxv ejusdem mensis, missa ordinaria extitit de more celebrata; in qua [25 Février.]
comparuerunt domini Nicolaus de Conty, Robertus Tullen et Robertus Gaguini, me absente et legitime impedito; ibique, prout michi extitit relatum[1], exposuit idem Gaguini quod die precedenti de legacione quam habuerat in Anglia(m) Parisius ap[p]licuerat, supplicans admitti ad resumendam regenciam per eum amissam propter diutinam absenciam. Super qua supplicacione fuit conclusum quod propter paucitatem dominorum presencium Facultas vocaretur per cedulam ad super hujusmodi supplicacione deliberandum.

Die veneris xxvi ejusdem mensis, domini doctores fuerunt per cedulam convo- [26 Février.]
cati apud cameram examinis, hora octava de mane, super duobus articulis, quorum primus erat ad audiendum supplicacionem quam tunc facere intendebat dominus Robertus Gaguini, generalis ordinis Sancte Trinitatis; secundus erat communis. Et in congregacione comparuerunt domini Nicolaus de Conty, Robertus Tullen, Stephanus de Veteri Villa, dictus Gaguini et ego decanus; coram quibus prefatus dominus generalis suam supplicacionem refricavit et peciit ad regenciam resumendam admitti, offerens subire onera in talibus assueta et juramenta solita prestare. Cujus supplicacioni domini concorditer annuerunt, et deinceps idem dominus generalis, gracias agens, prestitit juramenta in talibus consueta, et per me sibi dictum extitit quod haberet providere de proxima lectura solemnis Decretalis, ad quam per statuta tenebatur et erat astrictus.

Die lune prima mensis Marcii, prefatus dominus generalis recessit et ad re- [1er Mars.]
giam Majestatem declinavit, ad referendum, ut dicebat, ea que pro re publica fecerat in Anglia(m).

Die jovis quarta ejusdem mensis Marcii, fuit missa ordinaria, in qua compa- [4 Mars.]
ruerunt domini Nicolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa et ego decanus, et post illam celebratam, examine premisso, fuit admissus ad gradum baccalariatus et lecturam Johannes Quitardin, Claromontensis diocesis, qui pro bursis solvit duo scuta cum dimidio, et prestitit juramenta consueta.

(F° 172 r°.) Die veneris quinta ejusdem mensis, fuit celebrata congregacio [5 Mars.]
Universitatis super tribus articulis : primus, super apercione rotuli nominandorum; secundus, ad audiendum relacionem eorum que fuerant in curiis Parlamenti et dominorum generalium acta; tercius erat communis, super supplicacionibus et injuriis. In qua presentes fuerunt domini Nicolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa et ego decanus.

[1] En marge : *Supplicacio domini Guaguini pro resumpcione regencie.*

[11 Mars.] Die jovis XI ejusdem mensis, fuit celebrata missa ordinaria, in qua interfuerunt domini Nicolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa et ego; et post missam, providus vir magister Raymundus de Cosnaco[1], Lemovicensis diocesis, in Decretis baccalarius Tholose, fuit admissus ad lecturam, et pro bursis solvit tria scuta, et prestitit juramenta consueta.

Eodem die, dominus Johannes Seguier, legens primum ordinarium de mane, comparuit in collegio et exposuit quod dominus cancellarius Francie sibi per litteras missivas rescripserat quod erat unus de numero electorum novorum conciliariorum (*sic*) Parlamenti Tholose[2] et quod pro eo mandaverat ut incontinenti declinaret ad regiam Majestatem, que erat Lugduni, petens hiis de causis a lectura exonerari, et dictum magistrum Raymundum in ejus locum admitti, et collectam instantem sibi reservari. Super quo concluditur quod quamcicius domini per cedulam super premissis deliberaturi erant convocandi.

[13 Mars.] Die sabbati XIII ejusdem mensis, fuit congregacio Universitatis apud Sanctum Mathurinum celebrata, super tribus articulis : primus, ad audiendum aliqua que fuerant per curiam Parlamenti ordinata in facto processus moti et pendentis inter Facultatem Decretorum et ceteras Facultates; secundus, super processionibus celebrandis; tercius erat communis, super supplicacionibus et injuriis.

Quoad primum articulum, dominus rector exposuit quod ex parte trium Facultatum Universitatem representancium fuerat porrecta certa requesta curie Parlamenti pro sigillandis nominacionibus magistrorum ipsius Universitatis, pendente processu; super qua curia per suum arrestum ita fieri ordinaverat pro hoc anno currenti sine prejudicio dicti processus, et requisivit per organum magistri Roberti de Val[l]ibus domino Johanni Bouchard[3], commissario curie Parlamenti ad id deputato, ut execucioni mandaret ipsam requestam seu ordinacionem curie super ea datam. Qua requisicione audita, dictus Bouchard prescriptam ordina-

[1] Raymond appartenait à la grande famille du Bas-Limousin qui avait emprunté son nom à une terre située non loin de Brive. Il paraît avoir été le second fils d'Hélie de Cosnac et de Catherine Faydit, fille et héritière d'Étienne Faydit, seigneur de Bordes, dont le mariage remontait à l'année 1454. Cf. *Nouveau d'Hozier*, vol. 105, dossier de Cosnac, fol. 49. — En 1516 et 1520, on le trouve désigné, dans deux quittances, sous les nom et titres suivants : « Raymond de Cosnac, licencié ez droictz, seigneur de Segurals et de Roffilhac, lieutenant general de monseigneur le seneschal de Limosin ez sieiges royalx du bas pays dudit Limosin ». Bibliothèque nationale. *Pièces orig.*, vol. 865, dossier de Cosnac, p. 3 et 4.

[2] « Jean Séguier, sieur de Bonloc, fils de Not Séguier, reçu le 13 mai 1476 (*sic*), président reçu le 27 juillet 1519, mort le 6 mai 1521 », selon Fleury Vindry. *Les Parlementaires français au XVIe siècle*, t. II, fasc. 2 (Paris, 1912), p. 151.

[3] Jean Bouchard, qui manque au *Catalogue* de Blanchard, figure dans les registres du Châtelet, aux dates du 16 avril 1485 et du 13 mai 1489, comme conseiller au Parlement. *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 320 et p. 394. — Dès le 28 avril 1463, « m. Jehan Bouchard, licencié ès loix, receu advocat au Chastellet, a[voit] choisy son lieu du costé des fenestres ». *Ibid.*, vol. 763, p. 379.

cionem, ut dicebat, nostre Facultati intimavit, et quesivit quid Facultas de parte sua dicere volebat ad (F° 172 v°) impediendum ipsam ordinacionem. Cui, ex ordinacione dominorum presencium, ego decanus nomine Facultatis respondi quod me opponebam dicte ordinacioni et ejus execucioni, et pro causis dicte opposicionis recitavi quod, cum partes contendentes in curia fuerant audite, Facultas Decretorum per modum provisionis requisivit quod nominaciones suorum licenciatorum et baccalariorum, pendente processu, cum nominacionibus magistrorum dicte Universitatis sigillarentur, et alie Facultates, per modum provisionis, requisiverant quod, predicto processu pendente, nominaciones magistrorum dicte Universitatis sigillarentur sine aliis super quibus partes per curiam fuerant ap[p]unctuate ad concilium (*sic*), et quod producerent infra triduum quicquid vellent; cui arresto parendo Facultas de parte sua produxerat et clare docuerat de jure suo per tenorem Pragmatice sanctionis, advisata deputatorum Universitatis conclusionem continentem quod licenciati et baccalarii nostri cum ceteris nominarentur sub sigillo Universitatis, et per plures nominaciones postmodum expeditas; quibus attentis et presertim dicto arresto, non poterat nec debebat ipse commissarius ad execucionem dicte supplicacionis procedere, cum fuisset expedita non vocata parte nec audita; et ubi, non obstante opposicione, procedere vellet ad execucionem, protestatus sum de attemptatis contra tenorem arresti. Quibus dictis, prefatus commissarius cepit ordiri et dicere plura in laudem Universitatis et singularum Facultatum, et quod nominaciones magistrorum Universitatis non erant in questione, sed solum nominaciones licenciatorum et baccalariorum Facultatis Decretorum, quarum pendente processu predicto non debebant in sigillacione impediri, et hac consideracione curia ordinaverat, pro hoc anno duntaxat et sine prejudicio processus, debere sigillari; et deinde michi tanquam decano precepit quod hora tercia post meridiem compare[re]m in Navarra pro aperiendo archam sigilli ad predictas nominaciones sigillandas. Cui precepto iterum me opposui et protestatus sum de attemptatis et appellando, et pariter feci dum Universitas conclusit quod, conformiter ad ipsius commissarii ordinacionem, sigillaretur post prandium.

Eodem die, hora secunda post meridiem, per me fuit congregata Facultas penes dominum Johannem de Courcellis super tribus articulis : primus, ad audiendum qualiter magister Johannes Seguier, primus legens ordinarium de mane, in ultima missa ordinaria Facultatis se exoneraverat a lectura, et ipsi lecture providendum; secundus, ad dandum remedium hiis que de mane facta fuerant in congregacione Universitatis; tercius erat communis.

Quoad primum articulum, exposui quod prefatus legens (F° 173 r°) in collegio novissime celebrato se exoneraverat a lectura eo, ut dixerat, quod fuerat electus consiliarius Parlamenti Tholose, et propter hoc ad curiam Regis extiterat mandatus, et instanter supplicavit quod magister Remundus de Cosnaco, bacca-

IMPRIMERIE NATIONALE.

larius Universitatis Tholosane, eo die receptus per Facultatem ad lecturam, admitteretur loco sui, et collectam pro ipso levandam. Super quibus fuit conclusum quod haberem Facultatem convocare, prout feci; et ulterius recitavi quod plures baccalarii apud me institerant pro lectura et intendebant in collegio supplicare.

Quoad secundum articulum, recitavi ea que de mane per me acta fuerant in Universitate ad impediendum execucionem dicte ordinacionis. Et super hiis in medium positis fuit conclusum quod aspirantes ad lecturam probarentur et legerent per ordinem quilibet una septimana, et dedit Facultas deputatos ad illos audiendum et referendum dominos de Conty, de Veteri Villa et me; quorum audita relacione Facultas providebit de ydoneiore ad legendum; et quia per statuta Facultatis collecta recipi debent in capite anni, fuit dictum quod haberem providere conformiter ad statuta.

Super secundo articulo, fuit conclusum quod Facultas, obtemperando ordinacioni curie, mitteret clavem ad reserandum archam pro sigillandis nominacionibus hujus anni, conformiter ad ordinacionem curie, et ubi alie Facultates vellent sigillari facere nominaciones annorum precedentium contra tenorem ordinacionis curie, voluit Facultas quod ego decanus nomine Facultatis haberem me opponere et appellare ad curiam Parlamenti.

Eodem die, hora tercia post meridiem, comparui personaliter in Navarra et, presentibus dominis rectore, decanis Facultatum et procuratoribus nacionum, domino Johanni Bouchard, commissario deputato ad exequendum predictam prete[n]sam ordinacionem curie, exposui conclusionem predictam Facultatis, et conformiter ad ordinacionem curie, obtuli aperire archam ubi erat sigillum, pro sigillandis nominacionibus hujus anni duntaxat. Quo audito, decani, procuratores et magistri dixerunt quod nulle nominaciones hujus anni erant facte, et requisiverunt quod omnes nominaciones annorum precedentium, que non fuerant sigillate, sigillarentur, in vim dicte ordinacionis. Cui requisicioni me opposui, dicens quod erat contra tenorem eorum requeste, quam ad hoc exhibui legendam. Prefatus vero commissarius, morem gerendo partibus adversis, sub pena centum marcharum argenti michi precepit quod aperirem seram Facultatis pro nominacionibus passim sigillandis. Cujus mandato me formaliter opposui, et ab ipso commissario et ejus mandato ad curiam Parlamenti (F° 173 v°) provocavi et appellavi et de attemptatis protestatus sum. Sed, hiis non obstantibus, ipse commis[s]arius in mei recusacionem misit quesitum serarium, et dum advenit, eidem precepit quod seram nostre Facultatis appositam arche ubi erat sigillum aperiret. Cui precepto iterato me opposui et appellavi, mee priori appellacioni adherendo. Quibus non obstantibus, fuit sera levata et sigillum extractum, ex quo passim nominaciones tunc fuerunt sigillate; quare de attemptatis protestatus fui.

Die lune xv ejusdem mensis, in camera examinis, Robertus de Cruce, Rothomagensis, Henricus de Monte, Remensis, et Christoforus de Roque, examine premisso, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus et lecturam, et pro bursis quilibet solvit duo scuta cum dimidio, et prestiterunt juramenta consueta. [15 Mars.]

Die jovis xviii ejusdem mensis, fuit celebrata missa ordinaria, et post illam, in camera examinis comparuerunt domini Johannes de Courcellis, Ambrosius de Cambray, Nicolaus de Conty, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa et ego decanus; et positis in medium tribus articulis super quibus fuerant per cedulam vocati, unanimiter deliberaverunt, quoad primum, super admissione vel repulsione licenciandorum, quod, quia annus est jubileus et examinati sunt honesti, et si repellerentur, fieret eis injuria, placebat eos admittere et cum hiis qui gracia indigerent dispensare, et, examine clauso, domino cancellario pro munere licencie consequendo presentare. [18 Mars.]

Quoad secundum articulum, concernentem factum processus pendentis in curia Parlamenti contra alias Facultates, placuit dominis quod, attentis expletis commissarii et ordinacione curie predicte, non est opus ut fiat ulterior prosecucio appellacionum interpositarum ad curiam Parlamenti, racione gravaminum per dictum commissarium illatorum, et quod pro viribus est insistendum ut processus expediatur.

Quoad tercium articulum, concernentem collectam debitam primo legenti, fuit conclusum quod levabitur per magistrum Claudium Poculot pro de illa ordinando, prout juris foret, ad opus illius qui lecturam dimisit vel qui per Facultatem ordinabitur legens, et super recepta satisfaciet ipse receptor Nicolao clavigero de pensione sibi debita per ultimum legentem.

Eodem die, dominus Ambrosius supplicavit pro domino Nicolao Lumbus[1], baccalario in urbe Roma anno [M III^c] LXXVIII, ut placeret Facultati eum admittere ad lecturam et deinde ad examen licencie. Super qua supplicacione domini, visa littera sui gradus, deliberaverunt quod placebat eum admittere et quod per

[1] En 1494, «Nicolaus Lombus», prêtre, maître ès arts, licencié en Décret, se présente à la collation du chapitre de Châlons et à celle de l'abbé de N.-D. «de Mosommo» [Mouzon], O. S. B., diocèse de Reims. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 52 v°. — En 1495, il se présente à la collation de l'évêque et du chapitre de Meaux et à celle de l'évêque et du chapitre de Laon. *Ibid.*, fol. 85 v°. — En 1496, il se présente de nouveau à la collation de l'évêque et du chapitre de Meaux, en même temps qu'à celle de l'archevêque et du chapitre de Sens. *Ibid.*, fol. 139 v°. — En mars 1497, il se présente à la collation de l'évêque et du chapitre de Beauvais, et de nouveau à celle de l'évêque et du chapitre de Laon. *Ibid.*, vol. 50, fol. 12. — En mars 1498, il est dit «Remensis diocesis» et se présente à la collation du chapitre de l'église collégiale Saint-Germain-l'Auxerrois, ainsi qu'à celle de l'abbé de Saint-Magloire de Paris. *Ibid.*, fol. 49. — Sa famille paraît être originaire du pays de Liége. Un certain Pierre Lombus était secrétaire de la Chambre du Roi en 1628. *Pièces orig.*, vol. 1737, dossier Lombus, p. 2, 3 et 4.

deputatos in camera examinis sibi fiat distribucio textus (F° 174 r°) et glosarum.

[19 Mars.] Die veneris XIX ejusdem mensis, in camera examinis, dictus Nicolaus Lombus, baccalarius in Urbe, fuit admissus ad gradum baccalariatus et lecturam Parisius, et pro incorporacione solvit tria auri scuta, que fuerunt tradita et dimissa in manibus thesaurarii, qui post ea distribuit inter dominos.

Ipso die et post hujusmodi admissionem, dictus Lumbus renovavit et refricavit suam supplicacionem et peciit admitti ad examen gradus licencie cum aliis baccalariis. Cui supplicacioni extitit obtemperatum; et deinde in camera examinis, prius per eum prestitis juramentis solitis pro majoribus cedulis conficiendis et de tenendo secretum id quod fieret in examine, fuit eidem assignata porcio textus et glosarum, et eidem dictum quod veniret die lune sequenti et eo die afferret unam majorem cedulam in Facultate, ne propter declaracionem plurium apud singulos dominos examen retardaretur.

[22 Mars.] Die lune XXII ejusdem mensis, Henricus Machy, Ambianensis, et Poncius Grandjonis[1], Lugdunensis diocesis, examine premisso, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus et lecturam, et quilibet pro bursis solvit duo scuta posita in manibus domini thesaurarii, et prestiterunt juramenta consueta.

[24 Mars.] Die mercurii XXIII ejusdem mensis, fuit missa ordinaria celebrata, et in ea interfuerunt dominus de Conty et ego; et post missam, in collegio bedelli retulerunt quod consiliarius qui habet processum Facultatis ad referendum advenit, et fuit conclusum quod habeam instare pro expedicione ipsius processus erga dominos Facultatis qui sunt de curia, ut petant expedicionem domino primo presidenti.

[25 Mars.] Die jovis, in festo Annunciacionis Beate Marie, fuerunt presentes in missa domini Ambrosius de Cambray, Nicolaus de Conty, Robertus Tulleu et ego. Qua finita,

[1] Ponce Grandjon ou Granchon, maître ès arts et bachelier en Décret, se présente, en 1493, à la collation des abbés de Savigny et d'Ainay, diocèse de Lyon. *Archives de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 2 v°. — En 1494, il se présente à la collation de l'archevêque et du chapitre de Lyon et à celle du chapitre «S. Niceii» [Saint-Nizier] de Lyon. *Ibid.*, fol. 57 v°. — En 1495, il se présente à la collation des chapitres de l'église collégiale de Saint-Just et de l'église Saint-Paul de Lyon. *Ibid.*, fol. 103 v°. — En 1496, il est qualifié «in Decretis licentiatus, Lugdunensis diocesis», et se présente à la collation des prieurs de Montverdun et de Saint-Romain-le-Puy, O. S. B., diocèse de Lyon. *Ibid.*, fol. 133 v°. — En 1499, qualifié en outre de «capellanus capellanie fundate in ecclesia Lugdunensi ad honorem beatorum Dionisii et Austrelegii ac Johannis Baptiste», il se présente à la collation du chapitre de Saint-Paul de Lyon et à celle du prieur de Mornant, diocèse de Lyon. *Ibid.*, vol. 50, fol. 94. — Le 20 février 1500, il se présente de nouveau à la collation des chapitres de Saint-Just et de Saint-Paul de Lyon. *Ibid.*, fol. 138. — Et le 15 février suivant, il se représente à la collation des abbés d'Ainay et de Savigny. *Ibid.*, fol. 159 v°.

eisdem exposui quod Johannes de Bonoloco, diocesis Montisalbani, ad me venerat, dicens quod erat baccalarius in Universitate Tholosana, sunt quatuor anni fluxi, et, propter famam hujus Universitatis, desiderabat recipere gradum licencie Parisius, et quod hucusque distulerat se presentare ad examen, quia pro pec(c)uniis miserat ad partes nec adhuc habuerat responsum, sed habebat libros, quos in pignus erat paratus tradere pro juribus Facultatis. Super quibus fuit (F° 174 v°) conclusum quod die sequenti compareret apud cameram examinis et ibidem faceret fidem de gradu; quo facto, Facultas ulterius sibi daret responsum.

Die veneris XXVI ejusdem mensis, comparuerunt in camera examinis domini [26 Mars.] Nicolaus de Conty, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa et ego decanus: coram quibus dictus Johannes de Bonoloco, qui suam die precedenti fecerat supplicacionem, peciit cum instancia recipi ad examen licencie gradus. Cui pro parte Facultatis extitit per me responsum quod prius fidem faceret de gradu baccalariatus per eum pretenso, et hoc dicto, produxit duos testes, videlicet fratrem Andoenum de Prato, diocesis Tholosane, et dominum Guillardum de Coppiaco, utriusque juris doctorem, quorum primus in presencia dominorum asseruit medio juramento quod, sunt quatuor anni, vidit prefatum de Bonoloco palam et publice legere Decretales in Universitate Tholosana, more baccalariorum in Decretis ipsius Universitatis. Prefatus vero de Coppiaco, presente prefato domino de Conty, ad eum propter gravitatem destinato, ut retulit, deposuit idem in effectu ut precedens testis, et quod, sunt quatuor anni, viderat eumdem de Bonoloco palam legere Decretales in Universitate, sicut baccalarii ejusdem Universitatis legere consueverunt, et idem de Novoloco (*sic*) cum juramento asseruit quod, sunt quatuor anni e[f]fluxi, dictum gradum baccalariatus in ipsa Universitate Tholosana cum rigore examinis adeptus est.

Eodem die, prefatus Johannes de Bonoloco ad lecturam gradus baccalariatus extitit admissus et deinde ad examen gradus licencie; et post prestita juramenta in talibus assueta, eidem fuit assignata porcio textus et glosarum; et, ne retardaretur clausura examinis, fuit dispensatus super delacione majorum cedularum, et sibi injunctum extitit quod haberet unam presentare in facie Facultatis die lune, et quia pro juribus Facultatis in promptu pec(c)unias non habebat, tradidit magistro Claudio Poculoti plures libros in pignus viginti scutorum auri, super quibus capientur jura per ipsum de Bonoloco Facultati debita, et pro inco[r]poracione dictus Poculot tradidit tria scuta que fuerunt inter dominos distributa.

Die lune XXIX mensis ejusdem, in camera examinis, presentibus dominis Ni- [29 Mars.] colao de Conty, Roberto Tulleu et me decano, Henricus Lesongar, diocesis Cori-

sopitensis, examine premisso, fuit admissus ad gradum baccalariatus et lecturam, et solvit pro bursis tria auri scuta, et prestitit juramenta consueta.

[30 Mars.] (F° 175 r°.) Die martis xxx ejusdem mensis, presentibus dominis Nicolao de Conty, Roberto Tulleu, Stephano de Veteri Villa, aliis dominis absentibus, quamvis per cedulam vocatis super clausura examinis, de more examen clausum extitit, et pe[r] me habita collacione per quam xvi baccalarios presentes, secundum ordinacionem Facultatis, licencie munere dignos declaravi et ut tales venerando patri domino cancellario insignis ecclesie Parisiensis fore presentandos, ipsisque ad meliora per collacionem invitatis feci prestari juramenta bis per licenciandos prestari consueta ante suscepcionem licencie gradus.

[31 Mars.] Die mercurii ultima dicti mensis, ego decanus cum domino Nicolao de Conty, Stephano de Veteri Villa, hora quarta post meridiem, in aula domini Ambrosii de Cambray, xvi baccalarios per Facultatem pro munere licencie examinatos et probatos tanquam sufficientes et ydoneos cum reverencia eidem domino presentavi, humiliter requirendo et rogando eumdem dominum ut quamcicius illos vellet licenciare et apostolica benedictione munire, nostram quoque Facultatem in suis juribus, privilegiis, libertatibus et statutis ac laudabilibus consuetudinibus conservare. A quo fuit responsum quod ipsos presentatos recipiebat quamcicius posset licenciandos, sine prejudicio jurium, libertatum et privilegiorum sue dignitatis, ex quibus dicebat sibi trimestre competere ad probandum presentatos singularum Facultatum.

[1er Avril.] Die jovis prima mensis Marcii [l. Aprilis], post missam ordinariam Facultatis, Simon Adriane, dyocesis Turonensis, examine premisso, fuit admissus ad gradum baccalariatus et lecturam, et pro bursis solvit duo auri scuta, et juramenta consueta prestitit.

Eodem die, providus et discretus vir Stephanus Bouchart, Carnotensis dyocesis, fuit creatus bedellus[1] domini Johannis de Courcellis, per obitum Johannis Paquier dum viveret ac decessit bedelli domini memorati, et prestitit juramenta solita, prout in libro Facultatis continentur.

[2 Avril.] Die veneris secunda ejusdem mensis, domini doctores fuerunt vocati per cedulam ad conficiendum rotulum licenciandorum, et in camera examinis comparuerunt domini Johannes de Courcellis, Nicolaus de Conty, Robertus Tulleu, Jacobus Junii et ego decanus; ex quorum votis et deliberacionibus rotulus presentandus domino cancellario Parisiensi in hunc modum fuit factus et compositus : frater

[1] Ms. *bedullus*.

Benedictus de Chamery, Claudius de Hangest, frater Matheus le Wrien, Guillermus Bouguier, Nicolaus Lumbus, Johannes du Buat[1], (F° 175 v°) Simon Poievreau, Johannes de Bonoloco, Simon Cambrin, Johannes de Aquamortua, frater Johannes Vacui, Johannes Passerat, Erardus Cousin, Anthonius Maigneu, Petrus Poulain, Johannes de Feuquières.

Et hoc ordine descripti fuerunt in duobus rotulis pergameni, quorum unus domino cancellario presentandus clausus extitit et obsignatus seu sigillatus sigillo decanatus in medio, et in duabus extremitatibus, signetis duorum dominorum presencium, et alius similiter, ut remaneret pro cop(p)ia in manibus decani, ad videndum si die licencie esset aliquid immutatum in rotulo principali.

Eodem die, post meridiem, hora quinta, cum bedellis Facultatis comparui apud dominum cancellarium Parisiensem, in domo quam inhabitare consuevit, et eidem rotulum per Facultatem confectum et, ut prefertur, sigillatum presentavi, cum protestacionibus assuetis quod nullomodo reseraret ante diem et horam instantis licencie in aula domini episcopi Parisiensis celebrande. Qui quidem dominus cancellarius dictum rotulum recepit et clausum tenere promisit, sicut fieri pecieram. Ex qua responsione pecii instrumentum magistro Johanni du Gue, notario publico et majori bedello Facultatis.

Die sabbati, vigilia diei dominice in Ramis Palmarum, dominus Nicolaus de Conty legit solemnem Decretalem que legi solet illo die per doctores, et intravit ac exiit hora consueta, et debet pro eo proximam legere dominus generalis. [3 Avril.]

Die dominica quarta ejusdem mensis, hora septima de mane, domini, apud cameram examinis vocati pro adopcionibus licenciandorum faciendis, illos modo et forma sequentibus adoptaverunt, videlicet : dominus Johannes de Courcellis optavit fratrem Benedictum de Chamery; dominus Ambrosius de Cambray, Claudium de Hangest; dominus Nicolaus de Conty, fratrem Matheum le Wrien; dominus Robertus Tulleu, Guillermum Bouguier; dominus Stephanus de Veteri Villa, Nicolaum Lombus; dominus Jacobus Junii, fratrem Johannem Vacui; dominus Johannes Picard, Simon Cambrin, et ego decanus, Johannem de Bonoloco; dominus Johannes de Courcellis, pro secundo, Johannem de Feuquières; dominus Ambrosius de Cambray, Petrum Poulain; dominus Nicolaus de Conty, Johannem du Buat; dominus Robertus Tulleu, Erardum Cousin; dominus Stephanus de Veteri Villa, Johannem de Aquamortua; dominus Jacobus Junii, Anthonium Maignen; dominus Johannes Picard, Johannem Passerat, et ego, Simonem Poievreau; fuitque conclusum quod eo ordine adopciones inferius annotentur. [4 Avril.]

[1] Sur cette ancienne maison de Normandie et du Perche, voir La Chenaye-Desbois, *Dictionnaire de la noblesse*, t. XV, p. 154 et suiv.

[5 Avril.] Die lune quinta mensis Aprilis, apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum comparuerunt domini Nicolaus de Conty et Stephanus de Veteri Villa, me absente propter infirmitatem; coram quibus dominis comparens Guido Vigerii, diocesis Lemovicensis, dixit (F° 176 r°) et medio juramento asseruit quod gradum baccalariatus in jure canonico in Universitate Tholosana fuerat assecutus, et quoniam in anno sequenti gradum licencie Parisius intendebat et desiderabat adipisci, supplicuit admitti ad gradum baccalariatus et lecturam, offerens satisfacere de juribus consuetis, et, ad docendum plenius de suo gradu, produxit magistrum Raymundum de Cosnaco, baccalarium in Decretis Parisius, qui medio juramento asserit se credere prefatum Guidonem verum jurasse et aliud certitudinaliter nescire; quare ex parte Facultatis fuit eidem supplicanti injunctum quod ante examen future licencie haberet plenius docere de gradu per eum pretenso. Et hoc medio fuit admissus ad gradum baccalariatus et lecturam, et pro bursis solvit duo scuta cum uno leone, ac prestitit juramenta consueta.

Eodem die, dictis dominis comparentibus in loco predicto, hora nona de mane, cum sedecim licenciandis et duobus bedellis generalibus Facultatis et singulis dominorum doctorum, postquam dicti licenciandi prestiterunt juramenta consueta prestari ante suscepcionem licencie, bini et bini usque ad aulam domini episcopi Parisiensis processerunt, et ibidem collocatis, dicti domini Nicolaus de Conty et Stephanus de Veteri Villa, prout michi retulit dictus de Conty, adierunt presenciam domini cancellarii ecclesie Parisiensis, qui eis obviam venit et ex[h]ibuit rotulum de quo supra fit mencio, et inventus fuit integer ac intactus, et deinde processit idem dominus cancellarius, cum subcancellario et prefatis dominis eum associantibus[1], usque ad dictam aulam domini episcopi Parisiensis, et ibidem omnibus in suis sedibus collocatis atque sedentibus, dominus Milo, Decretorum doctor et episcopus Carnotensis, sedens cum prelatis, surrexit et ad sedendum cum dominis doctoribus accessit; deinceps vero prefatus dominus cancellarius tradidit rotulum magistro Johanni du Gue, majori bedello Facultatis, qui, legendo rotulum alta et intelligibili voce, dictos licenciandos vocavit eo ordine quo in ipso rotulo erant descripti, similiter et in rotulo qui apud dominum de Conty existebat. Quo facto, dictus subcancellarius longam et disertam oracionem habuit in laudem dictorum licenciandorum et sciencie juris canonicy; qua habita et perfecta, dominus cancellarius dictis sexdecim baccalariis licencie munus et apostolicam benedictionem impendit, ibidem assistente copiosa multitudine pontificum, abbatum, consulum, nobilium, doctorum, licenciatorum ex omni Facultate ac populi multitudine. Quibus peractis, domini doctores et licenciati novi descenderunt (F° 176 v°) de aula, et in pede gradum more solito per ordinem steterunt, ibique gracias egerunt omnibus et singulis qui actui interfuerant: et deinde ipsi

[1] Ms. *assosiantibus*.

domini doctores et novi licenciati se retraxerunt in cap(p)ella inferiori dicti domini Parisiensis episcopi, et ibidem licenciati novi dictis dominis doctoribus egerunt gracias de laboribus assumptis et honoribus eis impensis; et postmodum fratres Benedictus de Chameri et Matheus le Wrien admitti ad gradum doctoratus supplicarunt; quibus fuit responsum quod in proxima missa Facultatis comparerent, et super eorum supplicacione Facultas tunc eis daret congruum responsum.

ORDO AUTEM QUO IPSI LICENCIANDI FUERUNT AD LICENCIAM VOCATI SEQUITUR ET EST TALIS : [1490. 5 avril.]

Frater Benedictus de Chamery...	Quem adoptavit dominus Johannes de Courcellis.
Claudius de Hangest.....	d. Ambrosius de Cambray.
Frater Matheus le Wrien.....	d. Nicolaus de Conty.
Guillermus Bonguier.....	d. Robertus Tulleu.
Nicolaus Lumbus.....	d. Stephanus de Veteri Villa.
Johannes du Buat.....	d. Nicolaus de Conty.
Simon Poievreau.....	d. Reginaldus de Vaccaria.
Johannes de Bonoloco.....	d. Reginaldus de Vaccaria.
Simon Cambrin.....	d. Johannes Picard.
Johannes de Aquamortua.....	d. Stephanus de Veteri Villa.
Frater Johannes Vacui.....	d. Jacobus Junii.
Johannes Passerat.....	d. Johannes Picard.
Erardus Consin.....	d. Robertus Tulleu.
Anthonius Maignen.....	d. Jacobus Junii.
Petrus Poulain.....	d. Ambrosius de Cambray.
Johannes de Feuquières.....	d. Johannes de Courcellis.

Die mercurii VII ejusdem mensis, fuit sigillata littera gradus pro magistro Petro Sineonis, Lugdunensis diocesis, qui pro sigillo solvit scutum auri magistro Johanni de Vado. [7 Avril.]

(F° 177 r°.) Die XIII ejusdem mensis post Pascha, domini doctores regentes fuerunt vocati penes dominum Johannem de Courcellis, hora tercia post meridiem, ad deliberandum super tribus articulis : primus, ad providendum de primo legente; secundus, ad disponendum de collecta per bedellum Facultatis recepta nomine primi legentis; tercius est communis, super supplicacionibus et injuriis. [13 Avril.]

Quantum ad primum articulum, exposui quod magister Johannes Seguier, primus legens, circa medium quadragesime, in quadam missa Facultatis, in qua presentes erant domini Nicolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa et ego, comparuerat et inter cetera exposuerat se recepisse litteras missivas a domino

IMPRIMERIE NATIONALE.

cancellario Francie, per quas sibi rescripserat quod erat assumptus seu electus in consiliarium Parlamenti Tholosani, et mandaverat eidem quod incontinenti arriperet iter ad eum veniendi, propter quod coactus erat dimit[t]ere lecturam et ab eadem se exonerare, prout se exoneravit, et ad legendum loco sui presentavit magistrum Raymundum de Cosnaco, alias des Bordes, baccalarium Universitatis Tholosane, prius per Facultatem admissum ad lecturam. Super quibus per dictos dominos fuerat conclusum quod Faculta(ti)s per cedulam specialiter convocaretur et quamcicius, prout fuerat evocata penes dictum dominum ad diem sabbati tunc immediate sequentis, in qua comparuerant quatuor supplicantes pro hujusmodi prima lectura, videlicet prefatus magister Raymundus, magistri Carolus de Ranchicourt, Johannes Godin et Johannes Nicolay; super quorum supplicacionibus fuerat conclusum quod probarentur in lectura et audirentur per deputatos tunc nominatos, videlicet dominos Nicolaum de Conty, Stephanum de Veteri Villa et me, quilibet per unam septimanam, quodque simul audiveramus legentes dictos des Bordes et Ranchicourt, sed alios duos, propter infirmitatem supervenientem, non potueram audire. Qua de re rogavi prefatos condeputatos quod vellent Facultati referre quis supplicancium esset utilior et ydoneior pro scola. Quorum relacione audita, domini tunc presentes, videlicet domini Johannes de Courcellis, Ambrosius de Cambray, Nicolaus de Conty, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picard et ego, fuerunt varii, nec tunc potuerunt in unum legentem concordare, et placuit majori et saniori parti materiam ipsius congregacionis ad aliam congregacionem differre, et quod interim magistri Johannes Nicolay et Carolus de Ranchicourt legerent quilibet per tres dies et per deputatos alias datos audirentur, et eorum relacione audita, Facultas provideret de primo legente et preficeret ydoneiorem et utiliorem pro scola.

[21 Avril.] Die mercurii XXI ejusdem mensis, Facultas per cedulam extitit evocata (F° 177 v°) apud cameram examinis, hora secunda post meridiem, super duobus articulis: primus erat ad providendum lecture ordinarie de legente; secundus erat communis, super supplicacionibus et injuriis.

Quoad primum articulum, refricavi ea que in precedenti congregacione dicta fuerant, et posito articulo primo in medium, audita relacione deputatorum alias datorum, domini Johannes de Courcellis, Ambrosius de Cambray, Nicolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii et ego vota direximus in prefatum magistrum Raymundum des Bordes, et eum pro legente ordinario elegimus; domini Robertus Tulleu et Johannes Picard vota sua dederunt magistro Johanni Nicolay; et quia pro des Bordes erant major et sanior pars, conclusi pro eodem.

Ipso die, comparuit dictus magister Johannes Seguier, olim primus legens, qui supplicuit ut Facultas sibi vellet expedire facere collectam per bedellum Facultatis receptam. Cujus supplicacioni annuit Facultas.

Eodem die, dominus Robertus Tullen pro domino abbate de Lira, tunc absente, supplicuit admitti ad gradum doctoratus. Cui fuit responsum quod sua supplicacio registraretur et eidem abbati proficeret ac si esset facta in propria.

Illo die, comparuit in facie Facultatis magister Petrus Symeon, baccalarius in Decretis, qui pro adjunctione supplicuit in certo processu quem habebat in vim unius nominacionis alias sibi tanquam baccalario expedite sub sigillo Facultatis. Cujus supplicacioni fuit obtemperatum et concessa adjunctio requisita.

Die jovis XXII ejusdem mensis Aprilis, fuerunt lectura et missa ordinaria, in qua interfuerunt domini Nicolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa et ego; et post missam, in collegio, examine premisso, Henricus Nicolay, diocesis Abrene[ens]is, fuit admissus ad gradum baccalariatus et lecturam, et pro bursis solvit duo auri scuta, et prestitit juramenta consueta. [22 Avril.]

Ipso die, concluditur quod duo bedelli principales Facultatis super emolumentis provenientibus ex licencia novissima habebunt pro suis juribus XXIII auri scuta more solito capienda.

Die veneris ultima ejusdem mensis aprilis, fuit missa, et collegium postea in cap(p)ella Sancti Johannis Jherosolimitani congregatur: in quo interfuerunt domini Johannes de Courcellis, Nicolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa et ego; et vocatis supplicantibus, comparuit magister Karolus de Ramchicourt, in Decretis baccalarius Parisius[1], qui (F° 178 r°) supplicuit pro secunda lectura matutinali, que per dominos concorditer fuit sibi concessa, et deinde prestitit juramenta consueta. [30 Avril.]

Eodem die, examine premisso, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus et lecturam Victor de Nivernis, Nivernensis dyocesis, et Petrus Bataille, Tornacensis, quorum quilibet solvit pro bursis duo auri scuta, et Reginaldus de Cyvriaco [*in marg.* : Cyvrico], Lugdunensis diocesis, qui solvit tria scuta; et prestiterunt juramenta consueta.

Die sexta mensis maii sequentis, fuerunt sigillate bine littere gradus, una pro Reginaldo de Cevriaco, Lugdunensi, et alia pro Victore de Nivernis, in Decretis [6 Mai.]

Nicolaus Basoille, diocesis Lingonensis, in Decretis baccalarius, hodie, in nonis Beati Jacobi, incipiet primum librum Decretalium, in scolis Beati Eustacii, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno m cccc nonagesimo 2°, die iii Augusti.

Johannes Lagoul, diocesis Noviomensis, in Decretis baccalarius, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis superioribus, et hoc pro primo anno. Datum anno m cccc nonagesimo 2°, die iii Augusti.

Philippus Bernard, diocesis Baiocensis, in Decretis baccalarius, hodie, in nonis Beati Jacobi, incipiet primum librum Decretalium, in scolis Beati Eustacii, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno m cccc nonagesimo 2°, die ix Augusti.

Karolus Gorillon, diocesis Cathalaunensis, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno m cccc nonagesimo 2°, die xxv Augusti.

Andreas Longoeul, diocesis Ambianensis, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno m cccc nonagesimo 2°, die ultima Augusti.

Johannes Mercatoris, presbiter, diocesis Baiocensis, hodie, in nonis Beati Jacobi, incipiet

primum librum Decretalium, in scolis Beati Eustacii, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno m cccc nonagesimo 2°, die ultima Augusti.

Petrus Cornet, clericus, diocesis Noviomensis, in Decretis baccalarius, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno. Datum anno m cccc nonagesimo 2°, die vii mensis Septembris.

Franciscus Maillart, clericus, de Parisius, hodie, in nonis Beati Jacobi, incipiet primum librum Decretalium, in scolis Beati Eustacii, et hoc pro primo anno. Datum anno m cccc nonagesimo 2°, die vii Augusti.

Frater Andreas de Barzeio, ordinis S. Benedicti, Tullensis diocesis, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno. Datum anno m cccc nonagesimo 2°, die xv Septembris.

Johannes Flamenti, presbiter, diocesis Lugdunensis, hodie incipiet primum librum Decretalium, in scolis ad intersignium Beati Eustacii, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno m cccc nonagesimo 2°, die xv Septembris.

Marinus de Janilhac, clericus, de Parisius, in Decretis baccalarius, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno. Datum anno m cccc nonagesimo 2°, die xxii Septembris.

Andreas Culdoe, de Parisius, hodie, in nonis Beati Jacobi, incipiet primum librum Decretalium, in scolis Beati Eustacii, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno m cccc nonagesimo 2°, die xxii septembris.

Nicolaus Tanaglia, clericus Florentinus, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno m cccc nonagesimo 2°, die xxviii Septembris.

Gerardus Gard, diocesis Sancti Flori, in Decretis baccalarius, hodie, in nonis Beati Jacobi, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis superioribus, et hoc pro primo anno. Datum anno m cccc nonagesimo 2°, die xxviii Septembris.

Nicolaus Bertrandi, diocesis Cenomanensis, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis Beati Eustacii, et hoc pro primo anno. Datum anno m cccc nonagesimo 2°, die xxviii Septembris.

Johannes de Chavaignach, presbiter, diocesis Sancti Flori, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno. Datum anno m cccc nonagesimo 2°, die xi Octobris.

Laurencius Gobillon, in artibus magister et in Decretis baccalarius, diocesis Sagiensis, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis Beati Eustachii, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno m cccc nonagesimo 2°, die xvii Octobris.

(F° 204 v°.) Michael Robot, clericus, diocesis Antissiodorensis, in Decretis baccalarius, hodie, in nonis Beati Jacobi, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno m cccc nonagesimo 2°, die xvii Octobris.

Emericus Archimbault, diocesis Pictavensis, in Decretis baccalarius, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis Beati Eustacii, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno m cccc nonagesimo 2°, die xvii Octobris.

Ricardus Boucher, presbiter, in artibus magister, in Decretis baccalarius, diocesis Carnotensis, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno m cccc nonagesimo 2°, die xviii Octobris.

Oliverius Goujon, clericus, diocesis Turonensis, hodie, in nonis Beati Jacobi, incipiet

primum librum Decretalium, in scolis Beati Eustacii, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno M CCCC nonagesimo 2°, die XXIII Octobris.

Johannes Huart, clericus, diocesis Cenomanensis, in artibus magister et in Decretis baccalarius, hodie, in nonis Beati Jacobi, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno M CCCC nonagesimo 2°, die XXIII Octobris.

Johannes Gredatus, diocesis Cameracensis, in Decretis baccalarius, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno M CCCC nonagesimo 2°, die XXVII Octobris.

Aldebertus Catin, presbiter, in artibus magister, in Decretis baccalarius, hodie, in nonis Beati Jacobi, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno M CCCC nonagesimo 2°, die ultima mensis Octobris.

Guillermus de Beuseville, presbiter, diocesis Baiocensis, in artibus magister, in Decretis baccalarius, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno M CCCC nonagesimo 2°, die III Novembris.

Hugo de Valle, diocesis Nivernensis, in Decretis baccalarius, hodie, in nonis Beati Jacobi, incipiet primum librum Decretalium, in scolis Beati Eustacii, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno M CCCC nonagesimo 2°, die III Novembris.

DÉCANAT D'ÉTIENNE DE LA VIEFVILLE.

NOVEMBRE 1492-NOVEMBRE 1493.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

(F° 205 r°.) Anno Domini M CCCC nonagesimo secundo, die martis VI mensis Novembris, post lecturam et missam Facultatis, fuerunt domini convocati per cedulam apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum, super tribus articulis : primus est ad disponendum de officiis Facultatis; secundus est super aliquibus concernentibus agenda dominorum doctorisandorum ; tertius est communis, super supplicationibus et injuriis. [1492. 6 Novembre.]

Quantum ad primum articulum, ego Stephanus de Veteri Villa deposui librum, claves et sigillum in manibus domini Johannis de Courcellis, decani naturalis, cum gratiarum actionibus, supplicando quod me haberent excusatum in minus bene actis in dicto officio decanatus, et in bene actis recommissum ; et similiter fecit dominus Nicolaus de Conty, thesaurarius. Quo facto domini concorditer, nemine dissentiente, continuaverunt officiarios dicte Facultatis, videlicet dictum dominum de Conty in thesaurarium, et me de Veteri Villa in decanum.

Quantum ad secundum articulum, Facultas revocavit dilationem vesperiarum dictorum dominorum doctorisandorum, et jussit dictis doctorisandis quod honeste et ma[g]nifice, cum mantellis et capuciis foderatis, cum duobus bedellis generalibus Facultatis et honestarum personarum comitiva, invitarent curias Parlamenti, Requestarum, Generalium, Compotorum, Thesauri, Electorum, Cancellarie, Castelleti, et omnium jurisdictionum Parisius, tam Conservatorie quam Officialatus, omnes etiam principes, prelatos, collegia ecclesiarum, burgenses ville Parisiensis et alios honestos viros totius civitatis, prout hactenus est fieri consuetum.

Die veneris sequenti, birretarii apportaverunt partem birretorum apud scolas, et tradiderunt dicti domini doctorisandi in manibus mei decani centum et viginti scuta, in securitatem dictorum birretorum et aliorum agendorum. [9 Novembre.]

Die sabbati X mensis Novembris, fuerunt celebrate vesperie supradictorum dominorum doctorisandorum, videlicet domini Dionisii Alligret, Guydonis Vigier, [10 Novembre.]

Claudii de Haugest, Symonis du Gast et Nicolai Dorigny, in majoribus scolis Facultatis, in maxima nobilium, prelatorum, Regis consiliariorum, presidentium et aliorum plurimorum nobili assistencia, et in eisdem presedit magnifice reverendus doctor dominus Ambrosius de Cambray, ad laudem et honorem ipsius Facultatis, sub quo de questione expectatoria respondit magister Andreas Boquel, in Decretis baccalarius, et argumentis baccalariorum sibi tunc factis[1]. Qua terminata, dictus dominus presidens proposuit cuilibet dictorum dominorum vesperiandorum unam questionem, quam quilibet (F° 205 v°) eorum peroptime terminavit. Quibus finitis, remotis cappis, domini doctores et quinque vesperiati a loco scolarum usque ad conventum Augustinensium [processerunt], precedentibus omnibus bedellis, et ibi sumpserunt prandium; et post prandium, habito tractatu inter eos de hiis que acta fuerant signanter in scolis, domino presidenti concorditer pro tam laudabili actu gratias agentes, et ipsis ad partem retractis, domini vesperiati gratias egerunt dominis doctoribus de honore impenso et laboribus assumptis; et ibidem deputantur domini Nicolaus de Conty, Robertus Tulleu et ego ad visitandum cibaria et alia quecumque necessaria pro die festi, similiter scolas et aulam cum ceteris cameris in dicto conventu Augustinensium, ut provideant quod omnia sint recte disposita et ordinata, et quod visitent dicta loca, tam die lune de sero quam etiam die martis de mane; quod et factum est.

[11 Novembre.] Die dominica sequenti XI mensis Novembris, domini visitaverunt birreta apud cameram examinis, et fuerunt estimata birreta debita dominis pro juribus suis ad XVI sol. par. quodlibet birretum; et similiter species fuerunt estimate; de quibus tam de birretis quam speciebus ego decanus accepi duplum, thesaurarius et presidens et similiter respondens. Item dicti domini acceperunt pro clericis suis a quolibet doctorisando duo birreta[2].

Eadem die, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, dominus Dionisius le Camus, presbiter, Parisiensis diocesis, qui prestitit juramenta, et nichil solvit, quia familiaris domini Picard.

[12 Novembre.] Die lune sequenti, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, Guillermus Saiget, clericus, diocesis...[3], clericus domini Johannis de Courcellis; qui nichil solvit, propter causam predictam.

[13 Novembre.] Die martis XIII mensis Novembris, comparentibus apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum dominis Johanne de Courcellis, Ambrosio de Cambray, Nicolao de Conty, Roberto Tulleu, Johanne Picard, Jacobo Junii, Roberto Guaguin et

[1] En marge : *Vesperie.* — *Dies vesperiarum.* — [2] En marge, sans doute de la main de Nicolas Dorigny : *Distributio birretorum.* — [3] Le nom du diocèse est resté en blanc.

me Stephano de Veteri Villa, regentibus, et reverendo in Christo patre domino Milone d'Illiers, episcopo Carnotensi, non regente, hora septima de mane, bini et bini processerunt cum dominis Dionisio Alligret, Guidone Vigier, Claudio de Hangest, Symone du Gast et Nicolao Dorigny vesperiatis et tunc doctorisandis[1], induti cap[p]is doctoralibus, precedentibus omnibus bidellis, tam particularibus quam generalibus, ad locum majorum scholarum Facultatis, in quibus prefatus dominus Ambrosius de Cambray, in dicto actu presidens, proposuit questionem inter doctores terminandam, de qua respondit multum solemniter dominus Robertus Guaguini, minister generalis totius ordinis Sanctissime Trinitatis[2].

(Fº 206 rº.) Quo peracto, idem dominus de Cambray contulit prefatis dominis vesperiatis insignia doctoralia, que sunt birreti rotundi traditio, osculi exhibitio et cathedre assignatio, in presentia reverendorum in Christo patrum dominorum archiepiscopi Bituricensis[3], episcoporum Ambianensis[4], Meldensis[5], Belvacensis[6], Trecensis[7], dominorum presidentium tam Parlamenti[8] quam Compotorum, et generalium, et multorum nobilium, Regis consiliariorum, virorum ecclesiasticorum, cum rectore Universitatis et infinitis dominis doctoribus et graduatis ex omni Facultate. Quibus finitis, processimus una cum dominis novis doctoribus cum cappis bini et bini, juxta ordinem antiquitatis gradus, precedentibus omnibus bedellis dominorum cum duobus generalibus bedellis Facultatis, usque ad conventum Augustinensium, ubi paratum erat prandium in multa copia et varietate ciborum et in fine prandii optaverunt interferenla quinque novorum doctorum quinque antiquiores doctores regentes, videlicet domini Johannes de Courcellis, primo loco; dominus Ambrosius de Cambray secundo loco; dominus Nicolaus de Conty tertio loco; dominus Robertus Tulleu, quarto, et ego Stephanus de Veteri Villa, decanus, ratione antiquitatis mee, quinto et ultimo loco.

Finito vero prandio, coram dominis doctoribus, in quadam camera secreta, in qua convenerant tractaturi de hiis que acta fuerant tam in scholis quam in prandio, comparuerunt domini novi doctores, qui gratiarum actiones egerunt dominis de honore impenso et laboribus assumptis.

Die mercurii sequenti XIIII Novembris, fuit celebratum prandium crastini festi apud dictum conventum Augustinensium multum habunde tam in cibariis [14 Novembre.]

[1] En marge, toujours de la même main : *Dies festus doctorum nororum;* et plus bas : *Doctores sunt quinque.*

[2] Au bas du folio 205 vº, de la main de Nicolas Dorigny :

«Primus annus doctoratus nostri, qui fuit hoc die, incepit anno, mense et die in his versibus signatis [id. nov. MCCCCXCII] :

«Idibus ambrosia casleu falalanfa refulges.

«Quinque prees gnaris doctoribus apta novellis.»

[3] Guillaume de Cambray (1492-1505).

[4] Pierre Versé (1482-1500).

[5] Jean l'Huillier (1483-1500).

[6] Louis de Villiers de l'Isle-Adam (1488-1521).

[7] Jacques Raguier (1483-1518).

[8] Jean de La Vacquerie; Thibault Baillet, Robert Thiboust et Jean de Ganay.

IMP. NATIONALE.

carnium quam piscium; in quo interfuerunt omnes domini doctores Facultatis regentes necnon dominus Carnotensis ac omnes bedelli et clerici dominorum[1].

Finito vero prandio, domini quinque novi doctores gratias egerunt de laboribus per dominos assumptis et honoribus impensis, supplicando quod Facultas haberet defectus qui intervenerant, tam die vesperiarum quam die martis et hodie in conviviis, pro supportatis, offerendo omnia emendare ad ordinationem Facultatis, et quod dicta Facultas dignaretur eos admittere ad regentiam. Quibus decanus nomine Facultatis respondit quod, licet defectus plures intervenissent in prandio hesterno, attento tamen et considerato quod non culpa eorum doctorum intervenerant, sed potius magistrorum domus, volens mitius cum eis agere, Facultas omnes illos defectus supportabat et remittebat; volebat tamen Facultas quod providerent circa unum, videlicet quod die martis in scolis, propter confusionem que intervenerat in distributione birretorum, erant plures domini consiliarii, doctores et alii qui non habuerant birreta, et propterea ipsis expresse injungebat quod providerent circa hoc.

(F° 206 v°.) Quantum ad supplicationem regencie, Facultas respondit quod compareant in prima missa ordinaria Facultatis, et dabitur eis responsum.

Et ipso die, post prandium, dederunt species confectas zuccari debitas dominis.

[15 Novembre.] Die jovis sequenti, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua interfuerunt domini Cambray, Conty, Tulleu, Junii, Picard, Guaguin et ego.

In dicta missa interfuerunt etiam domini novi doctores, videlicet domini Dionisius Alligret, Guido Vigier, Claudius de Hangest, Simon du Gast et Nicolas Dorigny, et in offertorio quilibet eorum obtulit unum cereum cere albe nove ponderis quatuor librarum; et post missam, supplicaverunt in Facultate admitti ad regentiam. Qui fuerunt admissi communi consensu omnium dominorum, sub certis modificationibus, videlicet quod fuerant plures tam consiliarii in Parlamento quam doctores et alii qui in die festi non habuerant birreta in scolis, propter confusionem que intervenerat, et quod inscriberentur et deportarentur eis; ad onus etiam lecturarum tam solemnium Decretalium quam extraordinariarum more solito fiendarum; ita tamen, quod nichil reciperent de regentia usque in crastinum Nativitatis Domini, nisi aliter interim esset ordinatum, omnibus convocatis[2].

[19 Novembre.] Die lune sequenti, fuit congregatio Facultatis apud cameram examinis, hora secunda post meridiem; in qua fuerunt domini Cambray, Conty, Junii, Guaguin, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego.

[1] En marge : *Crastinum festum.* — [2] Ce dernier membre de phrase, depuis les mots *ita tamen*, paraît être une addition de Nicolas Dorigny.

In dicta congregatione fuerunt inscripti domini qui non habuerant birreta in die festi dominorum doctorum, et fuerunt eis distributa juxta ordinationem dominorum.

Die martis xx mensis Novembris, fuit congregatio Universitatis apud Sanctum Mathurinum, super duobus articulis: primus est ad audiendum lecturam litterarum regiarum; secundus est communis. [20 Novembre.]

In dictis litteris dominus noster Rex rescribebat Universitati in favorem domini Johannis Simon contra magistrum Gerardum Gobaille, electum Parisiensem, et volebat rex quod Universitas in omnibus faveret dicto magistro Johanni Simon[1].

In dicta congregatione fuerunt presentes domini Guaguin, Alligret, Vigier, de Hangest, Dorigny et ego.

Die jovis sequenti xxii mensis Novembris, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt presentes domini Conti, Junii, Guaguin, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego. [22 Novembre.]

Die dominica xxv ejusdem mensis, fuit missa Beate Katherine, in qua fuerunt presentes domini Conti, Picard, Junii, Guaguin, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego. [25 Novembre.]

Die lune sequenti, fuit missa Universitatis apud Jacobitas, in qua interfuerunt domini Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego.. [26 Novembre.]

(F° 207 r°.) Die jovis penultima mensis Novembris, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt presentes domini Cambray, Conty, Junii, Guaguin, Alligret, Vigier, du Gast, Dorigny et ego. [29 Novembre.]

Die mercurii quinta mensis Decembris, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem, in qua fuerunt domini Cambray, Conty, Tulleu, Junii, Guaguin, Alligret, Vigier, du Gast, Dorigny et ego. [5 Décembre.]

Die jovis vi mensis Decembris, fuit missa Beati Nicolai, in qua fuerunt domini Conti, Junii, Guaguini, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego. [6 Décembre.]

[1] Du Boulay (t. V, p. 809) place cette réunion de l'Université au 21 novembre, et s'exprime en termes absolument contraires au sujet du mandement de Charles VIII : «Die 21 Novemb. in Comitiis Mathurinensibus lectæ sunt litteræ Regis Caroli VIII, quibus mandabat Universitati ut Gerardo electo Parisiensi patrocinaretur : quæ Regis voluntas tanto gratius accepta est, quo iam studiosius ipsa propendebat in causam dicti episcopi.»

Eadem die, comparuit in Facultate primus legens, qui supplicavit pro licencia recedendi per duos menses.

Dicta die, fuit incorporatus inter baccalarios magister Anthonius Paulin, diocesis Sarlatensis, baccalarius Tholose, qui solvit pro incorporatione duo scuta auri.

[7 Decembre.] Die veneris sequenti, fuit missa Universitatis apud ecclesiam Fratrum Predicatorum; in qua interfuerunt domini Alligret, Vigier, du Gast, Dorigny et ego.

[8 Décembre.] Die sabbati VIII mensis Decembris, fuit missa Conceptionis Beate Marie virginis apud Sanctum Johannem celebrata, in qua fuerunt presentes domini Cambray, Conty, Junii, Guaguin, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego.

Eadem die, post missam, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, Johannes Poynelli, diocesis Nivernensis, qui solvit pro bursis et dispensatione duo scuta cum dimidio, et prestitit juramenta.

[9 Décembre.] Die dominica sequenti, fuerunt processiones Universitatis apud ecclesiam Beate Genovefe; in quibus fuerunt presentes domini Cambray, Conti, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego.

Eadem die, in Sancto Mathurino, ante processiones, fuerunt presentate Universitati littere domini nostri summi pontificis Alexandri sexti, et ibidem lecte, et deliberatum extitit quod *Te Deum laudamus* decantaretur in predicta ecclesia Beate Genovefe; quod et factum est[1].

[10 Décembre.] Die lune sequenti, X mensis Decembris, fuit congregatio Universitatis apud Sanctum Mathurinum, super tribus articulis: primus est ad audiendum quamdam supplicationem Facultatis Decretorum contra (F° 207 v°) quemdam Ludovicum pro doctore utriusque juris se gerentem; secundus, super salario nuntii domini Pape; tertius est communis.

In dicta congregatione fuerunt presentes domini Cambray, Conti, Tullen, Guaguin, Alligret, Vigier, du Gast, de Hangest, Dorigny et ego.

Quantum ad primum articulum, Facultas declaravit Universitati quod quidam Ludovicus Siculus, qui non erat graduatus in Universitate, publice legebat, faciebat disputaciones solemnes, et alios actus scolasticos exercebat, supplicando Universitati quod vellet se adjungere Facultati contra dictum Siculum, et quod inhiberetur dicto Siculo ne de cetero presumeret talia facere; et post delibera-

[1] Cf. Du Boulay, t. V, p. 809 : «Die 9 Decemb. in Comitiis Mathurinensibus lectæ sunt litteræ Alexandri VI summi Pontificis de sua promotione, ad Universitatem per specialem Nuncium, quem Universitas summa pecuniæ donatum voluit.»

tionem singularum Facultatum, Universitas dedit adjunctionem et dedit deputatos qui se nomine Universitatis transferrent cum Facultate Decretorum, et facerent inhibitiones tam dicto Siculo quam magistro collegii de Cambray ac etiam aliis magistris collegiorum, ne de cetero permitterent non gradnatos in Universitate publice legere aut alios actus scolasticos in suis collegiis exercere[1].

Die jovis XII ejusdem mensis, fuit missa Facultatis in Sancto Johanne; in qua [13 Décembre.] fuerunt domini Cambray, Conti, Tullen, Junii, Guaguin, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego.

Eadem die, fuit congregatio Facultatis, post missam, super duobus articulis: primus est ad audiendum ea que advisata sunt per consilium super materia nominatorum per Facultatem Universitati; secundus est communis. In dicta congregatione fuerunt domini supradicti.

Die veneris sequenti, fuit missa de Rorate apud Sanctum Johannem; in qua [14 Décembre.] fuerunt domini Junii, Alligret, Vigier, du Gast, Dorigny et ego.

Die dominica sequenti XV[I] Decembris, fuit admissus ad gradum baccalariatus, [16 Décembre.] examine premisso, dominus Petrus Guibert, presbiter, Abrincensis diocesis; qui, prestitis juramentis, solvit pro bursis et dispensatione tria scuta.

Die jovis XIX [*l.* XX] Decembris, fuit missa Facultatis, in qua interfuerunt domini [20 Décembre.] Conty, Junii, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego.

Eadem die, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus, examine premisso, Simon Rougolle, Ebroicensis diocesis, qui solvit pro bursis et dispensatione duo scuta cum dimidio, et dominus Johannes le Gros, presbiter, Constanciensis diocesis, qui similiter solvit pro bursis et dispensatione duo scuta cum dimidio, et sic quinque scuta; et prestiterunt juramenta.

(F° 208 r°.) Die lune, in vigilia Nativitatis Domini, dominus Alligret legit De- [24 Décembre.] cretalem *Firmiter, de summa Trinitate*, et intravit hora consueta[2].

Eadem die, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt presentes domini Conty, Junii, Guaguin, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego.

Die mercurii 2^a^ mensis Januarii, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt domini [1493. 2 Janvier.] Conti, Vigier, Dorigny et ego.

Die mercurii nona mensis Januarii, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johan- [9 Janvier.]

[1] Cf. Du Boulay, t. V, p. 809-810. — En marge : *Nota quantum ad legentes in collegiis sine adoptione.* — [2] En marge : *Lectura Decretalis.*

nem celebrata, in qua fuerunt presentes domini Conty, Vigier, du Gast, Dorigny et ego.

[16 Janvier.] Die mercurii xvi ejusdem mensis, fuit missa, in qua fuerunt presentes domini Conty, Junii, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego.

[21 Janvier.] Lune xxi Januarii, in domo domini receptoris, presentibus dominis Dorigny, du Gast et me decano, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, dominus Johannes Morain, Brivatensis, diocesis Sancti Flori, qui solvit pro bursis duo scuta.

[24 Janvier.] Die jovis xxiii ejusdem mensis, fuit missa ordinaria Facultatis, presentibus dominis Conti, Guaguin, Vigier, Hangest, du Gast, Dorigny et me decano.

[26 Janvier.] Die sabbati xxvi Januarii, fuit obitus quondam bone memorie domini Martini de Fraxinis; in quo fuerunt facte distributiones more solito.

[31 Janvier.] Die jovis ultima ejusdem mensis Januarii, fuit missa ordinaria Facultatis, in qua fuerunt presentes domini Conti, Guaguin, Alligret, Vigier et du Gast.

[2 Février.] Die sabbati ii mensis Februarii, fuit missa Purificationis Beate Marie Virginis, in qua interfuerunt domini Conti, Guaguin, Alligret, Vigier, du Gast, Dorigny et ego; et fuit facta distributio cereorum more solito.

[4 Février.] Die lune quarta mensis Februarii, fuit missa Universitatis apud ecclesiam Fratrum Predicatorum; in qua fuerunt presentes domini Conty, Alligret, Vigier, du Gast, Dorigny et ego.

[7 Février.] (F° 208 v°.) Die jovis vii mensis Februarii, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt presentes domini Conti, Alligret, du Gast, Dorigny et ego.

[14 Février.] Die jovis xiii ejusdem mensis, fuit missa ordinaria Facultatis, presentibus dominis suprascriptis.

[15 Février.] Die veneris xv ejusdem mensis, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, Michael Piedecerf, diocesis Rothomagensis, qui, prestitis solitis juramentis, solvit pro bursis et dispensatione duo scuta cum dimidio.

[21 Février.] Die jovis xxi ejusdem mensis, fuit missa ordinaria Facultatis, in qua fuerunt presentes domini Conti, Tulleu, Vigier, de Hangest, du Gast et ego.

Die jovis ultima mensis Februarii, fuit congregatio Facultatis, apud cameram examinis, super tribus articulis : primus est ad recipiendum et admittendum resignacionem officii clavigeri dicte Facultatis; secundus est ad dispensandum cum presentatis ad licenciam, si et in quantum opus erat; tertius est communis. [28 Février.]

Quantum ad primum articulum, domini admiserunt resignacionem clavigeri factam per magistrum Hugonem Angot, procuratorem Nicolai . . . . ., clavigeri dicte Facultatis, et contulerunt dictum officium Alano . . . . .[1], qui prestitit juramenta.

Eadem die, fuit incorporatus inter baccalarios Nicolaus Nobis, diocesis Lingonensis, qui solvit pro incorporacione duo scuta.

Die veneris prima mensis Marcii, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt domini Conti, Junii, Guaguin, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego. [1er Mars.]

Eadem die, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus, examine premisso, magister Piatus Parvi, presbiter, diocesis Carnotensis, qui solvit pro bursis et dispensacione tria scuta auri, Thomas Boynet, clericus, diocesis Ambianensis, qui solvit pro bursis duo scuta, et Johannes du Rosel, clericus, diocesis Morinensis, qui similiter solvit pro bursis duo scuta; et prestiterunt juramenta.

Die jovis VII mensis Marcii, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem: in qua fuerunt presentes domini Conti, Guaguin, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego. [7 Mars.]

Eadem die, post missam, baccalarii presentati ad licenciam intraverunt cameram examinis pro examine generali numero octo, quibus ego decanus habui orationem exhortativam more solito.

Die dominica sequenti, fuerunt processiones Universitatis apud ecclesiam Beati Victoris prope Parisius; in quibus interfuerunt domini Tulleu, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego. [10 Mars.]

(F° 209 r°.) Eadem die, pro una littera gradus : XX sol. par.

Die jovis XIII ejusdem mensis, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt domini Conty, Guaguin, Alligret, Vigier, Dorigny et ego. [14 Mars.]

Eadem die, fuit congregatio Universitatis apud Sanctum Mathurinum super controversia procuratorie nationis Francie.

Veneris XXII ejusdem mensis, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt domini Junii, Alligret, de Hangest, Dorigny et ego. [22 Mars.]

Eadem die, in camera examinis, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus,

[1] Les noms de famille de ces deux personnages sont restés en blanc.

examine premisso, Johannes Ferron, diocesis Autissiodorensis, [qui] solvit duo scuta cum dimidio, et Johannes Durand, clericus domini primi legentis, qui solvit pro omnibus juribus duo scuta.

[25 Mars.] Die lune XXV ejusdem mensis, fuit missa Beate Marie, in qua fuerunt domini Conti, Junii, Guaguin, Alligret, de Hangest, du Gast et ego.

Eadem die, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, frater Anthonius de Busco[1], ordinis S. Benedicti, qui, prestitis solitis juramentis, solvit duo scuta cum dimidio.

[27 Mars.] Die mercurii XXVII ejusdem mensis, in camera examinis, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, Egidius Fralon, diocesis Carnotensis; qui prestitis juramentis, solvit duo scuta.

[28 Mars.] Die jovis XXVIII ejusdem mensis, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt domini Conti, Junii, Guaguin, Alligret, Dorigny et ego.

Eadem die, in camera examinis, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, Nicolaus Gamelin[2], diocesis Laudunensis; qui, prestitis juramentis, solvit pro bursis duo scuta.

[29 Mars.] Die veneris XXIX ejusdem mensis, in camera examinis, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, Johannes de Montesson, diocesis Cenomanensis; qui, prestitis juramentis, solvit pro bursis duo scuta.

[13 Avril.] Die sabbati XIII mensis Aprilis, fuit incorporatus inter baccalarios frater Ludovicus Suffleau, ordinis S. Augustini, Cenomanensis diocesis; qui solvit pro incorporatione duo scuta.

[1] S'agit-il ici d'Antoine du Bois, dit de Fiennes, comte de Chaumont en Bassigny, qui serait devenu abbé de Saint-Lucien de Beauvais, O. S. B., quatre mois environ avant sa réception au baccalauréat (juillet 1492)? Protonotaire apostolique, chanoine de la Sainte-Chapelle de Paris, il obtint d'Innocent VIII, à 18 ans, un bref qui lui donnait le siège épiscopal de Beauvais, mais qui resta lettre morte. Deux ans après, il était nommé administrateur de l'église de Béziers, où il eut de grandes difficultés avec l'évêque Pierre Javailhac [de Janailhac?]. Enfin, le 2 février 1503 (ou 1504), il put prendre possession de cet évêché. Il mourut le 17 avril 1537. La haute situation de sa famille expliquerait ses ambitions précoces : fils de Jean, seigneur du Bois de Querdes, il était le neveu de Philippe de Crèvecœur, sieur de Cordes, lieutenant général en Picardie, et sa sœur Barbe avait épousé François Ier de La Rochefoucauld, prince de Marsillac. Voir *Gallia Christ.*, t. VI, p. 293 et 364. — Ou bien faudrait-il lire *de Busto* (du Bus)?

[2] En 1497, Nicolas Gamelin, « in jure canonico licenciatus et in artibus magister », se présente à la collation des abbés de Saint-Vincent et de Saint-Nicolas-au-Bois, O. S. B., diocèse de Laon. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 50, fol. 17. — En 1500, il se présente à la collation des chapitres de l'église collégiale de Sainte-Geneviève et de celle de Saint-Pierre de Laon. *Ibid.*, fol. 134.

Die jovis xvii[i] Aprilis, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt domini Conti, Guagnin, Alligret, Vigier, Dorigny et ego. [18 Avril.]

(F° 209 v°.) Eadem die, fuit clausum examen licencie, et habui ego decanus orationem dictis baccalariis more solito.

Die veneris sequenti, domini Conty, Guagnin, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego, cum baccalariis presentatis ad licenciam et bedellis Facultatis, adivimus presentiam domini cancellarii in domo sua, et eidem presentavimus dictos baccalarios receptos per Facultatem tanquam munere licencie dignos, numero tridecim (*sic*), brevi collatione per me habita, eidem supplicando instanter quatinus illos, quamcicius facultas se offerret, expedire vellet et dignaretur. Qui quidem dominus cancellarius benigne eosdem baccalarios recepit et ipsos quamcicius poterit expedire promisit. [19 Avril.]

Die mercurii xxiii Aprilis, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua ego non fui propter infirmitatem. [24 Avril.]

Die sabbati xxvii ejusdem mensis, fuit congregatio Universitatis, apud Sanctum Mathurinum, super tribus articulis: primus, ad conferendum quoddam officium librariatus; secundus, super clausione rotuli et executione arresti Facultatis Decretorum; tertius est communis. [27 Avril.]

Quantum ad primum articulum, Universitas contulit dictum officium librariatus Philippo Pigouchet[1], librario.

Quantum ad secundum, fuit presentatus rotulus Facultatis Universitati, et fuit arrestum demandatum executioni per magistrum Johannem Bouchart, consiliarium regis in curia Parlamenti[2].

[1] Philippe Pigouchet exerça de 1488 à 1526: il demeurait «en la rue de la Harpe, devant Saint Cosme, en l'ostel du colleige de Dinville»; en 1508, il occupa momentanément l'atelier de l'hôtel de Beauregard, rue Clopin. Cf. Philippe Renouard, *Imprimeurs parisiens, libraires*, etc. (Paris, 1898, in-12), p. 300. — Pigouchet a imprimé de nombreux livres d'heures, surtout pour Simon Vostre. Cf. Brunet, *Manuel du libraire*, éd. de 1864, t. V, col. 1569 et suiv.

[2] Le vendredi 1ᵉʳ mars 1492 [1493], le Parlement de Paris avait rendu l'arrêt suivant:

«Sur la requeste baillée à la Cour par les doyen, docteurs et Faculté de Decret de l'Université de Paris, par laquelle ils requeroient que les recteur, procureur et doyens des Facultés des arts, theologie et medecine en ladite Université fussent tenus de recevoir [et] controller les nominations des licentiez et bascheliers presentez par lesdits doyen et docteurs d'icelle Faculté de Decret en ensuivant la forme et teneur de la Pragmatique sanction, et que à ce faire soient contraints par la prinse de leurs biens temporels et sceaux mis en la main du Roy;

«Veu par la Cour ledit arrest, ensemble les advertissemens et productions d'icelles parties, et ouy sur ce le rapport de certains commis par icelle Cour à ouïr lesdites parties, et tout consideré;

«Il sera dit en enterinant icelle requeste que lesdits recteur, procureur et doyens desdites Facultez des ars, theologie et medecine d'icelle Université seront tenus recevoir, inrotuller et sceller

[28 Avril.] Die dominica sequenti, fuit congregatio Facultatis, apud cameram examinis, super tribus articulis: primus, ad conficiendum rotulum licenciandorum: secundus, ad deliberandum super supplicatione secundi legentis, qui supplicaverat pro novo libro; tertius est communis.

In eadem congregatione fuerunt presentes domini Cambray, Conti, Tulleu, Picart, Guaguin, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego; et fuit confectus rotulus dictorum licenciandorum de communi consensu dominorum predictorum modo infrascripto.

Eadem die, dominus Conty presentavit dictum rotulum dicto domino cancellario in domo sua clausum et sigillatum tribus sigillis, scilicet sigillo decanatus, in medio, et sigillis duorum dominorum assistentium, in extremitatibus ipsius rotuli, videlicet sigillo domini de Conty et sigillo domini Guaguin; et fecit dictus dominus de Conty protestationes assuetas coram notario et testibus.

[1er Mai.] Die mercurii prima mensis Maii, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, Petrus Lourdel, diocesis Ambianensis, qui solvit pro bursis duo scuta auri ad solem, et dimidium scutum pro dispensatione.

[2 Mai.] (F° 210 r°.) Die jovis secunda mensis Maii, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt domini Conti, Tulleu, Guaguin, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego, cum tredecim (*sic*) licenciandis infrascriptis et bedellis Facultatis; qui licenciandi, post prestationem juramentorum solitorum prestari ante licenciam, processerunt bini et bini usque ad aulam domini Parisiensis episcopi; deinde, domini Conti, Guagnin, Alligret et ego accessimus ad personam domini cancellarii in domo sua, in claustro Beate Marie, qui nobis exhibuit rotulum per Facultatem sibi traditum, clausum et sigillatum; et deinde processit idem dominus cancellarius cum subcancellario, prefatis dominis eum associantibus, usque ad dictam aulam domus episcopalis Parisiensis, et ibidem omnibus in suis locis sedentibus, prefatus dominus cancellarius tradidit rotulum magistro Johanni Dugue, majori bedello Facultatis, qui, legendo dictum rotulum alta et intelligibili voce, dictos licenciandos vocavit eo ordine qui [*l.* quo] in eodem rotulo erant descripti. Quo facto, dictus subcancellarius long(u)am et disertam orationem habuit ad laudem dictorum licenciandorum et Facultatis; qua finita, dictus

les nominations des nommez licentiez en Decret à eux nommez par lesdits doyen et docteurs d'icelle Faculté de Decret selon la forme et teneur dudit arrest, Pragmatique sanction, et nonobstant chose proposée par lesdits recteur, procureurs et doyens d'icelles Facultez des ars, theologie et medecine d'icelle Université; et à ce faire seront contraints par toutes voyes deües et raisonnables, nonobstant oppositions et appellations quelconques faites ou à faire et sans prejudice d'icelles, despens reservez en definitive. - *Franç.* 21278, fol. 221.

dominus cancellarius dictis tridecim (*sic*) baccalariis licentie munus et apostolicam benedictionem impendit, ibi assistente copiosa multitudine prelatorum, consulum, nobilium, doctorum, licenciatorum et studentium ex omni Facultate. Quibus peractis, domini doctores et novi licenciati descenderunt de dicta aula et in pede gradium more solito steterunt, ibique gratias egerunt omnibus qui actui interfuerant; et deinde ipsi novi licenciati se retraxerunt ante capellam inferiorem dicte domus episcopalis, et ibi gratias egerunt dominis doctoribus de laboribus assumptis et honoribus impensis.

ORDO AUTEM QUI [l. QUO] IPSI LICENCIANDI FUERUNT AD LICENCIAM VOCATI ET SUB QUIBUS SUNT ADOPTATI SEQUITUR IN HUNC MODUM :

Johannes de Chavaignach.	Hunc adoptavit dominus Johannes de Courcellis.
Florentius Gaubert.....	— d. Stephanus de Veteri Villa.
Nicolaus Nobis.....	— d. Robertus Tullen.
Ludovicus Sufflleau.....	— d. Nicolaus de Couty.
Nicolaus Bertrandi.....	— d. Jacobus Junii.
Martinus Guaguin.....	— d. Ambrosius de Cambray.
Johannes Morini.....	— d. Johannes Picard.
Michael Gaudaire.....	— d. Dionisius Alligret.
Nicolaus de Carra.....	— d. Robertus Guaguin.
Paulus Valton.....	— d. Guido Vigier.
Joachin Blotin.....	— d. Claudius de Hangest.
Robertus Gambier.....	— d. Simon du Gast.
Nicolaus Cappucii.....	— d. Nicolaus Dorigny.

(F° 210 v°.) Die mercurii nona [l. octava] ejusdem mensis Maii, fuit missa ordinaria Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt presentes domini Conti, Tullen, Junii, Guaguin, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego. [8 Mai.]

Eadem die, fuit celebratus obitus domini Johannis Chuffart, in quo fuerunt domini supradicti.

Die jovis sequenti, fuit missa Beati Nicolai apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt domini Conti, Junii, Guaguin, Alligret, Vigier, Dorigny et ego. [9 Mai.]

Die dominica sequenti, fuit congregatio Facultati in domo domini de Josaio, hora exitus vesperorum Beate Marie, super duobus articulis: primus est super facto legentium de mane; secundus, communis. [12 Mai.]

In dicta congregacione fuerunt presentes domini Johannes de Courcellis,

Cambray, Conti, Picard, Guaguin, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego.

Quantum ad primum articulum, magister Karolus de Ranchicourt, secundus legens, obtulit Facultati quod legeret bis in die, scilicet de mane hora consueta, et post prandium hora secunda. Quod placuit Facultati, et similiter injunxit primo legenti.

[15 Mai.] Die mercurii XV mensis Maii, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt domini Conti, Junii, Guaguin, Alligret, Vigier, Dorigny et ego.

[18 Mai.] Die sabbati XVIII ejusdem mensis, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus in camera examinis Johannes Louchy, diocesis Lymericensis[1], et Nicolaus Louchy, diocesis Medensis[2], de Hybernia; solverunt ipsi duo pro omnibus juribus XI scuta; et Guillermus Pully, diocesis Ebroicensis, qui solvit pro bursis duo scuta; et prestiterunt juramenta.

[23 Mai.] Die jovis XXIII ejusdem mensis, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt presentes domini Conti, Guaguin, Alligret, du Gast, Dorigny et ego.

[30 Mai.] Die jovis penultima mensis Maii, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt domini Conti, Junii, Guaguin, Alligret, de Hangest et ego.

[3 Juin.] Die lune III mensis Junii, fuit congregatio Universitatis apud Sanctum Mathurinum, super duobus articulis : primus est ad audiendum lecturam litterarum regiarum per quas dominus noster Rex rescribebat Universitati quod reciperentur ambatiatores (*sic*) Imperatoris honorabilius quam fieri posset; secundus est communis.

In eadem congregacione fuerunt domini Conty, Guagnin, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast et ego.

Item, eadem die, Universitas recepit rotulum baccalariorum nominatorum per Facultatem, secundum tenorem arresti prius dati[3].

[5 Juin.] (F° 211 r°.) Die mercurii quinta mensis Junii, domini legerunt, et post lecturam fuit missa Facultatis, in qua fuerunt domini Conti, Picard, Junii, Guaguin, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego.

Eadem die, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, frater

[1] *Limirencensis*, de Limerick. — [2] *Midensis*, de Meath. — [3] L'arrêt du 1er mars 1493. Cf. plus haut, p. 361 et n. 2.

Anthonius de Fontoy, ordinis S. Benedicti, qui, prestitis solitis juramentis, solvit pro omnibus juribus Facultatis et eciam bedellorum sex scuta, data Ludovico [1] pro complemento processuum.

Die jovis XIII Junii, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt presentes domini Conti, Junii et ego. [13 Juin.]

Die sabbati XV Junii, dominus Conti recessit ab hac civitate et ivit Ambianis. [15 Juin.]

Die dominica sequenti, fuerunt processiones Universitatis apud ecclesiam Beati Germani Antissiodorensis; in quibus fuerunt domini Guaguin, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego. [16 Juin.]

Die lune sequenti, fuit congregatio Universitatis apud Sanctum Mathurinum, super duobus articulis: primus est super hiis que dicta fuerunt dominis deputatis Universitatis per dominum de Borbonio [2]; secundus est communis. [17 Juin.]

In dicta congregatione fuerunt presentes domini Guaguin, Alligret, du Gast et Dorigny.

Eadem die, in domo domini generalis, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, Johannes Beauvisaige, clericus, diocesis Ambianensis; qui pro omnibus juribus solvit sex scuta, que fuerunt reservata pro expeditione processuum.

Die jovis XX ejusdem mensis, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt domini Junii, Guaguin, Alligret, Vigier, de Hangest, Dorigny, du Gast et ego. [20 Juin.]

Eadem die, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, dominus Petrus Godierus, presbiter, diocesis Nivernensis; qui, prestitis juramentis, solvit pro bursis et dispensatione duo scuta cum dimidio.

Die jovis XXVII Junii, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt domini Junii, Guaguin et ego. [27 Juin.]

Die mercurii II mensis Julii, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt domini Junii, Guaguin, Alligret, du Gast, Dorigny et ego. [3 Juillet.]

Eodem die, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, magister Johannes du Gue [3], de Parisius; qui, prestitis juramentis, solvit pro omnibus juribus sex scuta.

[1] Le second bedeau. Cf. plus haut, p. 331 et n. 2.

[2] Le sire de Beaujeu.

[3] C'est le troisième personnage de ce nom que nous rencontrons. Peut-être est-ce lui qui paraît dans la mention suivante des registres du Châtelet, à la date du 5 mars 1528 [1529] : « Honorable

[11 Juillet.] (F° 211 v°). Die jovis xi mensis Julii, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt presentes domini Junii, Guaguin, Alligret, Vigier, du Gast, Dorigny et ego.

[13 Juillet.] Die xiii ejusdem mensis, fuit congregatio Facultatis, apud cameram examinis, super duobus articulis : primus est ad admittendum resignationem officii primi legentis ad utilitatem secundi legentis; secundus est communis.

In dicta congregatione fuerunt domini Cambray, Tulleu, Picard, Junii, Guaguin, Alligret, Vigier, de Hangest, Dorigny et ego.

[17 Juillet.] Die mercurii xvii ejusdem mensis, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, Petrus Jacotin, diocesis Trecensis; qui, prestitis solitis juramentis, solvit pro bursis duo scuta.

[18 Juillet.] Die jovis sequenti, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt domini Junii, Guaguin, Dorigny, de Hangest et ego.

[26 Juillet.] Die veneris xxvi ejusdem mensis Julii, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt domini Junii, Guaguin, de Hangest, Dorigny et ego.

Eadem die, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, Rogerius Barme[1], de Parisius, qui, prestitis juramentis, solvit pro bursis duo scuta.

homme Jehan du Gué, procureur en cour d'Eglise, a emancipé François, aagé de 13 ans, Estienne, aagé de 12 ans, et Nicolas du Gué, aagé de 9 ans, ses enfans. Curateur noble et discrète personne M. Jehan Toutin, archidiacre de Brie en l'eglise de Paris.» *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 467.

[1] Le 5 janvier 1500 [1501], au Châtelet, «m. Roger Barme, advocat en Parlement, a appellé d'une sentence donnée au profit de honorable femme Gillette Pillau, veufve feu m. Odo de Bernay», et l'on voit se présenter, le même jour, «honorable femme Gillette Pellart (*sic*), veufve de feu Odo de Bernay, qui avoit fait proceder par voye d'execution sur les biens de Roger Barme et sa femme; dit est que ladite veufve aura provision et luy seront baillez les biens et delivrez.» *Coll. Clairambault*, vol. 765, pp. 415 et 416. — Le 2 mars suivant, «au tesmoignage de honorable femme Gillette Pellart, veufve m. Odo de Bernay advocat, mère, honorable homme et sage m. Roger Barme, advocat en Parlement, frère à cause de sa femme, m. Geoffroy de Bernay, advocat au Chastellet, frère, Guillaume de Bernay, oncle paternel, Pierre Pillet, Richard Lespicier, cousins germains à cause de leurs femmes, et Mathieu Castel, cousin de Christophle de Bernay, fils mineur dudit deffunt et veufve, ont esté esleus tuteurs ladite veufve et m. Roger Barme.» *Ibid.*, p. 430-431.

Né à Paris, Roger Barme, d'abord simple avocat, puis premier «lisant» de la Faculté de Décret et avocat de l'Université, remplaça Jacques Olivier comme avocat général au Parlement en 1508 (*Franç.* 23328, fol. 166 v°: *Mémoriaux de la Faculté de Décret*, vol. III, fol. 73 v°). Il devint prévôt des marchands de la ville de Paris en 1512, au lieu de Robert Turquant, et exerça cette charge jusqu'en 1514 (*Franç.* 11746, fol. 6; *Registres du bureau de la ville de Paris*, t. I, p. 189, 200, 202, 205, 208, 313). Le 29 mai 1517, il fut nommé président au Parlement, au lieu de Jacques Olivier, promu premier président (*Franç.* 23328, fol. 174). Il mourut en 1523, laissant de sa femme, Perrette de Bernay, une fille unique, Marie, qui épousa Guillaume de Vaudetar, conseiller au Parlement. Cf. Blanchard, *Les Presidens au mortier du Parlement de Paris*, p. 139 et suiv.

Die mercurii ultima mensis Julii, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt domini Junii, Guaguin, de Hangest, du Gast et ego. [31 Juillet.]

Eadem die, in domo domini generalis, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, Johannes Broutesauge, diocesis Carnotensis, qui solvit pro bursis duo scuta.

Die jovis VIII mensis Augusti, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt domini Junii, Guaguin, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego. [8 Août.]

Die mercurii, in vigilia Assumptionis Beate Marie, fuit missa, in qua fuerunt domini Guaguin, Vigier, de Hangest, Dorigny et ego. [14 Août.]

Die jovis XV Augusti, fuit missa Assumptionis Beate Marie Virginis, et post missam, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, Christianus Suyckly, diocesis Curiensis[1], qui solvit..... (*sic*). [15 Août.]

Die lune XIX ejusdem mensis, fuit congregatio Universitatis apud Sanctum Mathurinum, ad audiendum reparationem quarumdam injuriarum apud Sanctum Severinum per quemdam fratrem Minorem in quodam sermone per eum facto dicte Universitati illatarum. [19 Août.]

In dicta congregatione fuerunt domini Guaguin, Alligret et du Gast.

(F° 212 r°.) Die jovis XXII Augusti, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt presentes domini Junii, Alligret, de Hangest, du Gast et ego. [22 Août.]

Die mercurii XXVIII Augusti, fuit missa ordinaria, in qua fuerunt domini Junii, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego. [28 Août.]

Die mercurii III mensis septembris, dominus Conti reversus est ex Ambianis. [4 Septembre.]

Die jovis quinta ejusdem mensis, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt domini Conti, Junii, Guaguin, Alligret et ego. [5 Septembre.]

Die dominica VIII ejusdem mensis, fuit missa Beate Marie, in qua fuerunt domini Conti, Junii, Alligret, du Gast et ego. [8 Septembre.]

Die lune sequenti, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso. [9 Septembre.]

[1] Coire (Suisse).

magister Johannes Puleri[1], diocesis Senonensis; qui, prestitis juramentis, solvit pro bursis et dispensatione duo scuta cum dimidio.

[12 Septembre.] Die jovis XII Septembris, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt presentes domini Conti, Junii, Guaguin et ego.

[19 Septembre.] Die jovis XIX ejusdem mensis, fuit missa, in qua fuerunt presentes domini Conti, Junii, Alligret, du Gast, Dorigny et ego.

[21 Septembre.] De sabbati sequenti, in domo domini de Conti, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, dominus Renatus Prepositi, presbiter, diocesis Cenomanensis, qui solvit pro bursis duo scuta.

[26 Septembre.] Die jovis XXVI ejusdem mensis, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt domini Junii, Alligret, de Hangest, du Gast et Dorigny.

Eadem die, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus, examine premisso, Nicolaus Castel[2], diocesis Ambianensis, et Johannes Walpois, ejusdem diocesis; qui, prestitis solitis juramentis, solverunt pro bursis. . . . . (*sic*).

Eadem die, dominus legens supplicavit pro novo libro.

[29 Septembre.] Die dominica penultima mensis Septembris, fuerunt processiones Universitatis apud ecclesiam Fratrum Heremitarum Beati Augustini; in quibus fuerunt domini Guaguin, Alligret, du Gast, de Hangest, Dorigny et ego.

[3 Octobre.] Die jovis III mensis Octobris, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt presentes domini Junii, Alligret, du Gast, Dorigny et ego.

[10 Octobre.] (F° 212 v°.) Die jovis X mensis Octobris, in crastino festi Beati Dionisii, domini Tulleu, Junii, Guaguin, Alligret, du Gast, Dorigny et ego visitavimus dominum legentem, more solito.

[1] C'est probablement le même Jean le Beau, «in artibus magister et in utroque jure baccalarius», qui, en 1494, se présente à la collation de l'évêque et du chapitre de Nevers et à celle de Saint-Étienne des Vaux, diocèse de Saintes. *Archives de l'Université de Paris*, vol. 49, fol. 48 v°. — En 1495, il se présente à la collation du chapitre d'Auxerre et à celle de l'abbé de La Couture, au Mans. *Ibid.*, fol. 83. — En 1496, il est dit «diocesis Senonensis», et se présente à la collation des abbés d'Issoire, diocèse de Clermont, et de Saint-Magloire de Paris. *Ibid.*, fol. 137.

[2] C'est évidemment le même qui se trouve dans les *libri nominationum* de l'Université, en 1494, sous le nom de «Nicolaus Castel, Cameracensis diocesis, in artibus magister et in Decretis baccalarius». Il se présente à la collation des évêques et chapitres d'Angers et de Tournai. *Archives de l'Université de Paris*, vol. 49, fol. 55.

Eadem die, in exitu scolarum, fuit celebrata missa Facultatis apud Sanctum Johannem, presentibus dominis predictis et magistro Claudio de Hangest.

Die jovis XVII ejusdem mensis, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt domini Tulleu, Junii, Guaguin, de Hangest et ego. [17 Octobre.]

Eadem die, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus, examine premisso, Robertus de Longueil, de Parisius, et Johannes Hegron[1], de Parisius: qui, prestitis juramentis, solverunt pro bursis quilibet duo scuta.

Die martis XXII Octobris, fuit congregatio Universitatis apud Sanctum Mathurinum, ad audiendum lecturam litterarum domini cardinalis de Sancto Dionisio, qui rescripsit Universitati[2]. [22 Octobre.]

In dicta congregatione fuerunt domini Guaguin, Alligret, de Hangest, du Gast et Dorigny.

Die jovis XXIII Octobris, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt domini Junii, Guaguin, Alligret, Vigier, Dorigny et ego. [24 Octobre.]

[1] Cf. plus bas, p. 374, n. 1.

[2] Cf. Du Boulay, t. V, p. 810. — Le cardinal de Saint-Denis était Jean de Villiers de La Grolaye, évêque de Lombez (1473), abbé de Saint-Denis (1474), promu au cardinalat en septembre 1493. Il mourut à Rome le 6 août 1499.

IMPRIMERIE NATIONALE.

II

COLLATION DES GRADES ET HARANGUES.

1. DOCTORATS [1].

[1492. 6-14 Novembre.]

Dionisius Alligret.
Guido Vigier.
Claudius de Hangest.
Simon du Gast.
Nicolaus Dorigny.

2. LICENCES [2].

Johannes de Chavaignach.
Florentius Gaubert.
Nicolaus Nobis.
Ludovicus Suffleau.
Nicolaus Bertrandi.
Martinus Guaguin.
Johannes Morini.
Michael Gaudaire.
Nicolaus de Carra.
Paulus Valton.
Joachin Blotin.
Robertus Gambier.
Nicolaus Cappucii.

3. BACCALAURÉATS.

[1492.]	XI Novembris	Dionisius le Camus. (V. p. 352.)
	XII Novembris	Guillermus Saiget. (V. p. 352.)
	VI Decembris	Anthonius Paulin [incorporatus]. (V. p. 356.)
	VIII Decembris	Johannes Poynelli. (V. p. 356.)
	XVI Decembris	Petrus Guibert. (V. p. 357.)
	XX Decembris	Simon Rougolle. (V. p. 357.)
[1493.	XX Decembris	Johannes le Gros. (V. p. 357.)
	XXI Januarii	Johannes Morain. (V. p. 358.)
	XV Februarii	Michael Piedecerf. (V. p. 358.)
	XXVIII Februarii	Nicolaus Nobis [incorporatus]. (V. p. 359.)
	I Martii	Piatus Parvi. (V. p. 359.)

[1] Cf. plus haut, p. 351-355. — [2] Cf. plus haut, p. 363.

I Martii. . . . . Thomas Boynet. (V. p. 359.)
I Martii. . . . . Johannes du Rosel. (V. p. 359.)
XXII Martii . . . . . Johannes Ferron. (V. p. 360.)
XXII Martii . . . . . Johannes Durand. (V. p. 360.)
XXV Martii. . . . . Frater Anthonius de Busco. (V. p. 360.)
XXVII Martii. . . . . Egidius Fralon. (V. p. 360.)
XXVIII Martii. . . . . Nicolaus Gamelin. (V. p. 360.)
XXIX Martii. . . . . Johannes de Montesson. (V. p. 360.)
XIII Aprilis . . . . . Frater Ludovicus Suffleau [incorporatus]. (V. p. 360.)
I Maii . . . . . Petrus Lourdel. (V. p. 362.)
XVIII Maii . . . . . Johannes Louchy. (V. p. 364.)
XVIII Maii . . . . . Nicolaus Louchy. (V. p. 364.)
XVIII Maii . . . . . Guillermus Pully. (V. p. 364.)
V Junii. . . . . Frater Anthonius de Fontoy. (V. p. 365.)
XVII Junii. . . . . Johannes Beauvisaige. (V. p. 365.)
XX Junii. . . . . Petrus Godierus. (V. p. 365.)
III Julii. . . . . Johannes du Gue. (V. p. 365.)
XVII Julii. . . . . Petrus Jacotin. (V. p. 366.)
XXVI Julii . . . . . Rogerius Barme. (V. p. 366.)
XXXI Julii. . . . . Johannes Broutesauge. (V. p. 367.)
XV Augusti . . . . . Christianus Suyckly. (V. p. 367.)
IX Septembris. . . . . Johannes Pulcri. (V. p. 368.)
XXI Septembris. . . . . Renatus Prepositi. (V. p. 368.)
XXVI Septembris. . . . Nicolaus Castel. (V. p. 368.)
XXVI Septembris. . . . Johannes Walpois. (V. p. 368.)
XVII Octobris. . . . . Robertus de Longueil. (V. p. 369.)
XVII Octobris. . . . . Johannes Hegron. (V. p. 369.)

III

LECTURES DES BACHELIERS.

(F° 213 r°.) Secuntur nomina et cognomina baccalariorum in jure canonico Parisius suas lectiones incipientium a mense Novembris anni Domini millesimi cccc nonagesimi secundi usque ad mensem Novembris anni domini m cccc nonagesimi tercii.

Dominus Dionisius le Camus, presbiter, diocesis Parisiensis, in Decretis baccalarius, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno Domini m cccc nonagesimo secundo, die xii mensis Novembris.

Guillermus Saget, clericus, diocesis.....(*sic*), in Decretis baccalarius, hodie, in nonis Beati Jacobi, incipiet primum librum Decretalium, in scolis ad intersignium Beati Eustacii, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno m cccc nonagesimo secundo, die xiiii Novembris.

Johannes Poynelle, diocesis Nivernensis, in Decretis baccalarius, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno mcccc nonagesimo secundo, die x mensis Decembris.

Dominus Petrus Guibert, presbiter, Ebroicensis diocesis, hodie, in nonis Beati Jacobi, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis superioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno m cccc nonagesimo secundo, die xvi Decembris.

Simon Rougolle, Ebroicensis diocesis, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno m cccc nonagesimo secundo, die xx mensis Decembris.

Dominus Johannes Legros, presbiter, diocesis Ebroicensis, hodie, in nonis Beati Jacobi, incipiet primum librum Decretalium, in scolis Beati Eustacii, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno m cccc nonagesimo secundo, die xx mensis Decembris.

Dominus Johannes Morain, presbiter, diocesis Sancti Flori, in Decretis baccalarius, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno m cccc nonagesimo secundo, die xxiii Januarii.

Michael Piedecerf, Rothomagensis diocesis, hodie, in nonis Beati Jacobi, incipiet primum librum Decretalium, in scolis ad intersignium Beati Eustacii, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno m cccc nonagesimo secundo, die xvii Februarii.

Piatus Parvi, presbiter, diocesis Carnotensis, in Decretis baccalarius, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno m cccc nonagesimo secundo, die secunda Marcii

Thomas Boynet, clericus, diocesis Ambianensis, hodie, in nonis Beati Jacobi, incipiet primum librum Decretalium, in scolis Beati Eustacii, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno m cccc nonagesimo secundo, die secunda Marcii.

Johannes du Rosel, clericus, diocesis Morinensis, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis superioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC nonagesimo secundo, die secunda Marcii.

Johannes Ferron, clericus, diocesis Antissiodorensis, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis Beati Eustacii, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC nonagesimo secundo, die XXIII Marcii.

(F° 213 v°.) Frater Anthonius de Busco, ordinis S. Benedicti, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno M CCCC nonagesimo secundo, die XXVI Marcii.

Egidius Fralon, clericus, diocesis Carnotensis, in Decretis baccalarius, hodie, in nonis Beati Jacobi, incipiet primum librum Decretalium, in scolis ad intersignium Beati Eustacii, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno M CCCC nonagesimo secundo, die XXVIII Marcii.

Nicolaus Gamelin, clericus, diocesis Landunensis, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC nonagesimo secundo, die penultima Marcii.

Johannes de Montesson, clericus, diocesis Cenomanensis, hodie, in nonis Beati Jacobi, incipiet primum librum Decretalium, in scolis Beati Eustacii, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno M CCCC nonagesimo secundo, die penultima mensis Marcii.

Petrus Lourdel, clericus, diocesis Ambianensis, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC nonagesimo tercio, die secunda mensis Maii.

Johannes Louchy, diocesis Lymericensis in Hibernia, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC nonagesimo tertio, die XXI Maii.

Nicolaus Louchy, diocesis Medensis in Hibernia, hodie, in nonis Beati Jacobi, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis superioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC nonagesimo tertio, die XXI Maii.

Guillermus Pully, clericus, diocesis Ebroicensis, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis Beati Eustacii, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC nonagesimo tertio, die XXI Maii.

Frater Anthonius de Fontoy, ordinis S. Benedicti, hodie, in nonis Beati Jacobi, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine. Datum anno M CCCC nonagesimo tertio, die VI mensis Junii.

Johannes Beauvisaige, clericus, diocesis Ambianensis, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis Beati Eustacii, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC nonagesimo tertio, die XVIII Junii.

Dominus Petrus Godierus, presbiter, diocesis Nivernensis, hodie, in nonis Beati Jacobi, incipiet primum librum Decretalium, in scolis Beati Eustacii, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC nonagesimo tertio, die XXII Junii.

Johannes Dugue, in artibus magister, de Parisius, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC nonagesimo tertio, die quinta mensis Julii.

Dominus Petrus Jacotin, presbiter, diocesis Trecensis, hodie, in nonis Beati Jacobi, incipiet primum librum Decretalium, in scolis Beati Eustacii, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC nonagesimo tertio, die XVIII mensis Julii.

(F° 214 r°.) Rogerius Barme, clericus, diocesis Parisiensis, hodie, in nonis Beate Marie,

incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC nonagesimo tertio, die XXVII mensis Julii.

Johannes Broutesauge, clericus, diocesis Carnotensis, hodie, in nonis Beati Jacobi, incipiet primum librum Decretalium, in scolis Beati Eustacii, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC nonagesimo tertio, die secunda mensis Augusti.

Christianus Suyeckly (*sic*), diocesis Curiensis, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC nonagesimo tertio, die XVII Augusti.

Johannes Pulchri, presbiter, diocesis Senonensis, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis Beati Eustacii, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC nonagesimo tertio, die X mensis Septembris.

Johannes Rogerii, presbiter, diocesis Lugdunensis, hodie, in nonis Beati Jacobi, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC nonagesimo tertio, die XXII Septembris.

Renatus Prepositi, presbiter, diocesis Cenomanensis, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC nonagesimo tertio, die XXVI mensis Septembris.

Nicolaus Castel, clericus, diocesis Ambianensis, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis Beati Eustacii, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC nonagesimo tertio, die XXVIII Septembris.

Johannes Walpois, clericus, diocesis Ambianensis, hodie, in nonis Beati Jacobi, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC nonagesimo tertio, die XXVIII Septembris.

Robertus de Longueil, clericus, de Parisius, hodie, in nonis Beate Marie, incipiet primum librum Decretalium, in scolis magnis inferioribus, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC nonagesimo tertio, die XIX mensis Octobris.

Johannes Hegron, de Parisius[1], hodie, in nonis Beati Jacobi, incipiet primum librum Decretalium, in scolis Beati Eustacii, et hoc pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno M CCCC nonagesimo tertio, die XIX mensis Octobris.

[1] Il doit être question d'un de ses proches parents dans cet extrait des registres du Châtelet, sous la date du 8 juillet 1493 : « Deffenses faites à Philipes Dufour, examinateur curateur, de damoiselles Jehanne et Margueritte Margaille, filles et heritières en partie de feu Pierre Margaille, de troubler maistre Macé Hegron en la jouissance du tiers en la moitié par indivis des fiefs, terres et seigneuries de la Court de Carrelier et Caillart assis à Bourroy sur la rivière de Juyne [Bouray, département de Seine-et-Oise, arrondissement d'Étampes, canton de la Ferté-Alais], pendant le procez des parties. » *Collection Clairambault*, vol. 765, p. 187.

DÉCANAT D'ÉTIENNE DE LA VIEFVILLE.

NOVEMBRE 1493-NOVEMBRE 1494.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

(Fo 215 ro.) Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tercio, die jovis vii mensis Novembris, post missam ordinariam Facultatis, fuit congregatio per cedulam apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum, super duobus articulis: primus est ad eligendum vel continuandum officiarios dicte Facultatis; secundus est communis, super supplicationibus et injuriis. [1493. 7 Novembre.]

In dicta congregatione fuerunt presentes domini Cambray, Conty, Junii, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast et ego.

Quantum ad primum articulum, ego Stephanus de Veteri Villa, decanus, deposui librum, sigillum et claves in manibus dicti domini Ambrosii de Cambray, tunc decani naturalis, supplicando Facultati quod dignaretur me habere supportatum in minus bene actis per me durante dicto decanatu, et per me acta et gesta rata, grata et advoata habere, exponendo eisdem quod jam multis annis ego fueram electus et continuatus in decanum dicte Facultatis: qua de re vellent et dignarentur eligere novum decanum. Et similiter idem supplicavit dominus Nicolaus de Conty, thesaurarius ejusdem Facultatis. Quibus sic actis, domini concorditer continuaverunt suos officiarios in suis officiis, scilicet me de Veteri Villa in decanum, et dictum dominum Nicolaum de Conty in thesaurarium dicte Facultatis.

Die martis, in crastino festi Sancti Martini hyemalis, fuit missa Universitatis apud Sanctum Mathurinum; in qua interfuerunt domini Conty, Vigier, de Hangest et ego. [12 Novembre.]

Die jovis xiii ejusdem mensis Novembris, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt domini Conty, Junii, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego. [14 Novembre.]

Jovis xxi ejusdem mensis, fuit missa Facultatis in Sancto Johanne: in qua fuerunt presentes domini Conty, Junii, Vigier, de Hangest, du Gast et ego. [21 Novembre.]

Eadem die, pro littera gradus Johannis Lagoul : xiii sol. par.

[25 Novembre.] Die lune XXV Novembris, fuit missa Beate Katherine apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt domini Conty, Picard, Junii, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego.

Eadem die, post missam, in capella, dominus legens exposuit Facultati quod unus, qui non erat graduatus Parisius, legebat in collegio Lombardorum, hora qua legitur pro ordinario, supplicando Facultati quod provideret de remedio opportuno. Domini concluserunt quod dictus legens faceret diligentiam apud scribam Universitatis de recuperando conclusionem Universitatis in simili materia factam; qua recuperata, Facultas ordinavit quod ego decanus cum quibusdam aliis de Facultate accederemus ad dictum collegium Lombardorum, ad exponendum magistro dicti collegii dictam conclusionem, et quod ulterius non permitteret dicto legenti (ulterius) legere in suo collegio, conformiter ad contenta in dicta conclusione.

[26 Novembre.] (F° 215 v°.) Die martis sequenti XXVI ejusdem mensis, fuit missa Universatis apud ecclesiam Fratrum Predicatorum; in qua interfuerunt domini Conty, Vigier, du Gast et ego.

Eadem die, fuit congregatio Universitatis, post missam, in dicto loco, super duobus articulis : primus est ad advisandum si opus esset mittere ad regiam Majestatem, ad prosequendum codicillum presentatum regie Majestati, tangens provisionem et utilitatem Universitatis et suppositorum ejus.

In dicta congregatione, Facultas conclusit quod placebat mittere ad regiam Majestatem simplicem nuncium cum litteris Universitatis ad prosequendum dictum codicillum et contenta in eo.

In dicta congregatione fuerunt domini Cambray, Conty, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego.

[28 Novembre.] Jovis XXVIII Novembris, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt domini Conty, Junii, Guaguin, Vigier, de Hangest, du Ga[s]t et ego.

Eadem die, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, magister Guillermus Voisin, in artibus magister, diocesis Rothomagensis, qui solvit pro bursis duo scuta, et pro dispensatione de non eundo per villam XII sol. par.

Eadem die, domini ordinaverunt quod die lune sequenti fiet proclamatio in scolis pro apertione examinis future licencie, et quod volentes promoveri comparerent in secunda missa Facultatis.

[5 Décembre.] Die jovis quinta mensis Decembris, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt domini Conty, Junii, Alligret, Vigier, du Gast, de Hangest et ego.

Veneris sequenti, fuit missa Beati Nicolai apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt domini Conti, Guaguin, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego. [6 Décembre.]

Die sabbati VII ejusdem mensis Decembris, fuit missa Universitatis apud ecclesiam Fratrum Predicatorum; in qua fuerunt domini Vigier, du Gast et ego. [7 Décembre.]

Die dominica sequenti, fuit missa Conceptionis Beate Marie Virginis apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt domini Conti, Guaguin, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast et ego. [8 Décembre.]

Die jovis XII ejusdem mensis Decembris, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt domini Conty, Guaguin, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego. [12 Décembre.]

Eadem die, fuerunt incorporati inter baccalarios Joachin Besle, Lemovicensis diocesis, baccalarius Pictavis, et frater Guido de Villelume, Bituricensis diocesis, similiter baccalarius Pictavis, qui solverunt pro incorporatione quilibet duo scuta.

(F° 216 r°.) Eadem die, supradicti frater Guido et Joachin cum duobus aliis baccalariis supplicaverunt pro examine licencie; cui [*l.* quibus] domini dixerunt quod comparerent in prima missa.

Die sabbati XIII Decembris, fuit missa de Rorate apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt domini Conti, Guaguin, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego. [14 Décembre.]

Eadem die, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, dominus Nicolaus Clementis, presbiter, diocesis Laudunensis; qui, prestitis solitis juramentis, solvit pro bursis et dispensatione duo scuta et XII sol. par.

Die jovis XIX ejusdem mensis, fuit missa ordinaria Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt domini Conty, Guaguin, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego. [19 Décembre.]

Die martis XXIII ejusdem mensis, in vigilia Nativitatis Domini, dominus Simon du Gast legit Decretalem *Firmiter, de summa Trinitate et fide catholica;* qui intravit hora consueta et observavit solemnitates assuetas. [24 Décembre.]

Eadem die, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt presentes domini Conty, Junii, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego.

Eadem die, pro littera gradus Johannis Ancelin : XVI sol. par.

Item, pro littera gradus dominus Nicolai Clementis : XVI sol. par.

IMPRIMERIE NATIONALE.

[1494. 2 Janvier.] Die jovis II mensis Januarii, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem: in qua fuerunt domini Conty, Junii, Vigier, de Hangest, Dorigny et ego.

Eadem die, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, Guillermus de Proisy, clericus, diocesis Laudunensis; qui, prestitis solitis juramentis, solvit pro bursis et dispensatione duo scuta cum dimidio.

[4 Janvier.] Die sabbati III mensis Januarii, fuit congregatio Facultatis, apud cameram examinis, hora secunda post meridiem, super duobus articulis: primus est super dispensatione baccalariorum presentatorum ad licentiam, si et in quantum dispensatione indigerent; secundus est communis.

In dicta congregatione fuerunt presentes domini Conty, Vigier, du Gast, Dorigny et ego.

[9 Janvier.] Die Jovis IX mensis Januarii, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt presentes domini Conti, Junii, du Gast, Vigier, de Hangest, Dorigny et ego.

[16 Janvier.] (F° 216 v°.) Die jovis XVI mensis Januarii, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt domini Conti, Junii, Gaguin, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego.

Eadem die, fuit incorporatus inter baccalarios Johannes de Saint Aulbin[1], diocesis Carnotensis, baccalarius Aurelianis, qui solvit pro incorporatione duo scuta cum sex solidis par.

[23 Janvier.] Die jovis XXIII ejusdem mensis, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua interfuerunt domini Conti, Junii, Gaguin, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego.

Eadem die, domini presentati ad licentiam intraverunt aulam examinis pro examine generali numero septem; in qua ego decanus feci exhortationem dictis baccalariis more solito.

[27 Janvier.] Die lune XXVI[I] Januarii, fuit celebratus obitus bone memorie domini Martini de Fraxinis; in quo fuerunt domini Conti, Junii, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego; et fuerunt facte distributiones more solito.

30 Janvier.] Jovis penultima mensis Januarii, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt presentes domini Conti, Guaguin, Alligret, Vigier, de Hangest, Dorigny et ego.

[1] En 1494, Jean de Saint-Aulbin, «in Decretis licenciatus, Cenomanensis diocesis» (*sic*), se présente à la collation de l'évêque et du chapitre de Chartres et à celle de l'abbé de N.-D. de Colombs, diocèse de Chartres; en 1495, à la collation de l'archidiacre de Dreux et à celle de l'abbé de Saint-Père-en-Vallée, diocèse de Chartres. *Archives de l'Université de Paris*, vol. 49, fol. 69 v° et 78.

Die dominica II mensis Februarii, fuit missa Purificationis Beate Marie Virginis; in qua fuerunt domini Conti, Junii, Guaguin, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego; et fuerunt facte distributiones cereorum more solito. [2 Février.]

Die lune sequenti, fuit missa Universitatis apud Jacobitas; in qua ego non fui propter occup(p)ationes. [3 Février.]

Jovis VI ejusdem mensis Februarii, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt domini Conti, Alligret, de Hangest, Dorigny et ego. [6 Février.]

Jovis XIII ejusdem mensis, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt presentes domini Conti, Guaguin, Alligret, de Hangest, du Gast et ego. [13 Février.]

Die sabbati XV Februarii, fuit congregatio Universitatis apud Sanctum Mathurinum, super apertione rotuli nominandorum. [15 Février.]

Eadem die, post congregationem, in domo domini de Conti, presentibus dominis de Conti, Alligret, de Hangest, du Gast, Dorigny et me, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus, examine premisso, frater Theodoricus Billart, ordinis S. Benedicti, diocesis Rothomagensis, qui solvit duo scuta cum dimidio, et Guillermus Guillemini, diocesis Nivernensis, clericus domini Alligret, qui solvit pro omnibus juribus quatuor francos.

(Fº 217 rº.) Jovis XX mensis Februarii, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt domini Conti, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego. [20 Février.]

Die martis XXV ejusdem mensis, in camera examinis, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, frater Alardus du Castel, prior Davenencourt[1], ordinis S. Benedicti, qui solvit tria scuta ad solem, et unum aliud pro dispensatione harenge. [25 Février.]

Jovis XXVII ejusdem mensis, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua interfuerunt domini Conti, Guaguin, Alligret, Dorigny et ego. [27 Février.]

Jovis VI mensis Marcii, fuit missa Facultatis; in qua interfuerunt domini Conti, Alligret, Vigier et ego. [6 Mars.]

Eadem die, fuit congregatio Universitatis apud Sanctum Mathurinum, super resignatione officii cujusdam papiriatus.

[1] Probablement Davesnescourt (département de la Somme, arrondissement et canton de Montdidier).

Item, ipsa die, post congregationem, in domo domini generalis fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, Petrus Flan, clericus, diocesis Ambianensis, qui solvit pro bursis XL sol. par.

[13 Mars.] Die jovis XIII mensis Marcii, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt domini Conti, Guaguin, Alligret et ego.

Eadem die, fuit congregatio Facultatis, apud cameram examinis, super duobus articulis : primus est ad deliberandum super hiis que acta fuerunt cum licenciandis; secundus est communis.

In dicta congregatione fuerunt domini Conti, Guaguin, Picard, Alligret, Vigier, de Hangest, Dorigny et ego.

[18 Mars.] Die martis XVIII ejusdem mensis, fuit clausum examen, et habui orationem ad baccalarios more solito.

Eadem die, in camera examinis, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, Johannes Merlin[1], clericus, diocesis Lemovicensis; qui, prestitis solitis juramentis, solvit pro bursis et dispensatione duo scuta cum dimidio.

[20 Mars.] Die jovis XX ejusdem mensis, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt domini Conti, Tulleu, Junii, Vigier, du Gast et ego.

Eadem die, post missam, fuit congregatio Facultatis in camera examinis, super duobus articulis : primus est ad conficiendum rotulum licenciandorum; secundus est communis.

Ibi comparuerunt domini Cambray, Conti, Tulleu, Picard, Junii, Guaguin, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego. Et fuit confectus rotulus dictorum licenciandorum, de communi consensu dominorum, (F° 217 v°) modo et forma inferius descriptis, et fuerunt inde confecti duo rotuli, unus videlicet clausus et signatus tribus sigillis more solito, et alius non clausus, qui remansit in manibus mei decani, et incontinenti facto rotulo, domini adoptaverunt dictos licenciandos ordine infrascripto.

Eadem die, post prandium, in domo domini cancellarii, in presentia dominorum Conti, Alligret, Vigier, du Gast et de Hangest, ego decanus, brevi oratione per me habita, presentavi dictos licenciandos numero XIII dicto domino cancellario, eidem supplicando quatinus eos expedire dignaretur et eisdem munus licencie impartiri quamcicius comode posset. Qui quidem dominus cancellarius eos benigne recepit, et pollicitus est eos expedire quam brevissime posset.

Et statim post, in presentia notarii et testium, presentavi dicto domino cancel-

[1] En 1494, Jean Merlin, «in artibus magister et in Decretis baccalarius», se présente à la collation de l'évêque et du chapitre de Limoges, et à celle du chapitre de l'église collégiale de Saint-Junien, même diocèse. *Archives de l'Université de Paris*, vol. 49, fol. 38.

lario predictum rotulum clausum et sigillatum, cum protestationibus assuetis, petendo inde instrumentum notario publico, videlicet magistro Johanni du Gue.

Die sabbati XXII die predicti mensis Marcii, fuit congregatio Facultatis apud cameram examinis, super duobus articulis : primus est super admissione cujusdam baccalarii qui supplicabat admitti ad licenciam; secundus est communis. [22 Mars.]

In dicta congregatione comparuerunt domini Cambray, Conti, Tulleu, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego.

Quantum ad primum articulum, ibidem comparuit dominus Johannes de Bresze, prothonotarius Sancte Sedis apostolice, supplicans admitti ad examen licencie; quem domini, consideratis considerandis, admiserunt, et fuit incorporatus inter licenciandos.

Eadem die, dominus Dorigny legit Decretalem *Omnis utriusque sexus, de penitentia et remissione*, et servavit solemnitates assuetas.

Die lune XXIII Marcii, in domo domini de Conty, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, Anthonius Bioni [*in marg.*: Byoni], diocesis Claromontensis, qui solvit pro omnibus juribus Facultatis sex libras XII sol. par., bedellis solutis ad partem. [24 Mars.]

Eadem die, pro littera gradus Johannis Lagoul : XII sol. par.

Die martis XXV ejusdem mensis, fuit missa Annunciatonis Beate Marie apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt domini Conti, Tulleu, Junii, Guaguin, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego. [25 Mars.]

Eadem die, post missam, presentibus dominis supradictis, comparuerunt in Sancto (F° 218 r°) Johanne quindecim licenciandi cum duobus bedellis generalibus et aliis subbedellis dominorum; qui licenciandi, prestitis prius solitis juramentis, processerunt bini et bini, cum cap[p]is, usque ad aulam domini Parisiensis episcopi. Quo facto, domini Conty, Vigier et ego venimus ad domum domini cancellarii in claustro Beate Marie; qui dominus cancellarius, post modicum temporis, venit et exhibuit nobis rotulum dicte Facultatis clausum, sanum et integrum; et deinde processit ipse dominus cancellarius cum subcancellario, aliis dominis eum associantibus, ad aulam predictam; et ibidem omnibus in suis sedibus collocatis, dictus dominus cancellarius tradidit dictum rotulum magistro Johanni Dugue, bedello generali dicte Facultatis, legendum, qui alta et intelligibili voce vocavit dictos licenciandos eo ordine quo erant inscripti in dicto rotulo. Quo facto, dominus subcancellarius habuit disertam orationem in laudem Facultatis et licenciandorum; qua finita, dominus cancellarius dictis XV licenciandis munus licencie et apostolicam benedictionem impendit, ibidem assistente copiosa multitudine prelatorum, consulum, nobilium, licenciatorum et doctorum ex omni Facultate ac

scolarium et populi multitudine. Quibus peractis, domini doctores et dicti novi licenciati descenderunt de aula et steterunt in pede graduum, et ibi, more solito, gratias egerunt omnibus et singulis qui actui interfuerant. Deinde dicti domini licenciati se retraxerunt ante (h)ostium capelle inferioris domini Parisiensis episcopi, et ibi gratias egerunt dominis doctoribus de laboribus assumptis et honoribus impensis.

ORDO AUTEM QUO IPSI LICENCIATI FUERUNT EVOCATI, ET QUI EOS ADOPTAVERUNT, SEQUITUR ET EST TALIS :

Johannes de Bresze.....	Hunc adoptavit dominus Ambro[sius] de Cambray.
Frater Simon Passart.....	idem de Cambray.
Guillelmus de Beuseville..	d. Robertus Tulleu.
Frater Guido de Villelume.	d. Dyonisius Alligret.
Reginaldus Cauchon.....	d. Johannes de Courcellis.
Joachin Besle.....	d. Guido Vigier.
Frater Aymarus Joffredi...	d. Nicolaus de Conti.
Johannes du Val.....	d. Robertus Guaguin.
Marinus de Genolhac.....	ego Stephanus de Veteri Villa.
Johannes de Sancto Albino.	d. Jacobus Junii.
Laurencius Gobillon.....	d. Claudius de Hangest.
Johannes Loison.....	d. Johannes de Courcellis.
Petrus Regis.....	d. Simon du Gast.
Johannes Lagoul.....	d. Nicolaus Dorigny.
Johannes le Gros.....	d. Johannes Picard.

[10 Avril.] (F° 218 v°.) Die jovis decima mensis Aprilis, fuit missa ordinaria Facultatis apud Sanctum Johannem: in qua fuerunt domini Conti, Junii, Guaguin, Vigier, du Gast et ego.

Eadem die, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, magister Robertus Berthoul, diocesis Ambianensis, qui solvit pro omnibus juribus Facultatis et bedellorum sex scuta, ex quibus bedelli habuerunt XXXVII sol. par.

Eadem die, pro littera gradus clerici de Harel (*sic*) : unum scutum.

[17 Avril.] Die jovis XVII ejusdem mensis, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt domini Conti, Junii, Guaguin, Alligret, de Hangest, Dorigny et ego.

Eadem die, domini deputati Facultatis comparuerunt in domo domini generalis ad advisandum super facto admittendorum ad baccalariatum.

Item, eadem die, pro littera gradus magistri Guillermi de Beuseville : XVI sol. par.

Item, pro littera gradus magistri Petri Bataille : unum scutum.

Die sabbati XIX Aprilis, fuit congregatio Facultatis apud cameram examinis super duobus articulis : primus est ad audiendum advisata per dominos deputatos super facto admittendorum ad gradum baccalariatus; secundus est communis. [19 Avril.]

Quantum ad primum articulum, domini juxta advisata per deputatos ordinaverunt quod pauperes scolares in futurum solverent pro bursis XL sol. par. Item, quod pro harengis eorum domini solum perciperent quilibet III sol. par., qui prius percipiebant sex duodenos. Item, pro presidentia solum solverent XX sol. par., qui prius solvebant scutum. Item, quod claviger pro salario suo perciperet duntaxat V sol. par. Item bedelli pro suo prandio, quilibet eorum II sol. par., et pro volumine similiter solverent III sol. par. duntaxat, ut predicti scolares possent facilius acquirere dictum gradum [1].

Die jovis XXIII ejusdem mensis Aprilis, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua interfuerunt domini Conti, Junii, Alligret, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego. [24 Avril.]

Eadem die, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, magister Inguerrandus le Sergent [2], diocesis Ambianensis; qui, prestitis solitis juramentis, solvit pro bursis XL sol. par.

Die sabbati XXVI ejusdem mensis, fuit congregatio Universitatis apud Sanctum Mathurinum super duobus articulis : primus est super clausione rotuli nominatorum; secundus est communis. [26 Avril.]

In dicta congregatione interfuerunt domini Conti, Gnaguin, Alligret, Vigier, de Hangest et ego.

In dicta congregatione Universitas conclusit quod rotulus nominatorum per Facultatem Decretorum non recip(p)eretur eo modo quo presentatus erat Universitati, et quod fieret secundum formam arrestorum in dicta materia datorum prolatorum, et reciperetur.

(F° 219 r°.) Eadem die, in domo domini generalis, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, Natalis Piffault, clericus, diocesis Sagiensis, qui solvit pro omnibus juribus Facultatis et bedellorum octo scuta, ex quibus bedelli habuerunt XLII sol. par.

Die dominica sequenti, fuit congregatio Facultatis in domo domini de Josaio. [27 Avril.]

[1] En marge : *Vota bene. Pro salario clavigeri.*

[2] Enguerrand le Sergent, prêtre, du diocèse d'Amiens, maître ès arts et bachelier en Décret, se présente, en 1495, à la collation de l'évêque et du chapitre de Thérouanne, et à celle de l'abbé de Saint-Pierre de Corbie, O. S. B., diocèse d'Amiens. *Archives de l'Université de Paris*, vol. 49, fol. 92 v°. — En 1496, il se présente à la collation de l'abbé du Mont-Saint-Eloi, O. S. A., diocèse d'Arras, et à celle de l'abbesse « de Strumis » [Estrun], O. S. B., même diocèse. *Ibid.*, fol. 118.

hora exitus vesperorum Beate Marie, super duobus articulis : primus est super nonnullis quamplurimum concernentibus factum Facultatis; secundus est communis.

Ibidem comparuerunt domini de Courcellis, Conti, Picard, Tulleu, Guaguin, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego.

In dicta congregatione domini concluserunt quod rotulus nominatorum per Facultatem iterum presentaretur Universitati et, si nollent recipere, quod Facultas consuleret dominum Bouchart.

[2 Mai.] Die veneris II mensis Maii, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua interfuerunt domini Conti, Junii, Alligret, Vigier, de Hangest, Dorigny et ego.

[7 Mai.] Die mercurii VII Maii, fuit missa Facultatis, in qua interfuerunt domini Conti, Vigier, de Hangest et ego.

Eadem die, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, magister Johannes Floridi, diocesis Constanciensis, qui solvit pro bursis et dispensatione LII sol. par., et prestitit solita juramenta.

Eadem die, pro littera gradus magistri Egidii Barrabandi : XVI sol. par.

[9 Mai.] Die veneris IX mensis Maii, fuit missa Beati Nicolai apud Sanctum Johannem celebrata, in qua interfuerunt domini Conti, Alligret, Vigier, de Hangest, et ego.

[10 Mai.] Die sabbati X ejusdem mensis, fuit celebratus obitus bone memorie domini Johannis Chuffart; in quo fuerunt facte distributiones more solito.

Item, pro littera gradus magistri Guillermi Scabini : XXVI sol. par.

[15 Mai.] Jovis XV ejusdem mensis, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt domini Conti, Alligret, de Hangest, Dorigny et ego.

Eadem die, pro littera gradus magistri Johannis Floridi : XVI sol. par.

[17 Mai.] Die sabbati, in vigilia Penthecostes, XVII Maii, dominus Robertus Guaguin legit solemniter Decretalem *Cum Marthe, de celebratione misse*, et servavit solemnitates assuetas.

[22 Mai.] Die jovis XXII(I) ejusdem mensis, fuit missa Facultatis, in qua interfuerunt domini Conti, Alligret, Vigier, de Hangest, Dorigny et ego.

[30 Mai.] (F° 219 v°.) Die veneris penultima mensis Maii, domini legerunt, et post lecturam fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua interfuerunt domini Conti, Guaguin, Alligret, de Hangest, du Gast et ego.

Eadem die, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, dominus Petrus Vauris [1], presbiter, diocesis Claromontensis; qui, prestitis solitis juramentis, solvit pro bursis XL sol. par. et pro dispensatione VIII sol. par.

Die jovis quinta mensis Junii, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt domini Conti, Junii, Guaguin, de Haugest du Gast, Dorigny et ego. [5 Juin.]

Eadem die, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus, examine premisso, magister Johannes Missart, clericus, Carnotensis diocesis, qui solvit pro bursis XL sol. par.; Simon Abselons, clericus, diocesis Cameracensis, qui solvit XL sol. par.; et Michael le Fillastre, presbiter, diocesis Constanciensis, qui solvit pro bursis duo scuta; et prestiterunt solita juramenta.

Die dominica VIII Junii, obiit bone memorie dominus Jacobus Junii [2], circa horam duodecimam, in collegio Cameracensi, ut retulit michi bedellus. [8 Juin.]

Die lune sequenti, fuit congregatio Facultatis apud Sanctum Johannem, hora septima de mane, ad conducendum seu associandum cadaver dicti def(f)uncti domini Jacobi Junii ad ecclesiam Sancti Johannis in Gravia, et ibidem interfuerunt domini Conti, Guaguin, Alligret, Vigier, de Haugest, du Gast, Dorigny et ego, cum cap[p]is doctoralibus, cum duobus bedellis generalibus, cum massis et baculis argenteis, videlicet magistro Johanne Dugue, majori bedello, induto cappa doctorali dicti domini Junii, et Ludovico Rouer, parvo bedello, induto epitogio. Portaverunt autem pallium in parte anteriori domini Nicolaus Dorigny et Simon du Gast, tamquam juniores doctores Facultatis, et dominus Nicolaus de Conty et ego a parte posteriori, tamquam antiquiores doctores presentes. Dictus dominus [9 Juin.]

[1] Pierre Vauris (quelquefois écrit *Vouris* et même *Vaieris*), «presbiter, bursarius in collegio Eduensi Parisius fundato in Facultate Decretorum», se présente, en 1493, à la collation de l'abbé de Manlieu, O. S. B., diocèse de Clermont. *Archives de l'Université de Paris*, vol. 49, fol. 21. — En 1496, il est qualifié «presbiter, in artibus magister et baccalarius in Decretis, diocesis Claromontensis», et se présente à la collation des abbés de Saint-André et de Chantoen (?), O. S. A., diocèse de Clermont. *Ibid.*, fol. 124 v°. — En 1497, il se présente à la collation des chapitres de la cathédrale et de Saint-Martin de Tours. *Ibid.*, vol. 50, fol. 14. — En 1500, il se présente à la collation de l'évêque et du chapitre de la cathédrale de Clermont et à celle du chapitre de l'église collégiale «Sancti Cirenei Villionii [Billom], diocesis Claromontensis». *Ibid.*, fol. 137 v°.

[2] Sur Jacques Juing, bachelier en théologie et ès lois, conseiller clerc au Parlement de Paris le 28 avril 1468 au lieu de Jean Berthelot qui entrait en religion, premier lecteur pendant quatorze ans, puis docteur régent en la Faculté de Décret, président des Enquêtes, chanoine et archidiacre de Coutances, trésorier de l'église d'Auxerre depuis le 21 mars 1461, concurrent de Jean Baillet à l'évêché d'Auxerre vers 1478, cf. Lebeuf, *Mémoires sur Auxerre*, t. II (1851), p. 91 et 455, et *Franç.* 32140, fol. 178, 179, 180 v°, etc. — La date de son décès est la même qu'ici dans le manuscrit de l'Arsenal n° 1123, fol. 23 v°. — En marge : *Dominus Junii obiit.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

Junii ordinavit distribui cuilibet domino doctori presenti in suo obitu medium scutum. Quod et factum est.

[12 Juin.] Die jovis XII Junii, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem; in qua fuerunt domini Conty, Guaguini, Alligret, de Hangest, Dorigny et ego.

Eadem die, obiit bone memorie dominus Robertus Tulleu[1], Decretorum (F° 220 r°) doctor, actu Parisius regens et vices gerens in Curia conservationis privilegiorum apostolicorum Universitatis Parisiensis, et obiit in domo sua, circa horam terciam de mane illius diei, et sepultus apud ecclesiam Heremitarum Beati Augustini; in cujus funeralibus comparuerunt domini Conti, Picard, Guaguin, Alligret, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego; et associaverunt corpus seu cadaver dicti def(f)uncti usque ad sepulcrum ejus in predicta ecclesia Beati Augustini cum duobus bedellis generalibus Facultatis, cum massis argenteis. Domini Dorigny et du Gast, tamquam juniores doctores, portabant pallium per deante; dominus vero de Conti et ego portabamus pallium per deretro, tamquam antiquiores.

[13 Juin.] Die veneris sequenti, comparuerunt domini supradicti, cum cap[p]is doctoralibus in predicta ecclesia, et eciam duo bedelli, et interfuerunt servicio et missarum solemniis, et distributum est cuilibet dominorum presentium medium scutum.

[18 Juin.] Die mercurii XVIII Junii, fuit missa Facultatis, in qua interfuerunt domini Conti, Guaguin, Alligret, de Hangest, Dorigny et ego.

Eadem die, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus, examine premisso, Johannes de Mores, Senonensis diocesis, qui solvit pro bursis duo scuta, et Leodegarius Collot, diocesis Trecensis, qui solvit pro bursis XL sol. par.; et prestiterunt solita juramenta.

[19 Juin.] Die jovis XIX Junii, dominus Conti recessit Ambianis pro agendis suis.

[26 Juin.] Die jovis XXVI Junii, fuit missa Facultatis, in qua interfuerunt dominus du Gast et ego.

[3 Juillet.] Die jovis III mensis Julii, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt presentes domini du Gast, Dorigny et ego.

Eadem die, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus, examine premisso, Johannes Cappel, in artibus magister, diocesis Rothomagensis, qui solvit pro bursis duo scuta; frater Martinus Populus, ordinis S. Augustini, qui similiter solvit pro

[1] Cf. ms. 1123 de la Bibliothèque de l'Arsenal, fol. 11 v° et 23.

bursis duo scuta; et Johannes des Bourdes, diocesis Carnotensis, qui solvit pro bursis XL sol. par.; et prestiterunt solita juramenta.

Die lune VII Julii, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus, examine premisso, Jacobus Chartier[1], diocesis. . . . (*sic*), et frater Stephanus Marron, ordinis S. Benedicti, qui solverunt pro bursis. . . . . (*sic*); et prestiterunt juramenta assueta. [7 Juillet.]

(F° 220 v°.) Die jovis X mensis Julii, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt presentes domini [de] Hangest, Vigier, du Gast et ego. [10 Juillet.]

Die jovis XVII ejusdem mensis, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt dominus Dorigny et ego. [17 Juillet.]

Eadem die, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, magister Ludovicus de Bouffles[2], Morinensis diocesis, qui solvit pro bursis. . . (*sic*).

Die jovis XXIIII ejusdem mensis, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt presentes domini Alligret, Vigier, de Hangest, Dorigny et ego. [24 Juillet.]

Die jovis ultima ejusdem mensis, fuit missa ordinaria Facultatis, in qua interfuerunt domini Vigier, Dorigny et ego. [31 Juillet.]

Eadem die, pro littera gradus domini Hugonis Ganterons : scutum.

Die jovis VII Augusti, fuit missa Facultatis, in qua interfuerunt domini Guaguin, Vigier, de Hangest, du Gast, Dorigny et ego. [7 Août.]

[1] En 1495, Jacques Chartier (ou Charretier), maître ès arts et bachelier en Décret, se présente à la collation de l'évêque et du chapitre de Châlons, et à celle de l'abbé de Saint-Laurent (ou Notre-Dame) d'Eu, O. S. A., diocèse de Rouen. *Archives de l'Université de Paris*, vol. 49, fol. 88 v°. — En 1496, «in artibus magister et thesaurarius nationis Normanie et in Decretis baccalarius», il se présente à la collation du prieur de Notre-Dame de Milly, O. S. B., diocèse de Beauvais, et à celle de l'abbé de Saint-Germer de Flaix, O. S. B., même diocèse. *Ibid.*, fol. 137 v°. — En 1497, il se présente à la collation du prieur «Sancti Eugenii deuil» (?), près Montmartre, diocèse de Paris, et à celle de l'évêque et du chapitre de Saintes. *Ibid.*, vol. 50, fol. 21. — En 1498, il se présente à la collation de l'évêque et du chapitre de Chartres et à celle de l'abbé de Coulombs, O. S. B., diocèse de Chartres. *Ibid.*, fol. 57 v°.

[2] «Ludovicus Savel, alias de Boilles [seu Boffletz], Morinensis diocesis, in artibus magister et in Decretis baccalarius», se présente, en 1495, à la collation de l'abbesse de «Fotrucq (?)», O. S. B., diocèse d'Arras, et à celle de l'abbé de Saint-Éloi, diocèse de Noyon. *Archives de l'Université de Paris*, vol. 49, fol. 101. — Qualifié de «regens», en 1496, il se présente à la collation des abbés de Notre-Dame de Boulogne, O. S. A., et de Saint-Josse-sur-Mer, diocèse d'Amiens. *Ibid.*, fol. 120. — En 1497, il se présente à la collation de l'évêque de Paris et à celle de l'abbé de Molesmes. *Ibid.*, vol. 50, fol. 2 v°. — En 1499, «actu Parisius regens», il se présente à la collation de l'abbé de . . . . ., O. S. A., diocèse de Noyon, et à celle du chapitre de Saint-Amé de Douai, diocèse d'Arras. *Ibid.*, fol. 97. — En 1502, il est «procurator venerande nationis Picardie», et se présente à la collation des évêques et chapitres d'Amiens et d'Arras. *Ibid.*, fol. 196.

[14 Août.] Jovis XIIII Augusti, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt presentes domini Vigier, Dorigny et ego.

[15 Août.] Die veneris sequenti, fuit missa Assumptionis Beate Marie Virginis, in qua fuerunt domini Alligret, Vigier, de Hangest, Dorigny et ego.

[18 Août.] Lune XVIII ejusdem mensis, pro littera gradus magistri Joannis Lenfant, diocesis Trecensis, in Decretis baccalarii : unum scutum.

[21 Août.] Die jovis XXI ejusdem mensis, fuit missa Facultatis, in qua fuerunt presentes domini Cambray, Guaguin, du Gast et Dorigny; ego eram absens.

Eadem die, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, Poncius Falon, clericus, diocesis Remensis; qui, prestitis juramentis, solvit pro bursis XL sol. par.

[22 Août.] Die veneris sequenti, fuit admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso, in camera examinis, Petrus Barbier, clericus, diocesis Turonensis; qui, prestitis juramentis, solvit pro bursis XL sol. par.

[23 Août.] Die sabbati sequenti, fuit congregatio Universitatis apud Sanctum Mathurinum super duobus articulis : primus est ad disponendum de officio cujusdam librariatus; secundus est communis.

In dicta congregatione fuerunt domini Guaguin, Alligret, du Gast et Dorigny; ego non fui, propter occupationes.

Eadem die, pro littera gradus magistri Stephani Guodini : XIII sol. par.

proponere, et rogare eosdem, scilicet dictum episcopum, ne haberet aperire suam aulam, et cancellarium, ne haberet eum bir[r]etare; alias se opponebat nomine Universitatis. Et me presente tamquam decano, dictus cancellarius respondit se omnino velle obedire Universitati et in omnibus favere, sed dolere de ista controversia et conjuratione theologica [1].

Eodem die, fuit missa Facultatis ordinaria, sed ego non interfui propter impedimentum.

(F° 249 r°.) Veneris nona ejusdem, dominus rector, decani et nonnulli procuratores nationum, adivit (*sic*) curiam Parlamenti de mane hora sexta, et ibidem per modum requeste petebat Universitas, ad evitandum scandalum, quod dominus rector et hii qui ex consuetudine invitabantur in ipso actu magisterii, invitarentur per doctorizandum. Quod et factum est. Nam injunctum est cuidam hostiario nomine Pagevin [2], ut haberet hoc denunciare doctorizando; et ita dominus doctorizandus invitavit dominum rectorem; qui quidem comparuit in dicto actu; sed proh dolor! bidellus magnus ipsius Facultatis theologie noluit presentare domino rectori birretum more solito, licet esset dictum per arrestum quod hoc fieret. Quamobrem curia, die sequenti, per suum arrestum injunxit dicto bidello ut, presente dicto hostiario, haberet in primo actu doctor(iz)atus in theologia, presentare dictum birretum domino rectori, sub penis magnis, etc. [3]. [9 Mars.]

Mercurii XIII ejusdem, in camera examinis, presentibus dominis de Conty, de Veteri Villa, Alligret, Dugast et me, fuerunt, examine premisso, ad gradum baccalariatus recepti frater Mathurinus Bertoul, clericus, diocesis At(t)rebatensis, ordinis S. Benedicti, de conventu At(t)rebatensi; Adam de Sancto Prejecto, clericus, Meldensis diocesis; Leonardus Morelli, clericus, in artibus magister, Lugdunensis diocesis; et quilibet eorum pro suis bursis solvit XLVIII sol. par. [14 Mars.]

Jovis XV ejusdem, fuit missa ordinaria Facultatis, presente domino de Conty solo. [15 Mars.]

Dominica XVIII ejusdem, fuit celebrata processio Universitatis apud castissimam Virginem Genovefam, assistentibus dominis de Conty, de Veteri Villa, Picard,

[1] En marge : «Nota bene pro rectoribus».

[2] On lit dans les registres du Châtelet, à la date du 8 février 1499 [1500] : «Honorable homme Jehan Pagevin, huissier au Parlement, et Marie Bonnet, sa femme, requerant delivrance leur estre faitte, en vertu des lettres de benefice d'inventaire par eux obtenu le 21 aoust dernier, des biens de la succession de feu Leonnet Bonnet, vendeur de poisson de mer ès Halles, père de ladite Marie, en baillant caution de la valeur d'iceux; veu l'inventaire fait par Henry de Larche et Claude de Troye, notaires, le 17 janvier dernier, montant n^c XII l. XVI s., après que Guillaume Pagevin, bourgeois de Paris, s'est constitué caution pour lesdits mariez, delivrance a esté faitte auxdits mariez desdits biens meubles et immeubles.» — *Coll. Clairambault.*, vol. 765, p. 329.

[3] En marge : «Nota bene contra Theologos».

Aligret, de Hangest, Dugast et me, et cuilibet facta fuit distribucio duorum solidorum tur.

Et in eadem congregacione supplicuit dominus rector haberi gratus et gesta per eum accepta. Quod et conclusum est.

[19 Mars.] Lune XIX ejusdem, presente domino de Conty et me, premisso examine, fuit ad gradum baccalariatus receptus magister Paulus Loyau, clericus, Luceonensis (*sic*) diocesis, qui solvit pro suis bursis XLVIII sol. par.

[20 Mars.] Martis XX ejusdem, post prandium, fuit convocata Facultas apud cameram examinis, ad providendum de secundo legente, concurrente cum alio. Que quidem lectura fuit pure et simpliciter collocata magistro Matheo Chartier, suo alumno, et licenciando hoc anno,

[22 Mars.] Jovis XXII ejusdem, post prandium, in camera examinis, fuit, prehabitis juramentis et examine, receptus in baccalarium magister Franciscus de Parenti[1], clericus, diocesis Ambianensis, qui solvit pro suis bursis XLVIII sol.

(F° 249 v°.) Eodem die, fuit incorporatus inter baccalarios Facultatis magister Jacobus Lartilleur[2], diocesis Cathala[u]nensis, qui solvit pro ipsa incorporacione duo scuta, et sic LVI sol. par.

[23 Mars.] Veneris XXIII ejusdem, de mane, in camera examinis, presentibus dominis de Conty, du Gast et me, fuit, examine et juramentis prehabitis, receptus in baccalarium magister Johannes Amielli, clericus, canonicus Castri Novi Dario[3], diocesis Sancti Papuli, qui solvit pro suis bursis duos aureos in sole : sic LVIII sol. par.

[25 Mars.] Dominica XXV ejusdem, fuit celebrata missa de Annunciacione Beate Marie Virginis, licet per alias ecclesias non celebraretur nisi usque in diem crastinum.

[1] François de Parenty était peut-être le frère de Quentin de Parenty, secrétaire du Roi. Le 19 septembre 1491, au Châtelet, « honorable homme Jehan Charpentier, notaire du Roy [se presente] contre Pierre Le Deux, imprimeur de livres, pour raison de XL sols par. de rente que Quentin de Parenty, secretaire du Roy, constitua le 1er avril 1487 audit Charpentier à prendre sur tous ses biens, desquels heritages ledit Le Deux est à present detenteur ; pour quoy ledit Le Deux a esté condamné à payer et continuer ladite rente ». *Coll. Clairambault.*, vol. 765, p. 88.

[2] En 1495, Jacques Lartilleur, maître ès arts et bachelier en Décret, se présente à la collation de l'abbé de Saint-Germain-des-Prés et à celle du prieur de Saint-Martin-des-Champs, O.S.B. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 91. — Est-ce le même que le bachelier de 1498? Le fait paraît certain. Ce serait donc comme maître ès arts de l'Université de Paris, mais aussi comme bachelier en Décret d'une autre Université que Lartilleur se serait fait inscrire, en 1495, au livre des présentations. — En 1499, maître ès arts et licencié en Décret, il se présente à la collation des abbés de Morimond et de Montier-en-Der, diocèse de Châlons, O.S.B. *Archives de l'Univ. de Paris*, vol. 50, fol. 77.

[3] Castelnaudary.

Jovis XXIX ejusdem, fuit missa ordinaria Facultatis, et post prandium, eodem die, examinati et cum baccalariis recepti frater Georgius de Homborg, diocesis Treverensis, ordinis S. Benedicti, et Bertrandus Goujault, diocesis Senonensis; et quilibet eorum solvit pro suis bursis XLVIII sol. par. [29 Mars.]

Eodem die, fuerunt per dominos convocatos approbati licenciandi et eorum burse taxate.

Aprilis. — Secunda die, fuit, examine premisso, in baccalarium receptus frater Simon Nanquier [1], diocesis Meldensis, clericus, ordinis Sancti Benedicti, qui solvit pro suis bursis XLVIII sol. par. [2 Avril.]

Eodem die, fuerunt date tres libre turonenses domino de Conty pro incipiendo solucionem cere nostre. Item, die sequenti, tres solidi par. pro persolvendo eamdem ceram.

Tertia Aprilis, apud cameram examinis, presentibus dominis de Conty, de Veteri Villa, Dugast et me, premisso examine, in baccalarium receptus est magister Johannes Brosset [2], clericus, Sagiensis diocesis, qui solvit pro suis bursis LVI sol. par. [3 Avril.]

Veneris VI ejusdem, fuerunt examinati pro baccalariatu et recepti magistri Guillermus le Boindre [3], clericus, diocesis Carnotensis, et Stephanus de Hotot [4], clericus, Belvacensis diocesis; quorum prius solvit XLVIII sol. par., et alius XL: et sic III^xVIII sol. par. [6 Avril.]

Sabbati VII ejusdem, fuit congregatio apud cameram examinis super duobus articulis, scilicet ad conficiendum rotulum, adoptandum, et ad bidellorum bursas taxandas. [7 Avril.]

[1] Sur ce personnage, médiocre poète latin, voir Thuasne, *R. Guaguini Epistole et orationes*, t. I., p. 114 n. 2, 135, 136 et n. 1.

[2] Jean Brosset était le nom du beau-frère de Charles du Hautbois, évêque de Tournai. Il était bailli de Montfort-l'Amaury et, le 22 mai 1545, sa veuve, Catherine du Hautbois, faisait donation au fils issu de leur mariage, également nommé Jean Brosset, avocat en Parlement et clerc du roi en la Chambre du Trésor, d'une maison sise à Paris, rue du Chaume, attenante à l'hôtel de Balue, et de diverses terres près Montfort-l'Amaury (Campardon et Tuetey, *Inventaire des registres... du Châtelet de Paris*, n° 1757)... Mais il n'y a peut-être là qu'une homonymie trompeuse.

[3] Le 24 juillet 1493 «Philipes le Boindre, marchand à Melleray, diocèse de Chartres, a emancipé *Guillaume le Boindre, son fils, escollier à Paris, aagé de quatorze ans;* curateur, le père», *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 190. Vers le milieu du siècle, un autre Philippe le Boindre fut régent de la Faculté de Décret (puis conseiller au Parlement de Paris?). Son mariage, en 1544, scandalisa ses collègues qui le mirent en demeure de se démettre de sa chaire. Cf. Péries, *La Faculté de Droit...*, p. 170 et 222-223.

[4] Sans nul doute, un parent de Guillaume de Hotot, qui fut abbé de Cormery, puis évêque de Senlis de 1433 à 1434 (*Gallia Christ.*, t. XIV, col. 268-269, et t. X, col. 1434).

IMPRIMERIE NATIONALE.

Et quoad confectionem rotuli, factus est et compositus omnino secundum antiquitates, excepto quod duo legentes habuerunt de scamnis suis prima loca.

(F° 250 r°.) Quoad adoptionem, conclusum fuit ut domini absentes non possent adoptare, nisi mittant alicui ex dominis regentibus ut adoptet loco ipsius; quo casu adhuc erit ultimus talis mittens cedulam in adoptione fienda, ita quod ille qui habebit pro eo adoptare adoptabit [*ms.* adoptavit] ultimo loco [1].

Quoad taxacionem bursarum bidellorum, conclusum fuit ut haberent decem et quinque scuta pro hac licentia, quia solum tredecim numero et pauperes fuerunt licenciandi pro hoc anno.

Eodem die, dominus Aligret legit Decretalem *Omnis* pro et nomine domini Guaguin.

Eodem die, fuit, examine premisso, in baccalarium receptus magister Guillermus de Monasterio [2], Constanciensis diocesis, qui solvit pro suis bursis XLVIII sol. par.

[8 Avril.] Hac die, dominica octava ejusdem, arripui iter ad eundum Trecas.

Sequentia, usque ad tale signum ‡, propter absenciam meam scripsi juxta relacionem domini de Conty.

[9 Avril.] Lune IX ejusdem, fuerunt sigillate due littere gradus : una pro magistro Rogerio Barme, nuper primo legente, qui gratis habuit, quia fuerat noster legens; secunda, pro magistro Johanne Brosset, Sagiensis diocesis, qui solvit seize solz parisis : pour ce, XVI sol. par.

Eodem die, fuit facta congregacio Universitatis apud Sanctum Mathurinum ad videndas et audiendas litteras de morte domini nostri regis Caroli octavi, qui annorum XXVII et novem mensium obierat à Amboise (*sic*), die sabbati proxime precedenti, hora septima, cujus anima requiescat in pace; et regnavit rex Francie annis XIII vel circa [3]. Post cujus mortem incepit regnare Ludovicus dux Aurelianensis, et dictus est Ludovicus XII.

[11 Avril.] Mercurii XI, domini de Conty, de Veteri Villa et Dugast conduxerunt licenciandos VIII numero a Sancto Johanne Jherosolomitano usque ad aulam domini Parisiensis.

[1] En marge : « Nota pro adoptionibus licenciandorum ».

[2] En 1513, Guillaume du Moutier, du diocèse de Coutances, maître ès arts et licencié en Décret, curé des églises « de Luperis et Crona (*sic*) Paris, et capellanus capellanie seu capelle Beate Marie in ecclesia Aurelianensi », se présente à la collation des évêques et des chapitres de Langres et d'Autun. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 51, fol 96.

[3] En marge : « Mors regis Caroli octavi ». Il avait succédé à son père, Louis XI, le 30 août 1483 et mourut en effet à Amboise le 7 avril 1498.

Eodem die, ordinatum extitit quod singuli domini conducendo de cetero licenciandos haberent octo solidos parisienses [1].

Eodem die, fuit sigillata littera gradus licencie fratris Ambrosii de Wastine, religiosi Sancti Martini in Tornaco, ordinis S. Benedicti, et solvit pro dicta littera XX sol. par.

(F° 250 v°.) Ordo licenciandorum secundum ordinem antiquitatis sui gradus, excepto quod duo legentes in suis scannis et bancis fuerunt evocati primi et primo propter honorem lecture, et hoc de anno 1497, die mercurii ante Pasca. 11 Avril.

Magister Vitalis de Tesbes. . .	Hunc adoptavit dominus de Hangest.
Magister Iohannes Militis. . . .	Hunc adoptavit Nycolaus de Conty.
Magister Martialis Galicher. . .	Hunc adoptavit de Veteri Villa.
Magister Matheus Chartier. . .	Hunc adoptavit Dugast.
Magister Jacobus Lartilleur. . .	Hunc adoptavit Picard.
Magister Petrus Barbier.	Hunc adoptavit de Veteri Villa.
Frater Nicolaus Multoris.	Hunc adoptavit Picard.
Magister Jacobus Ribier.	Hunc adoptavit Guagnin.
Magister Johannes Marc.	Hunc adoptavit de Hangest.
Frater Ambrosius Woestine. . .	Hunc adoptavit de Conty.
Magister Petrus Normani. . . .	Hunc adoptavit Doriguy.
Magister Mathurinus Gilles. . .	Hunc adoptavit Aligret.
Magister Nicolaus Artur.	Hunc adoptavit Alligret.

Primus erat baccalarius hujus Universitatis et legens primam ordinariam, et erat de anno 1495, 18 die Junii.

Secundus, hic pariter de anno 1490, 24 Septembris.

Tertius, hic de anno 1496, 30 Septembris.

Quartus, hic de anno 1494, 29 Januarii.

Quintus, de Aurelcanis, de anno 1493, 16 Novembris.

Sextus, hic de anno 1494, 14 Augusti.

Septimus, hic de anno 1494, 15 Novembris.

Octavus, hic de anno 1495, 12 Maii.

Nonus, hic de anno 1495, 2 Martii.

Decimus, hic, ...

Undecimus, hic de anno 1496, 14 Junii.

Duodecimus, hic de anno . . . . .

Decimus tertius, hic, ... 23 Marcii.

[1] En marge : « Nota bene, sed hodie non observatur; quia aliqua minor summa ».

Eodem die, absente domino de Poncher, cancellario, ob mortem regiam, magister Petrus Deonville, subcancellarius, attulit rotulum clausum et tradidit magistro Johanni Dugue, magno bidello ipsius Facultatis, ad recognoscendum sigilla dominorum. Postea fractum fuit, et legit ipse bidellus, more consueto, secundum ordinem positum et factum per ipsam Facultatem, et benedictione impartita in eos, recessimus ad partem sub gradibus, ubi primus habuit gratias ipsi Facultati.

(F° 251 r°.) Eodem die, fuit factum sol(l)enne prandium dominis doctoribus omnibus existentibus in hac civitate in domo domini cancellarii.

[19 Avril.] Jovis XIX ejusdem, in domo domini Dugast, vicedecani, presente domino de Conty, fuit, examine premisso, in baccalarium receptus Anthonius Chaneti, presbiter, Lugdunensis diocesis, qui solvit pro bursis XL sol. par.

Nota quod sunt duo licenciati de hoc anno, scilicet magistri Jacobus [*ms.* Jacobi] Lartilleur, de Cabilone, et Nycolaus Artur, de Rothomago, obligati in manu magistri Johannis Dugue in duobus scutis, scilicet quilibet in uno, etc.

Eodem die, fuit sigillata littera baccalariatus Guillermi Leboy[n]dre, Carnotensis diocesis, qui solvit solum XVI sol. par.

[20 Avril.] Veneris XX ejusdem, in domo domini Dugast, fuit, examine premisso, in baccalarium receptus Johannes de Courcelles, Trecensis diocesis et canonicus Trecensis, et solvit pro suis bursis III libras III sol. par.

[21 Avril.] Sabbati XXI ejusdem, fuit convocata Universitas super litteris missis a rege Ludovico moderno, presentibus dominis de Conty, de Veteri Villa, Gaguin, Aligret et Dugast.

[24 Avril.] Martis XXIII ejusdem, fuit iterum convocata Universitas super ternis litteris Regis continentibus ut se disponeret Universitas ad recipiendum funus regis Karoli octavi ultimo defuncti, et fuerunt commissi ab Universitate sex ad communicandum cum dominis de Parlamento super modo progrediendi et recipiendi.

[26 Avril.] Jovis XXVI ejusdem, fuit missa ordinaria Facultatis; post cujus celebracionem fuerunt, examine premisso, ad baccalariatum recepti Petrus de Balleul, religiosus de Becco, ordinis S. Benedicti, Rothomagensis diocesis, et solvit pro bursis XLVIII sol. par.; item, Alanus Michel, clericus, Senonensis diocesis, et solvit pro bursis XL sol. par.; item, Petrus Melin, presbiter, Claromontensis diocesis, et solvit XL sol. par.

‡ Isto die, hora prandii, redii a Trecis ad hanc civitatem.

Veneris xxvii ejusdem, fuit delatum funus domini regis Karoli, post prandium, ad templum Nostre Domine de Campis. [27 Avril.]

Sabbati sequenti, fuit missa per Universitatem celebrata apud Carmelitas pro anima domini Regis, faciente officium abbate Karoliloci[1], doctore in theologia, et fuit distributus cuilibet doctori regenti solidus turon. per Universitatem, et per Facultatem nostram cuilibet distributi sunt duo solidi turon. [28 Avril.]

(F° 251 v°.) Dominica sequenti[2], hora prima postmeridiana, fuit convocata Universitas apud Sanctum Mathurinum, ad eundum obviam funeri def(f)uncti Caroli regis, et sic processimus : nam, exeundo a dicto loco Sancti Mathurini per vicum Sancti Jacobi, primo crux precessit, et demum dominus rector cum decano et aliis doctoribus theologie, secundum ordinem antiquitatis; demum antiquiores Facultatis nostre; postea medici, magistri regentes in artibus cap[p]ati; deinde procuratores Nationum; hinc baccalarii theologie, nostre Facultatis, medicine et artium, cap[p]ati omnes, cum bidellis omnium Facultatum, etiam cap[p]atis, quia nullus non cap[p]atus comparebat; et cum crucem ferens appropinquasset porte seu janue Beati Jacobi, stetit ibidem rector cum certis dominis doctoribus, in ordine descendendo, et remissa est crux inferius, ut in eundo ad templum Beate Marie haberet procedere et incedere ante baccalarios artium cap[p]atos. [29 Avril.]

Deinde, in dicto vico Sancti Jacobi, in latere sinistro, scilicet de latere ecclesie et domus Fratrum Predicatorum, dispersa secundum suum ordinem, Universitas expectabat dictum funus, et erat rector prope dictam portam Sancti Jacobi, et secundum quod incedebant illi de ecclesia Beate Marie, suarum sororum et capelle regie, ita incedebat Universitas, et sic erat totus ordo, ut potui meo ingenio comprehendere ; nam primo ex utroque latere incedebant omnes sacerdotes aut saltem maxima pars sacerdotum in parrochiis hujus civitatis habituatorum cum superciliis, quorum numerus erat infinitus.

Deinde Fratres ordinis Sancti Francisci in numero centum LXX^ta; post eos, Fratres Predicatores, numero centum LX; hinc Fratres Montis Carmeli, numero centum et sex; hinc Fratres Beati Augustini, numero centum et duo; post hos, quatuor ordines Mendicantes incedebant, religiosi numero XLIIII, habentes cruces rubeas, postea religiosi albi ordinis Sancte Trinitatis, ultra pontes, Sanctorum Maglorii, Martini de Campis, Genovefe, Crucis Billettarum, Sancti Victoris, Bernardini et Mathurini, in numero incomprehensibili, quia credo fere ommes Fratres illarum religionum adesse; item domini de villa, de Castelleto et du Guect (*sic*), etc.

[1] Jean le Fel. Cf. *Gallia Christ.*, t. X, col. 1513, et plus haut, p. 390. — [2] En marge : « Nota receptionem cadaveris regis Karoli octavi ».

Post omnes istos incedebant fere centum ex parvis officiariis domus dicti Regis, induti nigris tunicis brevibus (curtis), et capuciis, et baculis nigris in manibus. Deinde XXIII clamatores hujus civitatis cum suis campanis, gal[l]ice *les crieurs*, habentes arma regia ante et retro; et post eos quadringenti homines ferentes CCCC tedas in quibus erant affixa arma regia; et deinde officiarii et rectores equorum, gallice *les escuyers de l'escuyrie;* et postea centum architenentes de custodia, gal[l]ice *de la garde du trespassé;* hinc magistri domus ordinarii, et multi de numero *des nobles;* demum sex buc[c]inatores, sex nuntii seu oratores, gallice *les trompetes et heraulx*, ante currum quo funus deferebatur; qui quidem currus, coopertus panno vel[l]uto nigro et panno deaurato pleno liliis, trahebatur sex magnis equis coopertis vel[l]uto nigro, cui erat infixa crux alba de serica alba; et eumdem currum sequebantur sex mangones nobiles existentes super sex magnos et pulcros equos coopertos ut equi currus.

(F° 252 r°.) Et post ista incedebant a latere dextro capellani, vicarii et habituati in ecclesiis collegiatis et cathedrali hujus civitatis, et a latere sinistro, uno contextu, baccalarii in artibus, medicina, Decretis et theologia, et post eos, absque aliquo interval[l]o ab eodem latere dextro, incedebant canonici dictarum ecclesiarum et Sancte Capelle regalis et ecclesie Sancte Marie mixtim et dignitates dictarum duarum ecclesiarum; et a latere sinistro, uno contextu, antiqui regentes in artibus, procuratores nationum, doctores in medicina, Decretis et in theologia; deinde abbates Sancti Victoris [1], Maglorii [2] et Sancte Genovefe [3]; episcopi Angolismensis [4], Corisopitensis [5], de Bethleen [6], Valentinensis [7], Belvacensis [8], Antissiodorensis [9], Andegavensis [10], Ebroicensis [11], Pictavensis [12] et Parisiensis [13] ultimus episcoporum; et finaliter rector Universitatis [14] juxta dominum episcopum Parisiensem, a latere sinistro; et postea duo cardinales, scilicet nobilis cardinalis dominus de Luxemburgo, episcopus Genomanensis et Morinensis [15], et cardinalis de Gurse, alias dictus Perouldi [*primo penuæ tractu :* Deroldi] [16], qui celebrabat officium.

Deinde per manum ducebantur duo superillustres et perexcellentes equi cooperti vel[l]uto nigro prolixo usque ad terram, et super utrumque erat crux de

[1] Nicaise de Lorme : « Adfuit in pontificalibus exsequiis Caroli VIII regis 1498 », lit-on dans la *Gallia Christ.*, t. VII, col. 687.

[2] Guy de Montmirail.

[3] Philippe Cousin.

[4] Octovien de Saint-Gelais (1493-1502).

[5] Raoul le Chauve de Moël (1493-1501).

[6] Jean Lapôtre (1498-1501).

[7] Jean d'Espinay (1491-1503).

[8] Louis de Villiers de l'Isle-Adam (1488-1521).

[9] Jean Baillet (1478-1513).

[10] Jean de Rély (1491-1499).

[11] Raoul du Fou (1479-1511).

[12] Pierre d'Amboise (1481-1505).

[13] Jean Simon (1492-1502).

[14] Jean Boivin.

[15] Philippe de Luxembourg, évêque du Mans, de 1476 à 1506, et de Thérouanne, de 1498 à 1512.

[16] Raymond Peraud, nonce en Allemagne en 1487, évêque de Gurck en 1491, cardinal en 1493, évêque de Saintes en 1505, mort à Viterbe le 5 septembre 1505.

serica alba extensa juxta quantitatem vel[l]ul(t)i, et postea def(f)erebatur scul[p]tura seu effigies def(f)uncti Regis, posita et sita super quendam magnum pannum aureum cum corona et s[c]eptro circumdatis lapidibus et gemmis preciosis, sub qua effigie erat magnificus quidam pannus vel[l]uteus persicus et liliis aureis ornatus, cujus panni angulos seu fimbrias tenebant presidentes in Parlamento et duo nobilissimi, quorum nomina ignoro, et circumquaque erant domini de Parlamento induti tunicis scarlateis, et ex utroque latere erat unum vexillum regium, gal[l]ice *estandart*, in quo pictus erat unus ensis circumdatus igne; et post dictam effigiem erat magnus scutif(f)er indutus nigro, ferens ensem vaginatum *en escherpe*, et post eum def(f)erebatur vexillum Francorum, in quo erat picta ymago Beati Michaelis, ut reor; deinde erant sex de sanguine regio deferentes *le dueil* sive vestes funebres[1], scilicet d'Alençon[2], de Guyse[3], Dunoys[4], Vendosme[5]. . . . . ; deinde veniebant nobiles domus regie induti nigro, cum hastis suis super latus dextrum; et finaliter domini Requestarum, domus Compotorum seu racionum, generales, electi, et alii officiarii curiarum Parisiensium.

Et sic eo ordine deductum et delatum est magnifice dictum funus, et quinquaginta mil[l]ia hominum hec aspiciebant. Et eodem ordine delatum est dictum corpus seu funus ad templum Beati Dionisii extra civitatem; sed Universitas non est progressa ultra ecclesiam Sancti Laurentii seu Sancti Lazari. Unum tamen est memorie commendandum, quod solum rector, decani Facultatum superiorum et procuratores nationum, et sic octo de Universitate, intraverunt chorum Nostre Domine Beate Marie, et sederunt ipsi quatuor de latere sinistro, in buto quo solet sedere cancellarius ecclesie Parisiensis diebus sol(l)ennibus.

Et pro laboribus illorum dierum distributi sunt singulis dominis doctoribus octo solidi par.

(F° 252 v°.) Madius (*sic*). — Martis prima die hujus mensis, inhumatum fuit apud Sanctum Dionisium dictum funus per reverendissimum et nobilissimum dominum Philippum, cardinalem de Luxembourg, qui ibidem celebravit officium; et de Harly[6], episcopus Andegavensis, habuit sermonem de gestis def(f)uncti regis. [1er Mai.]

Et nulli officiaverunt aut quitquam (*sic*) decantaverunt, tam in vigil(l)iis quam missis, nisi soli episcopi, saltem quoad lectiones, epistolas et evangelia.

[1] Ces trois derniers mots ont été ajoutés en marge. Les six personnages qui suivent et dont Dorigny n'a nommé que les quatre premiers, représentaient peut-être les six pairs séculiers, c'est-à-dire le duc de Bourgogne, le duc de Normandie, le duc de Guyenne, le comte de Flandre, le comte de Champagne et le comte de Toulouse.

[2] Charles, duc d'Alençon (1492-1525).

[3] René II, duc de Lorraine et de Bar, comte de Guise, de Vaudemont, d'Aumale et d'Harcourt.

[4] François II d'Orléans, duc de Longueville, comte de Dunois, de Tancarville et de Montgomery, vicomte de Melun, né vers 1480, mort en 1512.

[5] Charles de Bourbon, comte, puis duc (1514) de Vendôme, né en 1449, mort en 1536.

[6] Jean de Rély.

[2 Mai.] Mercurii secunda ejusdem. fuit missa Facultatis ordinaria.

Eodem die, post meridiem, in domo domini de Conty, fuit examinatus et [in] baccalarium receptus Egidius Mercier, clericus, Eduensis diocesis, et solvit pro bursis XLVIII sol. par.

[8 Mai.] Martis VIII ejusdem, fuit missa ordinaria Facultatis et obitus bone memorie domini Johannis Cuffart (*sic*), quondam doctoris Facultatis.

Et eodem die, fuit congregatio Universitatis super clausura rotuli nominandorum pro hoc anno, et super collatione cujusdam cappel(l)anie de Savoysi.

Quoad primum, presentavi rotulum nostrum nomine Facultatis, cum protestationibus solitis.

Quoad secundum, Facultas theologie, existens in turno, presentavit dominum Grandis[1], in theologia doctorem, et Universitas eidem contulit dictam cap(p)ellaniam vacantem per mortem magistri Egidii Burgault.

Eodem die, fuit in capella Facultatis examinatus pro baccalariatu Johannes Lesmerel, clericus, diocesis Belvacensis, et solvit pro bursis XL sol. par.

Eodem die, fuit sigillata littera gradus baccalariatus magistri Johannis Militis, de Parisius, et solvit XX sol. par.

[9 Mai.] Mercurii IX ejusdem, fuit celebrata missa Beati Nicolai sol(l)enniter, presente domino de Conty solo cum bidellis et legentibus.

[17 Mai.] Jovis XVII, fuit missa ordinaria Facultatis; post cujus celebracionem fuerunt ad gradum baccalariatus admissi, presentibus dominis de Conty, de Veteri Villa, Gaguin, Dugast et me, frater Stephanus de Magnavilla, ordinis S. Benedicti, diocesis Rothomagensis, et solvit pro bursis XLVIII sol. par.; et magister Gerardus Camay, presbiter, diocesis Mettensis, et solvit pro bursis XL sol. par.; et sic in lib. VIII sol. par.

[23 Mai.] Mercurii XXIII ejusdem mensis, fuit missa Facultatis ordinaria, et sigillata fuit littera licentie magistri Johannis Morin, diocesis Sancti Flori, et solvit XVI sol par.

[31 Mai.] Jovis ultima ejusdem mensis, fuit missa Facultatis ordinaria, et examinati

[1] Le 2 juillet 1491, au Châtelet, «M. Jehan d'Auboust, procureur en Parlement, comme procureur de Philipes Fournier, conseiller au Parlement ès Requestes, [est] renvoyé esdittes Requestes en vertu de commit[t]imus contre Jehan Hardy, demandeur, touchant la cure de Saint Severin de Paris, Guillaume Houppelande, Jehan Piat et *Estienne Grandis*». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 68. — En mars 1499 [1500], «Stephanus Grandis, in artibus et theologia magister regens», se présente à la collation des évêques et chapitres de Paris et de Limoges. *Archives de l'Université de Paris*, vol. 50, fol. 142 v°. — Cf. plus haut, p. 234 n.

fuerunt, presentibus dominis de Gonty et Dugast, pro gradu baccalariatus frater Petrus Bachelier, ordinis S. Benedicti, Morinensis diocesis, et solvit pro bursis XLVIII sol. par; et Guillermus Militis, Morinensis diocesis : solvit XL sol. par.: (F° 253 r°) et Jacobus Flori, clericus, Senonensis diocesis : quia pauperrimus erat, solvit solum pro omnibus juribus ipsius Facultatis et bidellorum septem francos cum dimidio; et sic remanserunt solum distribuende m libre tur. XLVIII sol. par.

Jovis. — Lune III Junii, pro littera gradus magistri Guillermi Militis, Senonensis diocesis. XVI sol. par. [4 Juin.]

Jovis VII junii, fuit missa ordinaria Facultatis. [7 Juin.]

Eodem die, fuerunt examinati et in baccalarios recepti Petrus Gronllant, presbiter, Petragoricensis diocesis, et Johannes Cachefer, Eduensis diocesis, et solverunt ambo pro bursis suis III libras III sol. par.

Mercurii XIII ejusdem, fuit missa ordinaria Facultatis. [13 Juin.]

Veneris XV ejusdem, fuit visitata regina blancha[1], uxor def(f)uncti regis, per Universitatem, et proposuit Pinelle. [15 Juin.]

Dominica XVII ejusdem, fuerunt processiones apud Celestinenses. [17 Juin.]

Jovis XXI junii, fuit missa ordinaria et obitus domini de Cambray. [21 Juin.]

Eodem die, fuit in baccalarium receptus Stephanus Milonis, Lingonensis diocesis, et solvit pro suis bursis XLVIII sol. par.

Jovis XXVIII ejusdem, fuit missa Facultatis ordinaria. [28 Juin.]

Eodem die, supplicuit magister Landericus Lepelé[2], de Parisius, pro littera baccalariatus, et solvit XX sol. par.

[1] C'est-à-dire la reine veuve, Anne de Bretagne. — En marge : « Visitatio regine vidue ».

[2] Il est peu probable que ce soit le personnage dont il question dans la mention suivante des registres du Châtelet : le 23 décembre 1488, « au tesmoignage de Jehan Destas, Bernard le Duc, Richard Chevalier, frères à cause de leurs femmes, Jehan de Minery, Guillaume de Sailly, Guillaume Boucher, Estienne le Tainturier, Jehan Chopin, Jehan le Sage, Anthoine de Rebempré, Pierre Manger, Pierre Pasté, tous voisins, amis et allins d'*Andry le Pelé*, fils mineur de feu Guillaume le Pelé, tavernier, et de Gillette sa femme, a esté esleu tuteur ledit Jehan Destas. » *Collect. Clairambault*, vol. 764, p. 376. — « Andry Pelé », conseiller au Parlement et aux requêtes du Palais à Paris, chanoine et archidiacre de Vertus en l'église de Châlons, apparaît dans un acte du 12 janvier 1463 [1464]. Bibliothèque nationale *Franç.* 32140, fol. 169; cf. fol. 154, 163, 167, 173 et 180. — Il était mort avant le 26 février 1472 [1473]. Cf. *ibid.*, fol. 186. C'était sans doute un ascendant du bachelier de 1498.

IMPRIMERIE NATIONALE.

[2 Juillet.] Julius. — Lune secunda Julii, intravit rex Ludovicus XII civitatem Parisiensem cum magno triumpho[1], Universitate eumdem expectante juxta templum Virginis Marie; et distributi sunt cuilibet doctori cap[p]ato ibi presenti quatuor solidi parisienses, ob labores ibidem assumptos.

[5 Juillet.] Jovis V ejusdem, fuit missa ordinaria Facultatis, in qua supplicuit dominus de Conty pro recessu suo ad civitatem Ambianensem, quia istud tempus est extraordinarium.

Et eodem die, fuit examinatus et in baccalarium admissus magister Laurencius Christiani[2], Ebroicensis diocesis, et solvit pro omnibus juribus dominorum et bidellorum sex scuta, super quibus dati sunt quinque franci bidellis, et sic remanserunt distribuendi quinque franci cum dimidio, qui fuerunt immediate distributi, quia cuilibet dati sunt XI sol. par.

(F° 253 v°.) Et eodem die, Universitas visitavit regem Ludovicum duodecimum, et habuit per organum magistri Petri Scourable (*sic*) elegantem et prolixam orationem. Qui quidem princeps noster multa promisit Universitati[3].

[12 Juillet.] Jovis XII ejusdem, fuit missa ordinaria, presentibus dominis de Veteri Villa, Gaguin, Dugast et me; post cujus celebracionem fuit, examine premisso, receptus in baccalarium magister Johannes Boucher[4], Remensis diocesis, clericus, in artibus magister; et solvit pro omnibus juribus sex scuta, de quibus fuerunt date quinque libre turon. bidellis, et due libre turon. cap(p)ellanis Sancti Johannis pro nostris missis, et tres libre distribute : sic cuilibet sex solidi par., et sic remanserunt XLVIII sol. par.

[1] Cf. Godefroy, *Le Ceremonial françois* (1649, in-fol.), t. I, p. 233 et suiv. — En marge : «Ingressus regis Ludovici XII».

[2] C'est le second personnage de ce nom que nous rencontrons dans les *Mémoriaux*. Mais c'est bien au premier que doivent se rapporter toutes les présentations extraites des *libri nominationum* et publiées plus haut (t. II, p. 232, n. 3). — Il y faut ajouter que, dès 1493, il se présentait à la collation de l'évêque et du chapitre d'Évreux et à celle des abbés de Saint-Taurin et de Saint-Sauveur. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 16 v° et 17. — Mais nous ne saurions dire duquel des deux homonymes il s'agit dans la mention suivante des registres du Châtelet, à la date du 17 octobre 1500 : «Jehan Boudet contre M. Philipes de Bart et M. Laurens Chrestien, touchant la cure de Barbery, [Barberie], diocèse de Senlis». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 394. Cf. aussi plus haut, p. 430.

[3] En marge : «Visitatio regis».

[4] En 1496, maître Jean «Bouchier» se présente à la collation des abbés de N.-D. de (*le nom manque*) et de Saint-Denis de Reims. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 129. — En 1501, «Johannes Bouchier» (Boucher), senior, Remensis diocesis, in artibus magister et in jure canonico baccalarius», se présente à la collation des évêques et chapitres de Châlons et de Laon; — en 1502, à celle de l'abbé de Saint-Hubert en Ardenne, diocèse de Liége, et à celle de l'abbesse de Saint-Pierre «ad Moniales», de Reims. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 50, fol. 172 et 215 v°. — Serait-ce lui qui, en 1542, était notaire en la conservation des privilèges apostoliques de l'Université de Paris? Voir Campardon et Tuetey, *Inventaire des registres... du Châtelet de Paris*, n° 611.

Jovis XIX Jul(l)ii, fuit missa Facultatis, presentibus dominis Dugast et de Veteri Villa. [19 Juillet.]

Sabbati XXI ejusdem, fuit examinatus et in baccalarium receptus Robertus Jahanneti, clericus, diocesis Tullensis; et solvit pro omnibus juribus sex aureos, ita quod quilibet doctor habuit per manus Ludovici subbidelli XII sol. IX d. t. absque harengis; quare remanserunt dominis pro suis juribus quinque libre X s. t., et sic III l. VIII s. par. [21 Juillet.]

Dominica XXII, fuerunt processiones Universitatis pro rege, sed non interfui, quia eram Remis pro domino cardinali de Luxembourg [1]. [22 Juillet.]

Jovis XXVI ejusdem, fuit, examine premisso, in baccalarium receptus frater Petrus de Sachi, ordinis S. Benedicti, diocesis Turonensis, et solvit pro omnibus juribus octo aureos, sed quilibet doctor non habuit nisi XIX s. t. absque harengis, quia oportuit solvere missas Facultatis, et pecunia fuit data Dugue, ut daretur doctoribus absentibus. [26 Juillet.]

Augustus. — Jovis secunda Augusti, fuit missa ordinaria; post cujus celebracionem fuit congregacio Universitatis super tribus articulis. — Primus erat super prosecucione confirmacionis privilegiorum ipsius Universitatis; secundus erat super quodam officio librariatus, quod fuit collatum unanimiter Johanni Petit [2]: tertius, communis. [2 Août.]

Quoad privilegia, conclusum est ut omnia prosequerentur viriliter.

Et fuerunt presentes domini de Veteri Villa, Guaguin, Dugast et ego. Et cuilibet ego distribui duos duodenos.

Noto quod hoc tempore fuit fama publica quandam mulierem honestam bone vite peperisse filium habentem unum ventrem, duo capita et quatuor pedes [3].

Jovis nona ejusdem, fuit missa Facultatis ordinaria; post cujus celebracionem examinatus et in baccalarium receptus fuit Johannes Robert, dyaconus, diocesis Carnotensis, qui solvit pro suis bursis XLVIII sol. par., et pro presidentia XX sol. [9 Août]

Et eodem die, distributi fuerunt cuilibet doctori novem duodeni, et sic remanserunt octo solidi tur., quos dederam in ultima congregacione.

[1] En marge : « Processiones Universitatis ».

[2] Jean Petit fut l'un des quatre grands libraires de l'Université et exerça de 1492 à 1530 environ. Sur ses diverses adresses, ses succursales à Lyon et à Clermont et sur ses cinq marques typographiques, cf. Ph. Renouard, *Imprimeurs parisiens, libraires . . .*, p. 291 et suiv. — Nous croyons que la date de la collation de l'office de libraire juré de l'Université à Jean Petit n'a été conservée que dans le présent passage des *Mémoriaux* de la Faculté de Décret.

[3] En marge, deux têtes accolées, très grossièrement dessinées.

[11 Août.] (F° 254 1°.) Sabbati XI Augusti, fuit congregacio Universitatis super provisione nostrorum privilegiorum habenda, presentibus dominis de Veteri Villa, Guaguin, Aligret, Dugast et me; et deinde fuit in domo domini Guaguin, examine premisso, in baccalarium receptus dominus Claudius Vauberet, presbiter, Lugdunensis diocesis, qui solvit pro suis bursis XL s. par., pro presidencia et dispensacione de non eumdo (*sic*) sentum. Et habuit quilibet doctor novem duodenos et liardum, quia octo solidi par. fuerunt dati propter congregacionem Universitatis.

[15 Août.] Mercurii XV, die Assumptionis Marie, fuit missa Facultatis cel(l)ebrata de Maria; post cujus celebracionem fuit examinatus magister Petrus Foubert, diocesis Ebroicensis, presentibus dominis de Veteri Villa, Aligret, de Hangest, Dugast et me; et solvit pro suis bursis XL sol. par., XX pro presidentia, et XII pro dispensatione de non eumdo (*sic*) : et sic quilibet doctor novem solidos paris.

[19 Août.] Hac die Dominica XIX Augusti, habui integram solucionem omnium que michi debebat magister Joannes Dugue pro omnibus juribus meis, ita quod nichil mihi debet.

[21 Août.] Martis XXI ejusdem, fuit in domo domini Gaguin examinatus et in baccalarium receptus Hil(l)arius Jourdan, clericus, diocesis Sagiensis, presentibus dominis Gaguin, Aligret et me, et solvit pro omnibus juribus decem libras tur.

[25 Août.] Sabbati XXV ejusdem, fuit facta congregatio Universitatis super advisamento articulorum presentandorum regi et suo magno Consilio, et omnia fuerunt remissa ad deputatos, presentibus dominis de Veteri Villa, Guaguin, Alligret, Dugast et me, et cuilibet distribui duos duodenos accipiendos super primo baccalario.

[30 Août.] Jovis XXX ejusdem, fuit missa ordinaria Facultatis; post cujus celebracionem fuit effectus baccalarius Martinus Cordier, clericus, diocesis Turonensis, qui solvit III francos pro bursis. Et quilibet doctor habuit XVII sol. par., quoniam accepti sunt super toto VIII sol. par. pro ultima congregacione, quia fuerunt distribute due sigillaciones gradus baccalariatus : una pro magistro Johanne Majoris, alia pro domino Claudio Vauberet.

[6 Septembre.] SEPTEMBER. — Jovis VI septembris, fuit missa ordinaria Facultatis; post cujus celebracionem convenerunt omnes domini presentes et existentes in hac civitate, videlicet dominis de Veteri Villa, Gaguin, Alligret, de Hangest, Dugast et ego, excepto domino Johanne Picard, in camera examinis licencie, deliberaturi super duobus articulis :

Primus erat ad providendum seu disponendum de ecclesia parrochiali Sancti

Germani Veteris Parisiensis, vacante tunc in turno Facultatis per obitum domini Petri Foliot, theologi, doctoris; secundus erat communis, super supplicacionibus et injuriis.

Cumque ego, decanus, declarassem causam dicte convocacionis, dominus de Hangest (F° 254 v°) demonstravit quamdam cedulam, de domino Picard ad Facultatem transmissam, continentem qualiter rogabat dictam Facultatem et singulos doctores ne ita repente vellent procedere ad provisionem dicte ecclesie, quoniam erat materia de re ardua [1]. Cujus supplicacioni et requeste domini annuentes deliberaverunt et decreverunt nichil super ea re acturos ea hora, sed se expectaturos dominum Picard usque ad horam secundam postmeridianam eo in loco, si placeret eidem Picard adesse, et id denunciari dicto Picard per bidellum a me jussum est, juxta deliberacionem et conclusionem Facultatis. Advenientibus igitur eadem hora secunda postmeridiana prefatis dominis existentibus, excepto domino Picard, se excusante ob negocia curie Parlamenti, reverendus pater dominus Alligret pulera, ornata et valde suasiva oracione exposuit qualiter XII annis legerat in Facultate, et pauca aut nulla emolumenta reportaverat, quodque de eodem beneficio Sancti Germani vacante habebat processum contra dominum Foliot def(f)unctum et magistrum Eligium de Vaugermes [2], potiusque jus in eadem se habere ostendere nisus est; qua de re supplicabat ut ipse per Facultatem nominaretur.

Ego vero decanus, in contrarium asserens multa, immo fere omnem honorem et utilitatem, quam nunc pre se fert, ex lecturis dicte Facultatis percepisse et obtinuisse, eumdemque satis satisque remuneratum fuisse, processusque inter dominum Foliot et eumdem agitatos debere currere marte et luna suis, nec ad eosdem respectum aut consideracionem aliquam habere debere Facultatem, aut ob id dominos astringi posse, supplicabam humil[l]ime me decanum nominari Universitati ad eamdem parrochialem ecclesiam, et deinde per Universitatem archidiacono Parisiensi presentari et reverendo patri episcopo Parisiensi representari more solito.

Quibus supplicacionibus auditis, deinde nobis ambobus supplicantibus ad partem et extra cameram retractis, domini deliberaverunt et, deliberacione habita, unanimi consensu me, licet indignum et erga Facultatem immeritum, nominaverunt ad dictam ecclesiam parrochialem; quibus habui gratias immensissimas.

Veneris VII ejusdem, fuit facta congregacio Universitatis super presentatione mea ad dictam ecclesiam, presentibus dominis de Veteri [Villa], Gaguin et me; quibus et mihi distribui sex duodenos, de quibus nulla facta fuit mihi solucio. [7 Septembre.]

[1] En marge : « Presentatio ad ecclesiam parrochialem Sancti Germani Veteris ». — [2] Cf. plus haut, t. II, p. 327 n. 2, p. 448 n. 2; t. III, p. 164 n. 1.

[8 Septembre.] Sabbati octava ejusdem fuit missa Virginis Marie, presentibus dominis de Veteri Villa, Alligret, de Hangest, Dugast et me; post quam missam fuit, examine premisso, in baccalarium receptus Johannes de Sommyèvre[1], presbiter, diocesis Cathala[u]nensis, qui solvit pro bursis XLVIII s., XX s. par. pro presidentia, XXII s. pro dispensatione de non eundo; et omnis pecunia fuit distributa dominis, scilicet cuilibet solid. par. (*sic*).

[8 Septembre-9 Novembre.] Et quoniam ab hac die usque nonam mensis Novembris fui absens, de licentia Facultatis, cum patruo meo Petro Dorigny, regis consiliario, admitus in inquestis fiendis processus pendentis in curia Parlamenti inter dominum Johannem de Nemoraco[2], ex una, et Ludovicum d'Armignac, comitem de Guyse, et domicellas Margaretam et Carolam (F° 255 r°), fratrem et sorores, partibus ex altera[3], commisimus vices nostras domino Dugast, qui nobis in adventu nostro retulit nichil in Universitate fuisse actum, nisi duas congregationes et unam processionem, que non debent occupare membranas. Fuerunt tamen examinati in Facultate baccalarii sequentes :

[26 Septembre.] XXVI ejusdem mensis, [fuerunt admissi ad baccalariatum, examine premisso,] magistri Matheus Lelieux, diocesis Parisiensis; Johannes Anglici, diocesis Ebroicensis; Johannes Galet, diocesis Carnotensis.

[27 Septembre.] XXVII ejusdem mensis, fuit admissus ad baccalariatum, examine premisso, magister Gaufridus Boucheron, diocesis Suessionensis.

[8 Octobre.] Octava Octobris, fuit similiter receptus in baccalarium, examine premisso, magister Emondus (*in marg.* : Edmon[dus]) Rolini, diocesis Autissiodorensis.

[10 Novembre.] X Novembris, fuit receptus in baccalarium magister Stephanus Besson[4], diocesis Bisontinensis.

[15 Novembre.] XV, feci convocari Facultatem super electione novorum offi[ci]ariorum, quia ego nolebam amplius fungi officio decanatus. Per biduum tamen ante miserat ad me dominus generalis ordinis Sancte Trinitatis, dominus Gaguin, zelator honoris et utilitatis ipsius Facultatis; qui quidem michi declaravit Facultatem in absentia

[1] Somme-Yèvre, lieu d'origine de ce bachelier, est aujourd'hui dans le dépt de la Marne, arrondt de Sainte-Menehould, canton de Dammartin-sur-Yèvre. — En marge : « Jo. de Sommievre ».

[2] En marge : « gallice Nemours ».

[3] Sur ce procès, dont l'histoire reste à faire, on trouvera d'importants renseignements dans les registres du Parlement de Paris (Plaidoieries).

[4] En 1499, Étienne Besson, maître ès arts et bachelier en Décret, du diocèse de Besançon, se présente à la collation de l'évêque et du chapitre d'Amiens et à celle de l'abbé de Saint-Sauve de Montreuil, O. S. B., diocèse d'Amiens. *Archives de l'Univ. de Paris*, vol. 50, fol. 63 v°.

mea, maturo omnium consensu, deliberasse me in ex(c)ercitio decanatus, si non denegarem, remansurum, tum quia numero pauci eramus, scilicet domini de Conty, Stephanus Parvi[1], ipse generalis ejusdem Sancte Trinitatis, Dyonisius Aligret, Claudius de Hangest, Symon Dugast et ego, Nicolaus Dorigny, tunc decanus; tum etiam quia Facultati non placeret dominum Aligret, et non injuria, decanum effici; quippe qui odium jamdudum in Facultatem conceperat, jurgiaque et lites innumeras disseminare in dies non desistebat, propterea quod Facultas ipsa eum ad curam Sancti Germani Veteris, vacantem per mortem magistri Petri Foliot, in theologia doctoris, non nominaverat.

Ego tamen decanus, non annuens deliberacioni dominorum, decanatui cessi, et in decanum assumptus est dominus Robertus Gaguin, ordinis Sancte Trinitatis; qui senio fractus, podagra afflictus innumerisque ipsius ordinis Sancte Trinitatis negociis prepeditus, noluit senectuti et morbo parcere, preferens ipsius Facultatis honorem proprie utilitati, quoniam, ut aiebat, non licet hominem asperum, vindicta plenum, nemini obaudientem, elatum et superbum, cujus moribus cognomen Alligret assurgit et astipulatur, consultissime Decretorum Facultati, que omnia maturo consilio peragit, dominari sive decanari.

Hec sunt que visa fuere michi redigenda et in archivis recludenda pro annis 1496 et 1497, annis doctoratus mei quinto et sexto, et anno etatis mee triginta et unius annorum cum decem mensibus vel circa.

N. Dorigny, presbiter, canonicus Trecensis, Laudunensis, Cathala[u]nensis, Senonensis et Cenomanensis, ac regius consiliarius in sua curia Parlamenti.

[1] Curé de Saint-Innocent et directeur du collège de l'Ave-Maria, Étienne Petit mourut le 13 décembre 1498 (cf. plus bas, p. 485). Ce n'est donc pas de lui, mais de l'un de ses homonymes qu'il s'agit dans cette intéressante mention des registres du Châtelet, à la date du 7 septembre 1500 : « Noble homme et sage m. Estienne Petit, notaire et secretaire du Roy, demandeur contre noble homme mess. Jehan Bourré, chevalier, sieur du Plessis Bourré, sur ce que ledit Petit disoit que, le 1er octobre 1499, ledit Bourré luy avoit vendu une maison, hostel, court et jardin et appartenances, assise à Paris près le pont Saint Michel, ayant deux grandes portes, entrées et issues, l'une principalle et d'ancienneté en la rue de l'Arondelle et l'autre en la rue Guy le Comte, à l'opposite de la maison et jardin de feu m. Jehan Boulanger, president du Parlement, au coing de laquelle a une tournelle vers la rivière de Seine, avec promesse de garantie et franche et quitte de toutes charges; et neanmoins Jehan le Jay, marchant bourgeois de Paris, luy faisoit demande de L livres de rente qu'il avoit droit de prendre sur ladite maison, et Denis Godefroy faisoit pareillement demande de CV livres de rente sur ladite maison; ledit Jehan Bourré est condamné à garentir ladite maison desdittes rentes. » *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 386.

II

COLLATION DES GRADES.

1. DOCTORATS [1].

2. LICENCES [2].

[1498. 11 Avril.]
Vitalis de Tesbes.
Johannes Militis.
Martialis Galicher.
Matheus Chartier.
Jacobus Lartilleur.
Petrus Barbier.
Frater Nicolaus Multoris.
Jacobus Ribier.
Johannes Marc.
Frater Ambrosius Wœstine [de Wastina].
Petrus Normani.
Mathurinus Gilles.
Nicolaus Artur.

3. BACCALAURÉATS.

[1497.]
XXVII Novembris..... Petrus Boulart. (V. p. 453.)
I Decembris..... Frater Johannes Thibault. (V. p. 453.)
II Decembris..... Johannes Lermier. (V. p. 453.)
XVIII Decembris..... Frater Matheus Grettler. (V. p. 454.)
XX Decembris..... Guillermus Bureau. (V. p. 454.)
XX Decembris..... Petrus Reginaldi. (V. p. 454.)

[1498.]
XIII Januarii..... Johannes Boudin. (V. p. 456.)
XVIII Januarii..... Petrus Garite. (V. p. 456.)
I Februarii..... Stephanus de Moravia. (V. p. 457.)
VII Februarii..... Guillermus de Ponte (V. p. 458.)
VII Februarii..... Nicolaus Desrey. (V. p. 458.)
XII Februari..... Petrus Parvi. (V. p. 460.)

[1] Aucune mention. — [2] Voir plus haut, p. 467.

XIX Februarii. . . . . Anthonius d'Agincourt. (V. p. 460.)
XX Februarii. . . . . Nicolaus Habarch. (V. p. 460.)
XXI Februarii. . . . . Johannes de Vadis. (V. p. 460.)
XXIII Februarii. . . . . Johannes Mahourry. (V. p. 461.)
XXV Februarii. . . . . Frater Jacobus de Prato. (V. p. 461.)
XIV Martii. . . . . Frater Mathurinus Bertoul. (V. p. 463.)
XIV Martii. . . . . Adam de Sancto Prejecto. (V. p. 463.)
XIV Martii. . . . . Leonardus Morelli. (V. p. 463.)
XIX Martii. . . . . Paulus Loyau. (V. p. 464.)
XXII Martii. . . . . Franciscus de Parenti. (V. p. 464.)
XXII Martii. . . . . Jacobus Lartilleur [incorporatus]. (V. p. 464.)
XXIII Martii . . . . . Johannes Amielli. (V. p. 464.)
XXIX Martii . . . . . Frater Georgius de Homborg. (V. p. 465.)
XXIX Martii . . . . . Bertrandus Goujault. (V. p. 465.)
II Aprilis. . . . . Frater Simon Vanquier. (V. p. 465.)
III Aprilis. . . . . Johannes Brosset. (V. p. 465.)
VI Aprilis . . . . . Guillermus le Boindre. (V. p. 465.)
VI Aprilis . . . . . Stephanus de Hotot. (V. p. 465.)
VII Aprilis. . . . . Guillermus de Monasterio (V. p. 466.)
XIX Aprilis. . . . . Anthonius Chaneti. (V. p. 468.)
XX Aprilis . . . . . Johannes de Courcelles. (V. p. 468.)
XXVI Aprilis. . . . . Frater Petrus de Balleul. (V. p. 468.)
XXVI Aprilis. . . . . Alanus Michel. (V. p. 468.)
XXVI Aprilis. . . . . Petrus Melin. (V. p. 468.)
II Maii . . . . . Egidius Mercier. (V. p. 472.)
VIII Maii. . . . . Johannes Lesmerel. (V. p. 472.)
XVII Maii. . . . . Frater Stephanus de Magnavilla. (V. p. 472.)
XVII Maii. . . . . Gerardus Camay. (V. p. 472.)
XXVI Maii. . . . . Frater Petrus Bachelier. (V. p. 473.)
XXVI Maii. . . . . Guillermus Militis. (V. p. 473.)
XXVI Maii. . . . . Jacobus Flori. (V. p. 473.)
VII Junii . . . . . Petrus Groullant. (V. p. 473.)
VII Junii . . . . . Johannes Cachefer. (V. p. 473.)
XXI Junii. . . . . Stephanus Milonis. (V. p. 473.)
V Julii. . . . . Laurencius Christiani. (V. p. 474.)
XII Julii. . . . . Johannes Boucher. (V. p. 474.)
XXI Julii . . . . . Robertus Jahanneti. (V. p. 475.)
XXVI Julii. . . . . Frater Petrus de Sachi. (V. p. 475.)
IX Augusti. . . . . Johannes Robert. (V. p. 475.)
XI Augusti. . . . . Claudius Vauberet. (V. p. 476.)
XV Augusti . . . . . Petrus Foubert. (V. p. 476.)
XXI Augusti . . . . . Hillarius Jourdan. (V. p. 476.)
XXX Augusti. . . . . Martinus Cordier. (V. p. 476.)
VIII Septembris. . . . . Johannes de Sommyèvre. (V. p. 478.)
XXVI Septembris. . . . . Matheus Lelieux. (V. p. 478.)
XXVI Septembris. . . . . Johannes Anglici. (V. p. 478.)
XXVI Septembris. . . . . Johannes Galet. (V. p. 478.)

IMPRIMERIE NATIONALE.

xxvii Septembris. . . . Gaufridus Boucheron. (V. p. 478.)
viii Octobris. . . . . Emondus Rolini. (V. p. 478.)
x Novembris. . . . . Stephanus Besson (V. p. 478.)

III

LECTURES DES BACHELIERS [1].

[1] Aucune mention.

DÉCANAT DE ROBERT GAGUIN.

NOVEMBRE 1498-NOVEMBRE 1499.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

(T. III, fol. 1 r°.) Registrum actorum consultissime Facultatis Decretorum in Universitate scholasticorum Parisiensi, incipiens anno Domini Christi M.CCCC nonagesimo octavo, die quindecima mensis Novembris.

Die quindecima mensis Novembris M.CCCC nonagesimo octavo, convocatis apud Sanctum Johannem Lateranensem Parisius dominis doctoribus consultissime Facultatis Decretorum ad eligendum vel continuandum decanum et thesaurarium ipsius Facultatis, comparuerunt domini Nicolaus de Conti, Stephanus Parvi, Dyonisius Allegret, dominus Claudius de Hangest, Symon Du Gast, Nicolaus Dorigni et ego Robertus Gaguinus. In ea congregatione dominus Dorigni, qui per superius biennium gesserat officium decanatus, supplicavit grata haberi a Facultate que bene gessisset, et si que aliter ministrasset, excusari; atque, his dictis, librum et claves penes dominum de Conty, seniorem Facultatis doctorem, reposuit. Idem supplicavit ipse dominus de Conty, qui multis annis fuerat thesaurarius. Igitur acte sunt gratie dominis officiariis quod laudabiliter administrassent sua officia; et statim collatis et auditis singulorum doctorum suffragiis et votis, elegerunt me in decanum, dominum vero de Conty in thesaurarium, qui nomine Facultatis librum et claves mihi tradidit, prestitis juramentis que decanus solet prestare. [1498, 15 Novembre.]

XX die ejusdem mensis et anni, Bernardus Claussi, Eduensis dyocesis, et Johannes Philippe, Nivernensis dyocesis, et Arturus de Troia [1], Parisiensis dyocesis, [20 Novembre.]

[1] Le 3 octobre 1493 se présentent au Châtelet «noble homme Guillaume de Troye, escuier, seigneur de Maucourt en Brie, *et m. Artus de Troye, maistre ès ars, escolier à Paris, adjoint*, contre Jehan le Maire, dit d'Amboise, sieur d'Arcis, pour raison de certains heritages qui seront regis sous la main du Roy». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 204. — Le 18 mars 1499 [1500], «Regnault Gousset, procureur au Chastellet, Catherine de Troye, sa femme, m. Geoffroy du Saulsoy, docteur régent en la Faculté de medecine, Helène de Troye, sa femme, *m. Artus de Troye, prestre*, Claude de Troye, notaire, Jehan et Guillaume de Troye, tous frères et sœurs, contre Guillaume Marcel et noble homme

examine de ipsis facto, fuerunt ad gradum baccalariatus admissi et juramenta prestiterunt.

[22 Novembre.] XXII die Novembris ejusdem anni, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem: ubi astiterunt domini de Conty, Parvi et ego decanus.

[29 Novembre.] XXIX ejudem mensis et anni, fuit missa Facultatis in Sancto Johanne, assistentibus dominis Conty, Parvi, de Hangest.

(F° 1 v°.) Eodem die et anno, post meridiem, fuit apud me auditus computus Ludovici Roiier, sub[b]edelli Facultatis, assistentibus dominis doctoribus Conty, Parvi, Picard, Allegret, de Hanges[t], du Gast et me decano. Recepta ascendit ad summam quinquaginta librarum XVI solidorum par.; misia, ad viginti septem libr. XII sol. par. et trium denariorum tur. Et sic misia computata, remanserunt de recepta viginti tres libre XIII solidi par. et XII denarii tur., que fuit distributa dominis doctoribus presentibus, de qua quilibet habuit XX solidos par., et bedellus pro suis laboribus XX solidos par.; que omnia faciunt octo libras par. Igitur remanebant XV libre et XIII solidi par.; qui quidem XIII solidi par. computati sunt pro summa XX solidorum par., qui, adjuncti ad XV libras que residue erant de recepta, constituunt XVI libras par.; de quibus quilibet doctor, tam presens quam absens, percepit quadraginta solidos par. Fuit autem dictum quod sub[b]idellus, ultra predictam summam XX solidorum par., haberet X solidos par., recipiendos super bursis proximorum baccalariorum, quia scilicet fecerat valere dictos XIII solidos par. summam XX solidorum par., sed quod solveret duas quartas vini, que fuerant apposite pro collatione dominorum doctorum. Ad hunc modum dictus Ludovicus fuit quittus erga Facultatem, et Facultas erga eum.

[5 Decembre.] Die quinta mensis Decembris ejusdem anni, fuit missa apud Sanctum [Johannem]. Affuerunt domini Conti, du Gast et ego decanus.

Eodem die, fuit admissus ad gradum baccalariatus Johannes Pate, clericus, dyocesis Remensis, et prestitit solita juramenta.

[6 Décembre.] Die sexta Decembris, fuit missa de Sancto Nicolao apud Sanctum Johannem, assistentibus dominis de Conti, Parvi, de Hanges[t], du Gast et me decano.

Guillaume de Troye, adjoint avec ledit Marcel». *Ibid.*, p. 340.

En 1499, «Arturus de Troia, presbiter, in artibus magister et in Decretis baccalarius, de Parisius oriundus», se présente à la collation des abbés de Marmoutier, diocèse de Tours, et de Saint-Germain-des-Prés près Paris; en 1500, à la collation de l'évêque et du chapitre d'Amiens et à celle de l'abbé de Morigny, O. S. B., diocèse de Sens. *Archives de l'Univ. de Paris*, vol. 50, fol. 71 v° et 108 v°.

Sequenti proximo die, fuit missa pro Universitate apud Jacobitas. [7 Decembre]

Die festo Beate Conceptionis Marie, fuit missa apud Sanctum Johannem, ubi ego adesse non potui. [8 Décembre.]

(F° 2 r°.) Die jovis XII[I] Decembris, dominus Stephanus Parvi, doctor in Decretis, curatus Sancti Innocentis et collegii de Ave Maria rector, obiit, et eodem die apud Sanctum Johannem Lateranensem in cap(p)ella Beate Marie fuit sepultus. Reliquit in testamento singulis doctoribus Facultatis qui presentes funeri adessent unum scutum auri, cuilibet bidellorum XII solidos par., clavigero octo, et singulis baccalariis qui assisterent cum cappis quattuor albos, et cuique legencium dimidium scutum. Ordinavit insuper fieri per Facultatem servicium defunctorum, quod fuit celebratum die sabbati sequenti in eadem ecclesia Sancti Johannis, ubi singuli doctores assistentes habuerunt dimidium scutum, legentes octo solidos par., bidelli sex, et claviger quinque. [13 Décembre.]

Die veneris XIII Decembris ejusdem anni, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus Antonius Veneti, Sedunensis dyocesis, presbiter, et Johannes Arnolt, presbiter, dyocesis Nivernensis. [14 Décembre.]

Die sabbati sequenti, fuit admissus ad gradum baccalariatus Johannes de Bandot, Sagiensis dyocesis. [15 Décembre.]

Die jovis XIX [l. XX] ejusdem mensis et anni, fuit missa apud Sanctum Johannem. Comparuit Conti et ego decanus. [20 Décembre.]

Eodem die, post missam, facto examine, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus in Decretis Galotus de Montereau, Carnotensis dyocesis, et Petrus Chabrion, Turonensis dyocesis.

Die XXIII[I] Decembris, dominus de Hangest legit Decretalem doctoralem. [24 Décembre]

Eodem die, que fuit vigilia Natalis Domini, frater Paulus de La Platrière, abbas Sancti Leonardi[1], ordinis S. Benedicti, post factam fidem litteratorie quod erat baccalarius in Studio Aurelianensi, fuit incorporatus inter baccalarios Facultatis.

Die XXIX Decembris, fuit missa apud Sanctum Johannem, comparentibus dominis Conti, Allegret, du Gast, Dorigny et me decano. [29 Décembre.]

[1] Il n'y avait, semble-t-il, en France que trois abbayes placées sous le vocable de ce saint : Saint-Léonard-des-Chaumes, diocèse de la Rochelle; Saint-Léonard le Noblat, diocèse de Limoges, et Saint-Léonard de Ferrières, diocèse de Poitiers; or, dans les listes des abbés de ces deux monastères, on ne trouve aucun prélat nommé Paul de La Platrière ou de La Platière. Est-ce le Mémorial ou la *Gallia Christiana* qui est ici en défaut?

(F° 2 v°.) Eodem die, fuit responsum baccalariis qui supplicabant admitti ad examen licencie, quod exhiberent decano, minores (s)cedulas suas et quod die lune post octabam (*sic*) Regum aperiretur examen, et interim conficerent majores (s)cedulas, easque deferrent singulis doctoribus; et ipsi baccalarii prestiterunt solita juramenta super confectione (s)cedularum.

Eodem die, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus frater Hugo, ordinis Cluniacensis, et Johannes Nicolai[1], in artibus magister, Parisiensis dyocesis, prestitis solitis juramentis.

Eodem die et anno, dominus Nicolaus Dorigni, doctor regens in Facultate Decretorum, curatus Sancti Germani Veteris, supplicavit sibi dari adjunctionem Facultatis contra suos competitores[2].

Similem supplicationem fecit dominus Allegret, doctor, pretendens jus in eadem cura Sancti Germani contra adversarios suos.

Ad has supplicationes fuit responsum quod Facultas non erat sufficienter congregata, et quod die mercurii proxime sequenti, quando erit missa Facultatis, domini doctores congregabuntur, et tunc dabitur responsum.

Eodem die, dominus du Gast proposuit quod ipse a magistro Nicolao Burgensi, magistro collegii Remensis, acceperat multas injurias; contra quem in materia injuriarum peciit adjunctionem Facultatis, que fuit ei liberaliter concessa.

[1499. 2 Janvier.] Die mercurii secunda Januarii, fuit missa apud Sanctum Johannem. Affuerunt dominus (*sic*) Conti, Allegret, Dorigny et ego decanus.

Eodem die, non fuit responsum supplicationibus dominorum Allegret et Dorigny propter paucitatem assistencium, quamvis dominus Allegret dedisset in scriptis causas quibus volebat impedire adjunctionem petitam a domino Dorigny. Dictum tamen fuit, de consensu partium, quod infra diem sabbati proximum quisque traderet in scriptis que vellet, et tunc fieret alia congregatio Facultatis.

6 Janvier.] Sexta die Januarii anni predicti, fuit congregatio Facultatis in domo domini Johannis Picart, canonici Parisiensis, ad advisandum quid respondendum esset (F° 3 r°) petitioni dominorum supplicancium Allegret et Dorigni; in qua congregatione dominus Allegret, quamvis exhibuisset Facultati instrumentum publicum continens causas propter quas Facultas non debebat dare adjunctionem domino Dorigni, peciit tamen a Facultate ut easdem causas verbo explicaret; quod et fecit.

[1] Le 8 février 1499 [1500], « honorable homme et sage m. Jehan Nicolas, licencié ès loix, a esté receu advocat [au Chastellet] et a choisy son lieu du costé de la Tournelle ». *Collect. Clairambault*, vol. 765, p. 329. Ce Jean Nicolas était probablement l'un des enfants d'Antoine Nicolas, procureur au Parlement (cf. *ibid.*, p. 234), mais il n'est pas sûr qu'il faille l'identifier avec le bachelier en Décret du 29 décembre 1498.

[2] Les procès relatifs à la cure de Saint-Germain-le-Viel, comme nous l'avons vu plus haut, renaissaient à chaque nouvelle désignation d'un titulaire.

dixitque non multum curare de adjunctione per eum petita. Dominus autem Dorigni, interrogatus si quid aut tradere scripto vel verbo dicere vellet, dixit quod non, sed quod tantum persistebat in sua prima supplicatione pro adjunctione habenda, quam dominus Allegret impedire frustra laborabat.

His ita per partes propositis, abeuntibus extra congregationem dominis supplicantibus, Facultas multa consyderans et maxime incommoda que ex hac causa poterant Facultati accidere, conclusit quod, ex quo Universitas ad nominationem Facultatis presentaverat dictum dominum Dorigny ad curam Sancti Germani Veteris, que vacare dicebatur in turno ipsius Facultatis Decretorum, ipsa Facultas remittebat supplicantes ad Universitatem, in qua Facultas ipsa, tanquam membrum Universitatis, comprehenditur et includitur, ubi ipsi supplicantes suas supplicationes continuarent si vellent. Cui ordinationi et conclusioni partes adquieverunt, protestatusque est dominus Allegret quod ipse persistebat in causis et rationibus per eum scripto et verbo propositis. Dominus autem Dorigni dixit quod similiter persistebat in supplicatione per eum supra habita.

Die veneris XVII[I] Januarii ejusdem anni, fuit missa apud Sanctum Johannem, comparentibus dominis Conty, du Gast, et me decano. [18 Janvier.]

Die sabbati XXVI Januarii ejusdem anni, fuit missa Facultatis et obitus domini Martini de Fraxinis, assistentibus dominis Conti, Simone du Gast et me decano. [26 Janvier.]

Eodem die, fuerunt ad gradum baccalariatus admissi Johannes Belin, presbiter, Andegavensis dyocesis, et Stephanus de Voire, Carnotensis dyocesis, et prestiterunt juramenta.

Die mercurii penultima Januarii ejusdem anni, Guillermus Go, Matisconensis, fuit admissus ad gradum baccalariatus et prestilit juramenta. [30 Janvier.]

(F° 3 v°.) Die jovis ultima Januarii M.CCCC nonagesimo octavo, fuit missa apud Sanctum Johannem. Comparuerunt domini Conti et ego decanus. [31 Janvier.]

Eodem die, fuit admissus ad gradum baccalariatus Dyonisius Martin[1], Nyvernensis dyocesis, et juravit more solito.

[1] Bien que la mention suivante des registres du Châtelet puisse lui convenir par la date, nous ne croyons pas qu'il s'y agisse de lui : le 26 avril 1491, «Huguelin Martin, marchant bourgeois de Paris, a emancipé Denis Martin, son fils, aagé de douze ans: curateur, le père». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 50. Cet «Huguelin Martin» devait être d'origine toscane, comme le «sire Angelo Martin, marchant florentin,» dont il est question dans le même registre, p. 414.

En 1501, «Dionisius Martin, in artibus magister et in Decretis baccalarius», se présente à la collation de l'évêque et du chapitre de Paris et à celle du prieur de N.-D. de Longpont, ordre de Cluny, diocèse de Paris; — en 1502, à la collation de l'archevêque et du chapitre de Sens et

[5 Février.] Die martis v(i) Februarii, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus Jacobus Aryolde, Turonensis dyocesis, et Michael Basin, Parisiensis dyocesis, et more solito prestiterunt juramenta.

[8 Février.] Die veneris viii Februarii, fuit admissus ad gradum baccalariatus Johannes Succurribilis[1], in artibus magister, et prestitit juramenta.

[14 Février.] Die jovis xiii Februarii, fuit missa apud Sanctum Johannem, assistente domino Nicolao Conty.

[16 Février.] Die sabbati xvi Februarii ejusdem anni, frater Egidius Fabri, canonicus regularis, dyocesis Suessionensis, fuit admissus ad gradum baccalariatus, prestitis solitis juramentis.

[21 Février.] Die jovis xx[i] Februarii, fuit missa apud Sanctum Johannem, assistente domino de Conti.

Eodem die, fuit admissus ad gradum baccalarii (*sic*) frater Georgius de Bosco Rotundo, Lingonensis dyocesis, ordinis S. Benedicti.

[25 Février.] Die lune xxiii[i] Februarii ejusdem anni, Hieronymus Grossaine[2], clericus, Remensis dyocesis, fuit admissus ad gradum baccalariatus, et prestitit solita juramenta.

[28 Février.] Die jovis ultima Februarii, fuit admissus ad gradum baccalarii Johannes Foresii, Matisconensis dyocesis, et prestitit juramenta.

à celle du prieur de Biches, ordre de Cluny, diocèse de Nevers. *Archives de l'Université de Paris*, vol. 50, fol. 154 et 200 v°.

[1] En marge : «Jo. Secourable». C'était sans doute un parent du célèbre Pierre. Cf. plus haut, p. 318 n. 1.

[2] Les *Dossiers bleus* (vol. 335, dossier Grossaine, p. 7) mentionnent un Jérôme Grossaine, «licentié, lieutenant de Chatillon, bailliage de Vitry, 1505», qui doit être le bachelier de 1499. C'est probablement son fils ou son neveu qui, qualifié d'«escuier, sieur de Barbonval, lieutenant du bailly de Vitry à Fisme et licencié ès lois», eut lui-même un fils, Jérôme, «lieutenant général au bailliage de Vitry». Toujours d'après les *Dossiers bleus*, le dernier des Grossaine, Nicolas, écuyer, sieur de Barbonval, paraît être mort vers le commencement du xviie siècle. Le beau-fils du dernier Jérôme, cousin germain de Nicolas, Charles de Castres, fut alors substitué aux noms et armes de Grossaine et Barbonval. — Dans les *Pièces originales* (vol. 1417, dossier 32027), on trouvera des pièces concernant «Hiesrosme Grossaine, escuyer, licencié en loix, conseillier du Roy, bailly de Reims» (p. 2 : 13 juillet 1545); «Hierome Grossaine, juge et magistrat criminel au siège présidial de Reims» (p. 3; 6 mars 1554 [1555]; «Jherosme Grossayne, seigneur d'Yrval et lieutenant à Reims du bailly de Vermandois» (p. 4; 26 nov. 1560). Ces pièces, au moins les deux premières, paraissent concerner le fils du gradué de la Faculté de Décret. Mais il faut bien avouer que la généalogie de cette famille n'est pas clairement établie, malgré les efforts de l'auteur du tableau contenu dans le *Cabinet de d'Hozier*, vol. 176, p. 70-71; cf. *Carrés*, vol. 316, fol. 96.

(Fº 4 rº.) Eodem die, Antonius Delphini[1], clericus, Matisconensis dyocesis, fuit admissus ad gradum baccalariatus, prestitis solitis juramentis.

Die lune quarta Martii, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus magister [14 Mars.] Johannes Floridus[2], Trecensis dyocesis, magister Johannes Toule, Ebroicensis, et Claudius Perilot[3], Trecensis, prestitis solitis juramentis.

Eodem die lune et anno, nobilis vir Gaspardus de Rupeforti, alias de Paygniaco, Cloromontensis (*sic*) dyocesis, baccalarius in Decretis in Studio Andegavensi, ut litteratorie constitit Facultati, fuit incorporatus in Facultate Decretorum Parisiensi, et prestitit solita juramenta.

Die mercurii sexta Marcii ejusdem anni, frater Johannes Dannal, ordinis Pre- [6 Mars.] monstratensis, Tullensis dyocesis, fuit admissus ad gradum baccalariatus, et prestitit solita juramenta.

Die sabbati nona Marcii ejusdem anni, fuerunt admissi ad gradum bacca- [9 Mars.] lariatus Bartholomeus Odille, clericus, Nivernensis dyocesis, et Egidius Charles, Trecensis dyocesis, prestitis juramentis.

[1] Il était fils de Nicole Dauphin, procureur du roi à Mâcon. Cf. plus haut, p. 35, n. 1.

[2] En février 1499 [1500], «Johannes Floury, diocesis Trecensis, in artibus magister et in jure canonico baccalarius regens», se présente à la collation des abbés de Molesme, diocèse de Langres, et de La Celle-lez-Troyes, O. S. B. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 50, fol. 124. — En marge: *Jo. Flory.*

[3] Gaguin a bien écrit «Perilot», mais d'après les registres de l'Université, ce Champenois s'appelait «Perillé». En 1499, il est qualifié de «presbiter, in artibus magister et in utroque jure baccalarius, diocesis Trecensis», et se présente à la collation de l'évêque et du chapitre de Paris, ainsi qu'à celle de l'abbé de Saint-Urbain-en-Perthois, diocèse de Châlons. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 50, fol. 61. — En 1500, qualifié de maître ès arts et de bachelier en Décret, il se présente à la collation de l'archevêque et du chapitre de Troyes et à celle de l'abbesse «conventus Sancti Johannis dict *les Nonains*» [N.-D. aux Nonnains], même diocèse. *Ibid.*, fol. 110. — En 1516, son nom prend la forme de «Perillyé», et il ajoute à ses titres et qualités ceux de «curatus ecclesie parrochialis de Sacro Portu [Saint-Port, Seine-Port], diocesis Senonensis» et de «canonicus ecclesie collegiate Beate Marie de Villamauri [Villemaur], diocesis Trecensis». Il se présente à la collation de l'évêque et du chapitre de Clermont et à celle du chapitre de l'église collégiale de N.-D. «de Canaleria» [Chamalières], près Clermont. *Ibid.*, vol. 51, fol. 316. — En 1521, à ses titres il ajoute ceux de «cappellanus in ecclesia Parisiensi», de «cappellanus (beate) cappellanie beate Catherine fundate in ecclesia parrochiali de Mitry, Meldensis diocesis», et leur valeur totale «ascendit ad centum francos aut circa»: cela ne suffit sans doute pas à ses besoins, puisqu'il se présente à la collation de l'évêque et du chapitre «Dauthumensis» (*sic*) et à celle de l'abbé «Deserti», diocèse de Langres, O. S. B. *Ibid.*, vol. 53, fol. 77. — En 1522, sa nouvelle tentative nous apprend que sa prébende parisienne était «capella Sancti Augustini in ecclesia Parisiensi fundata»: il se présente à la collation des évêques et chapitres de Langres et de Meaux. *Ibid.*, fol. 122 vº. — Peut-être est-ce encore lui qui occupe, en 1528, la cure de Guyancourt, au diocèse de Paris, cure que Jacques Touzart [le célèbre professeur Jacques Toussain] eût voulu obtenir en échange de celle de Pâlis, diocèse de Troyes: seulement il est ici appelé «Perilleu». Coyecque, *Recueil d'actes notariés*, t. I, p. 175, nº 872.

IMPRIMERIE NATIONALE.

Eodem die, fuit incorporatus magister Johannes de Bresche [1], Belvacensis dyocesis, inter baccalarios Facultatis, facta fide per litteras quod erat baccalarius in jure canonico Aurelianis, et prestitit juramenta.

[13 Mars.] Die mercurii XIII Marcii ejusdem anni, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus magister Johannes Bonnault [2], Nyvernensis dyocesis, et Gilbertus Beca, Bituricensis, et prestiterunt juramenta.

[14 Mars.] Die jovis XIIII Marcii ejusdem anni, fuerunt ad ipsum gradum admissi Michael Ruffi, Ambianensis dyocesis, et Carolus de Vouges, Parisiensis, prestitis de more juramentis.

[20 Mars.] Die mercurii XX Marcii ejusdem anni, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus

[1] En 1501, «Johannes de Bresche, in artibus magister et in Decretis licenciatus», se présente à la collation de l'abbé de Saint-Lucien de Beauvais et à celle du chapitre «Sancti Vedasti Belvacensis». *Archives de l'Univ. de Paris*, vol. 50, fol. 172 v°. — En 1517, il était chanoine et pénitencier de l'église de Beauvais (Coyecque, *Recueil d'actes notariés*, t. I, p. 10, n° 56). — Il ne faut pas le confondre avec Jean Brèche, le fameux jurisconsulte tourangeau, né vers 1513 et qui ne mourut que vers 1580.

[2] En 1501, maître ès arts et bachelier en Décret, Jean Bonault se présente à la collation des évêques et chapitres de Paris et d'Auxerre. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 50, fol. 167 v°. — En 1502, qualifié en outre «presbiter, diocesis Nivernensis», il se présente à la collation de l'évêque et du chapitre de Chartres et à celle du prieur de Saint-Martin-des-Champs de Paris, ordre de Cluny. *Ibid.*, fol. 191 v°. — En 1512, il est licencié en Décret, «curatus parrochialis ecclesie de Vendenessa [Vandenesse], Nivernensis diocesis», «canonicus Antissiodorensis et cappellanus perpetuus collegii Cameracensis Parisius fundati»; il se présente à la collation de l'évêque et du chapitre du Mans et à celle de l'abbé de La Couture, diocèse du Mans, O. S. B. *Ibid.*, vol. 51, fol. 35. — En 1513, il se présente à la collation de l'abbé de Marmoutier et à celle de l'abbesse de N.-D. de Beaumont. *Ibid.*, fol. 91 v°. — En 1513 ou 1514, il a changé de cure : il est qualifié de «curatus ecclesie parrochialis de Tronssangiis [Tronsanges], Nivernensis diocesis», et se présente à la collation de l'évêque et du chapitre de Nevers, ainsi qu'à celle du prieur de N.-D. de Coulonges, ordre de Cluny, diocèse de Nevers. *Ibid.*, fol. 171 v°. — En 1514, il se présente à la collation du chapitre de l'église de Saint-Aignan d'Orléans et à celle de l'abbé de Saint-Vincent-lez-le Mans, O. S. B. *Ibid.*, fol. 208 v°. — En 1515, il se présente à la collation de l'abbesse de Saint-Julien-lez-Auxerre et au prieur de La Charité-sur-Loire, diocèse d'Auxerre. *Ibid.*, fol. 258 v°. — En 1516, il se présente à la collation des abbés de Saint-Magloire de Paris et de N.-D. de Molesmes. *Ibid.*, fol. 317. — En 1517, il se présente à la collation de l'évêque et du chapitre de Mâcon et à celle de l'abbé de Cluny. *Ibid.*, fol. 366 v°. — En 1518, il est qualifié de «curatus parrochialium ecclesiarum de Tronssangiis et Sancti Victoris de Nivernis» et se présente à la collation des abbés de Montiéramey, O. S. B., diocèse de Troyes, et de Saint-Calais [du Désert], O. S. B., diocèse du Mans. *Ibid.*, fol. 417 v°. — En 1521, après avoir énuméré ses divers bénéfices «quorum fructus non excedunt summam octoviginti librarum paris.», il se présente à la collation des évêques et chapitres d'Angers et d'Orléans. *Ibid.*, vol. 53, fol. 62. — En 1523, il est non seulement curé de Tronsanges et de Saint-Victor de Nevers, mais encore «de Cerciaco Turonis in processu (?)»; il déclare que de tous ces bénéfices «fructus non excedunt summam tricentarum librarum turon.», et, infatigable quémandeur, se présente à la collation de l'évêque et du chapitre de Poitiers et à celle du chapitre et de l'église Saint-Hilaire de Poitiers. *Ibid.*, fol. 167 v°.

magister Petrus Clerici [1], Ambianensis, Anthonius Guignon, Ambianensis, Johannes Belval, Attrebatensis, et Nicolaus Chabrery, Gebenensis dyocesis, et prestiterunt solita juramenta.

(F° 4 v°.) Die veneris XXII Marcii anni Domini M. CCCC nonagesimi octavi, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus Nicolaus Michon, Meldensis, Clemens le Conte [2], Meldensis, et Reginaldus Brule, Laudunensis dyocesis, et prestiterunt juramenta. [22 Mars.]

Die sabbati sequenti, Robertus Baniart, Trecensis dyocesis, fuit admissus ad gradum baccalariatus, et prestitit juramenta solita. [23 Mars.]

Eodem die sabbati, que fuit XXIII Marcii M. CCCC nonagesimo octavo, cum essent decem et septem baccalarii examinati pro licencia obtinenda, fuerunt per me decanum presentati domino Stephano Poncier (*sic*), cancellario Beate Marie Parisiensis, eo ordine quo sedebant in scamnis examinis. Affuerunt presentationi domini doctores Conti, Allegret, Hangest, du Gast et Dorigny.

[1] En 1499, Pierre le Clerc, maître ès arts et bachelier en Décret, se présente à la collation de l'évêque et du chapitre d'Amiens et à celle du chapitre de l'église Saint-Firmin d'Amiens. *Archives de l'Université de Paris*, vol. 50, fol. 93 v°. — Il était probablement de la même famille que «honorable homme Anthoine le Clerc, licencié ès loix, advocat et conseiller à Amiens». *Collect. Clairambault*, vol. 765, fol. 211 (à la date du 18 novembre 1493). — C'est peut-être le fils de Pierre Le Clerc, seigneur du Tremblay, près Montfort-l'Amaury, conseiller au Parlement. Il fut ensuite curé de Saint-André-des-Arts à la suite de la résignation faite en sa faveur par son oncle Nicole avant 1550, archidiacre de l'église d'Amiens (en 1554?), docteur régent de la Faculté de Décret et conservateur des privilèges apostoliques de l'Université de Paris en 1542. Cf. Campardon et Tuetey, *Inventaire des registres... du Châtelet de Paris*, n°s 350, 351, 798, 799, 800, où l'on verra que ses frères firent, eux aussi, une belle carrière : Jacques dit de Coictier, seigneur d'Aulnay «en France», fut correcteur et grand rapporteur des lettres de la Grande Chancellerie de France; Jean devint procureur général de la Cour des Aides, puis du Conseil privé; Nicole enfin, conseiller au Parlement. Leur sœur Jacqueline avait épousé Claude Burdelot, notaire et secrétaire du roi, seigneur de Montfermeil; une autre de leurs sœurs ou de leurs cousines germaines, Philippe, était mariée à Guillaume Bourgoing, conseiller au Parlement. De leurs oncles, l'un, Jean, était chantre et chanoine de Châlons; l'autre, Nicole, docteur régent en la Faculté de théologie de Paris et curé de Saint-André-des-Arcs; et leur tante Marguerite avait été la femme du célèbre Jacques Coictier : d'où leur fortune. Pierre le jeune mourut dans sa maison, grande rue Saint-André-des-Arcs, sur les onze heures du soir, le 19 juillet 1557 et fut inhumé le 21 dans son église, en la chapelle de sa famille. Cf. Biblioth. nation., *Dossiers bleus*, vol. 191, dossier 4995, fol. 10-11.

[2] En 1499, Clément le Conte, maître ès arts et bachelier en Décret, du diocèse de Meaux, se présente à la collation du prieur de Sainte-Marguerite-d'Élincourt, de l'ordre de Cluny, diocèse de Beauvais, et à celle de l'abbesse de Faremoutier, O. S. B., diocèse de Meaux; — en 1500, à la collation de l'abbesse de N.-D. «de Morgnaval» [Morienval], O. S. B., diocèse de Soissons, et à celle du prieur du Ruel, de l'ordre de Cluny, diocèse de Meaux. *Archives de l'Univ. de Paris*, vol. 50, fol. 102 v° et 110 v°. — En 1513, il se présente à la collation du chapitre de l'église collégiale de Saint-Florent de Roye, diocèse d'Amiens, et à celle du prieur «de Lehuno in sanguine terso» [Lihons-en-Santerre], ordre de Cluny, même diocèse. *Ibid.*, vol. 51, fol. 73 v°.

[24 Mars.] Altera die, fuit ordinatum quod licenciandi haberent tria signeta : unum apud Sanctum Maturinum, alterum in collegio de Dainville, et tercium in collegio Bajocensi; et quod de quolibet signeto decanus haberet duos panes zuchari, et thesaurarius totidem; singuli vero doctores unum panem, secundum pristinum morem; quod observatum est a licenciandis.

[25 Mars.] Die XX quinta Marcii, vocati domini doctores per (s)cedulam comparuerunt in camera examinis, ad componendum rotulum vocandorum ad licenciam et ad adoptandum.

In ea congregatione domini de licenciandorum ordine ad hunc modum ordinaverunt :

[27 Mars.] SEQUUNTUR NOMINA LICENCIANDORUM IN DECRETIS PARISIUS IN FACULTATE DECRETORUM ANNO DOMINI M CCCC NONAGESIMO NONO, DIE MERCURII XXVII MENSIS MARCII, CUM ADOPTIONIBUS DOMINORUM DOCTORUM: IN QUO ORDINE SERVATUS EST ORDO TEMPORIS SECUNDUM ANTIQUITATEM PROMOTIONIS BACCALARIATUS.

Frater Paulus de Plateria	Dominus Conti.
Gaspardus de Pagniaco	du Gast.
Guido Flamignon	Piquard.
Petrus le Blanc [1]	Robertus Gaguinus.
Jacobus Haqueville	de Hangest.
Michael Champront	Picard.
(F° 5 r°.) Michael Labbe	Robertus Gaguinus.
Frater Matthæus Grethler	Conti.
Frater Georgius Hemborc	Conti.
Johannes de Bresse (*sic*)	Gaguinus.
Johannes Mareschal	Dorigny.
Guillermus Veron	Picard.
Stephanus Levis	Allegret.
Frater Jacobus Coene	de Hangest.
Frater Johannes Laloe [2]	Allegret.

[1] Le 21 mars 1499 [1500], « au tesmoignage de nobles personnes et sages m. Jehan Malingre, conseiller en Parlement, Simon Malingre, clerc des Comptes, Loys le Blanc, notaire et secretaire du Roy, greffier en la Chambre des Comptes, Claude Liger, licencié en loix, advocat en Parlement; *Pierre le Blanc, licencié en Decret*, tous cousins remué[s] de germain, Perrette, veufve feu m. Pierre Morin, tresorier de Guyenne, ayeulle. Thomas Morin, cousin, noble homme Jehan Poirier, capitaine de Moret, cousin de Fancette, fille mineure de feu m. Pierre de Marsillac, conseiller et secretaire du Roy, greffier du Parlement de Bordeaux, et de feu Catherine Morin, jadis sa femme; ont esté donnez tuteurs Thomas Morin et Jehan Poirier. » *Collect. Clairambault*, vol. 765, p. 341-342.

[2] Guy Musnier, le successeur de Gaguin comme ministre général de l'Ordre de la Trinité, « anno

Claudius de Sancto Bartholomeo . . . . Dorigny.
Nicolaus Bemsrode (*sic*). . . . . du Gast.

Et ita clausus est rotulus et signatus duobus sigillis dominorum doctorum et sigillo decani.

Eodem die lune XXV Marcii, anno quo supra ante Pascha, fuit admissus ad gradum baccalariatus Petrus Margerit, clericus, dyocesis Sancti Flori, et solita (*ms.* soluta) juramenta prestitit. [25 Mars.]

Eodem die, ego decanus, assumptis duobus bidellis Facultatis, scilicet majore et minore, accessi ad dominum cancellarium Stephanum Poncier (*sic*), qui erat in domo sua, in claustro Beate Marie Parisiensis, et exhibui eidem rotulum clausum et signatum tribus sigillis, in quo erant digesti et conscripti per ordinem sue antiquitatis et promotionis ad gradum baccalariatus licenciandi, secundum quem ordinem erant evocandi ad suscipiendum licenciam, ipsumque dominum cancellarium admonui ne contra consuetudinem observatam a suis predecessoribus violaret rotulum aut aperiret usque in diem et horam cum dictos licenciandos vellet evocare et licenciare. Qui respondit quod faceret ut petebam, et quod servaret morem hactenus a suis predecessoribus et doctoribus Facultatis Decretorum observatum.

Die martis XXVI Marcii, fuit admissus ad gradum baccalariatus Mattheus Randoul [1], in artibus magister, dyocesis Suessionensis, et hoc ante Pascha, prestitis solitis juramentis. [26 Mars.]

(F° 5 v°.) Die mercurii XXVII Marcii, anno Domini M CCCC nonagesimo octavo ante Pascha, decem et septem licenciandi, assistentibus dominis doctoribus Conti, du Gast et me decano, comparuerunt in cap(p)ella apud Sanctum Johannem Laterauensem, ubi innovatis juramentis, ut moris est, processerunt bini et bini, secundum ordinem quo sedebant in camera examinis, ad Beatam Mariam Parisiensem, et inde ad aulam domini episcopi Parisiensis, et quattuor ex doctoribus Facultatis Decretorum iverunt obviam domino cancellario, quem sunt ad prefatam [27 Mars.]

1505 curavit redemtionem fieri captivorum per fratres Johannem Moisseti, ministrum de Corduis, professione theologum; *Johannem de Laloé* (sic), *ministrum de Diaco, in jure canonico licentiatum*, et Simonem Blocquel, ministrum de Lerinis». *Gallia Christ.*, t. VIII, col. 1743.

[1] Mathieu Randoul, maître ès arts et bachelier en Décret, se présente, en 1499, à la collation des évêques et des chapitres de Thérouanne et de Laon; — en 1500, à la collation de l'abbé de Saint-Jean-en-Vallée «juxta muros Carnotenses», O. S. B., et à celle du prieur «Sancti Petri de Lehuno in sanguine terso» [Lihons-en-Santerre], diocèse d'Amiens, de l'ordre de Cluny; — en 1502, «in artibus magister, principalis collegii Belvacensis», à la collation des évêques et des chapitres de Chartres et de Troyes. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 50, fol. 94, 132 et 189.

aulam comitati; ubi considentibus dictis licenciandis, cum dominus cancellarius cum suo vicecancellario in loco consueto consedişset, vocato magistro Johanne du Ghe (*sic*), majore bedello Facultatis, tradidit rotulum clausum, quem eidem presentaveram, ubi erant nomina licenciandorum conscripta per ordinem faciende vocationis. Qui bedellus, recepto rotulo predicto, eum ad me et singulos dominos doctores apportavit, ut viderent si non fuisset apertus aut violatus; quem integrum remiserunt ad dominum cancellarium. Ipse vero dominus cancellarius rotulum aperuit et bedello tradidit ut licenciandos nominatim vocaret, ut premissum est. Quibus dominus cancellarius benedictionem impartivit et eos licenciavit.

[8 Avril.] Die lune octava Aprylis (*sic*), Facultas fuit congregata apud Sanctum Maturinum Parisiensem, ubi dominus Nicolaus Dorigny, qui erat recessurus, supplicavit pro mense gracioso; cujus supplicationi Facultas annuit.

[11 Avril.] Die jovis undecima Aprylis (*sic*), fuit missa apud Sanctum Johannem, assistente domino de Conty et me decano.

Post missam, dominus Paulus de Plateria, prior de Bonny [1], qui die ultime licencie supplicaverat admitti ad doctoratum, supplicavit secundo ad eumdem gradum admitti. Cui responsum est quod veniret ad diem jovis proxime sequentem, quo die daretur eidem responsum.

Eodem die citatus, Nicolaus Hemsurode (*sic*). The[u]tonicus, comparuit; scripserat enim litteras ad me, quibus dicebat se injuriam accepisse, quia inter licenciandos fuerat ultimus; quam injuriam in me potissimum retorquebat. Igitur fuit a me graviter reprehensus, quia sic temere audebat de Facultate judicare (F° 6 r°) quasi non fuisset erga illum ordo temporis secundum morem Facultatis observatus. Postquam finem dicendi fecissem, ipse respondit se predictas litteras animo injuriandi non fecisse, sed per quamdam indignationem et inconsiderationem errasse; quapropter peciit errorem sibi dimitti. Igitur, visa ejus humilitate, parcitum est illi.

[16 Avril.] Die martis XVI Aprilis post Pascha, anno Domini M. CCCC III^XX XIX, fuit admissus ad gradum baccalariatus magister Johannes des Mares [2], Rothomagensis dyocesis, et prestitit solita juramenta.

[20 Avril.] XXII Aprilis, Johannes Hanotte, Morinensis dyocesis, fuit admissus ad gradum baccalariatus, prestitis juramentis.

[1] Probablement Bonny-sur-Loire, département du Loiret, arrondissement de Gien.

[2] En 1513, Jean des Mares, du diocèse de Rouen, maître ès arts et licencié en Décret, se présente à la collation des abbés de Saint-Wandrille et de Saint-Pierre de Jumièges, et à celle de l'archevêque et du chapitre de Rouen. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 51, fol. 102 v°.

Ultima die Aprilis, Johannes Girard, Meldensis dyocesis, et Hugo Gamonard, Antissiodorensis dyocesis, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus, et prestiterunt solita juramenta. [30 Avril.]

Die sexta Maii ejusdem anni, Ambrosius Oudart, Cameracensis dyocesis, prestitis solitis juramentis, fuit ad gradum baccalariatus admissus. [6 Mai.]

Die octava ejusdem mensis, que fuit vigilia Ascensionis Domini, fuit missa pro obitu domini Chuffart, doctoris olim Decretorum. [8 Mai.]

Die XIII Maii ejusdem anni, Jacobus Charton, Meldensis, et Joannes Dambry, Meldensis dyocesis, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus, prestitis solitis juramentis. [13 Mai.]

Die veneris XXIII Maii, domini doctores legerunt, et eodem die fuit missa apud Sanctum Johannem, assistentibus dominis Conti, du Gast, Dorigni et me decano. [24 Mai.]

Eodem die et anno, Antonius Clouan, Senonensis dyocesis, examine de sufficiencia ejus facto, fuit admissus ad gradum baccalariatus, et prestitit solita juramenta.

Die martis XXVIII ejusdem mensis, Egidius Rolant, Suessionensis dyocesis, fuit examinatus et admissus ad gradum baccalariatus, prestitis solitis juramentis. [28 Mai.]

(F° 6 v°.) Per hos dies[1], cum rex Ludovicus XII, qui ex duce Aurelianensi, mortuo rege Carolo octavo, ad regnum venisset et multa reformare statuisset, inter alia assumpsit corrigere quasdam abusiones quas a Parisiensi schola et Universitate committi plerique emuli dicebant; quibus delatoribus aliquot episcopi[2] et ballivi assenciebantur, invidentes scholasticorum libertati; rex ipse Ludovicus, convocatis quos voluit ex curia Parlamenti cum domesticis sui Consilii, plurima in omni fere statu innovare et mutare constituit, et presertim in iis que privilegia scholasticorum enervabant[3]. [Mai-Juin.]

[1] En marge, à gauche : «Nota quomodo incepte sunt reformationes Universitatis.» — En marge, à droite : «Delatores asserebantur primus presidens Gonardi, Petrus Guillart, consiliarius in Requestis hospitii regis, et Carolus du Haultboys, immemor beneficiorum a Facultate eidem pauperrimo collatorum.»

[2] En marge, à droite : «Inter episcopos principalis Albiensis qui paulo post obiit mortem.»

[3] Dans tout ce passage, Gaguin fait allusion à la série de documents analysés, sous les n°s 1521, 1523 et 1525, par Ch. Jourdain (*Index chronol.*, p. 311), et datés d'août 1498 à mai 1499. — Les séances du Parlement où Michon s'opposa, au nom de l'Université, à l'enregistrement des lettres du 31 août 1498, et qui furent tenues les 22 et 29 novembre suivants, ont été imprimées dans le *Recueil des privil. de l'Univ.* (Paris, 1674), p. 266.

Statuit enim ut nullus inscriberetur in libris publicis Universitatis, nisi prius semestri integro in schola perstetisset (*sic*)[1].

Item prohibuit cessiones, id est transportus fieri in aliquem scholasticum, nisi a patre in filium, a fratre in fratrem, aut a patruele seu avunculo in nepotem.

Item ne cause extra Universitatem incepte ad conservatorem Universitatis evocarentur aut remitterentur post lit(t)em contestatam.

Item voluit diffinire tempus ad gradum in qualibet Facultate suscipiendum, videlicet ut si quis in Arcium liberalium Facultate per annos III studuisset; in Facultate Medicine, per annos octo; in Facultate Decretorum, per annos septem; in Facultate Theologie, per annos XIIII, et non esset gradum consecutus doctoralem, privilegio scholaritatis non gauderet, exceptis iis qui annos XX continuam residenciam atque regenciam post doctoratum ex(c)ercuissent in schola Parisiensi aut alia celebri schola[2].

Statuit quoque alia minoris prejudicii, que brevitatis consideratione omitto[3].

Ejus ordinationis sive constitutionis dominus Ludovicus de Ambasia, quem Albiensem episcopum vocabant, quamvis episcopatum ad nepotem quendam suum transtulisset[4], a Rege executor missus, legem in curia Parlamenti promulgari postulavit. Cui promulgationi cum se (F° 7 r°) Universitas opposuisset, petens ut ante promulgationem exemplum legis seu ordinationis sibi exhiberetur, fuit decreto curie copia ministrata. Post paucos inde dies ad respondendum datos, curia statuit ut Universitatis privilegia curie post biduum exhiberentur. Ergo, apertis archivis privilegiorum quantum angustia temporis exigebat, cum pauca privilegia inde electa fuissent atque excerpta, itum est ad curiam, ubi orationem habuit Petrus Bricot[5], Picardus, theologus. Cui primus preses respondit curiam solere tutricem esse libertatis Universitatis, neque se aliquid commissuram in schole et privilegiorum ejus jacturam. Et hec quidem quamvis dixisset, pauci tamen intercesserunt dies cum publicata et lecta fuit lex atque constitutio quam supra diximus. Que omnia cum ad Universitatem schole relata essent, habita congregatione, habitisque per singulas Facultates diversis opinionibus, cum de cessatione, ut in hujusmodi gravaminibus sepe alias visum est, non conveniret, decrete sunt sup-

[1] Lettres du 31 août 1498, imprimées dans le *Recueil des privil. de l'Univ.*, p. 28, et dans Isambert, *Recueil des anc. lois françaises*, t. XI, p. 301.

[2] Lettres du 31 août 1498.

[3] En marge, à droite : «Sunt etiam multa alia magni prejudicii, presertim circa nominationes, ut quisque perpendere potest legendo ipsas ordinationes que dicte sunt *albiques*, alias *obliques*.»

[4] Louis d'Amboise, évêque d'Albi depuis 1473, avait en effet transporté son évêché, dès 1497, à son neveu Louis, qui devint en 1501 évêque d'Autun et cardinal en 1506.

[5] Gaguin, par une de ces inadvertances qui lui sont familières, s'est ici encore trompé de prénom. Il s'agit du célèbre Thomas Bricot, docteur régent de la Faculté de théologie, commentateur d'Aristote. Sur ses ouvrages, voir Hain, *Rep. bibliogr.*, t. I, p. 552-553, n°s 3966-3977; Copinger, *Supplement to Hain's R. b.*, part I, n°s 3971 et 3974; part II, 1, 1339-1344.

plicationes et processiones ad Divam Catherinam de Valle Scholarium, ut, interveniente Deo, pia schola suam libertatem retineret. Demum schola secundo apud Divum Bernardum congregata, post diuturnam disceptationem, cum nulla majorum Facultatum plane atque affirmative sententiam diceret, sed alia alterius opinionem expectaret, jussit rector ut nichil ambiguum proferretur atque enunciaretur: fuit Theologorum Facultas diu anceps et per quasdam ambages locuta est, quam Medici secuti sunt: denique fuit omnium una sentencia sequi decretum Artium Facultatis, que cessationem indicebat.

Hec dum die mercurii ante festum Christiane Eucaristie fierent, oravit magister Johannes Standun (*sic*), theologus, ut promulgatio cessationum in diem veneris differretur. Eapropter dilate sunt, atque ordinatum per singulos predicatores ut in suis predicationibus annunciarent populo hujusmodi cessationum rationem. [29 Mai.]

Contigit autem ut eodem die dominus Guido de Rup(p)eforti [1], natione Burgundus, Francie cancellarius, ad urbem Parisiorum accederet. Regie autem constitutionis culpa in eum ref(f)erebatur.

Dil(l)uculo siquidem sequentis post Eucaristie solemnitatem diei, c[h]arte de [31 Mai.] (F° 7 v°) hujusmodi cessationibus ad valvas majores edium et compita civitatis, jussu rectoris Joannis Cave, affixe sunt [2].

Eadem nocte, clam per incertos autores appositi sunt libelli famosi in cancellarium ad portas Palacii.

Eodem die veneris, cum ego hec annotarem, venit ad me hostiarius, qui [31 Mai.] auctoritate curie percepit ut die crastina cum domino rectore et aliis decanis et nationum procuratoribus comparerem in pretorio Parlamenti. Moxque successit bidellus, qui mihi significavit congregationem Universitatis ad horam quintam ejus diei. In ea congregatione affuit insperata multitudo scholasticorum. Cepit igitur consilium dominus rector si debebat ad curiam Parlamenti accedere. Facultates vero, consyderantes quam difficillimum esset dominum rectorem cum paucis incedere, quin magna scholasticorum turba eum comitaretur, cui eciam perditi quidam homines, quibus odiosa est quies et concordia, se conjungere possent, et

[1] Guy de Rochefort, frère puîné de Guillaume qui avait été chancelier de France de 1483 à 1492, fut lui-même pourvu de cette charge le 9 juillet 1497 et en exerça les fonctions jusqu'à sa mort, survenue au mois de janvier 1507. D'après le P. Anselme (*Hist. généal.*, t. VI, p. 412 et 441). Guillaume était «docteur *et chevalier ès loix* (*sic*) et en Decret», et Guy était «docteur ès droits». Ils sont tous deux au nombre des correspondants de Gaguin. Cf. Thuasne, *R. Gaguini Epistole et orationes*, t. I, p. 188, 135 et n. 2; t. II, 63 n., 64 n., 65.

[2] Ce sont les conclusions arrêtées chez les Bernardins en mai et juin 1499 et reproduites par Du Boulay, *Hist. Univ. Paris.*, t. V, p. 830, d'après les *Commentaires* de la Faculté de médecine (t. III, p. 394 et suiv.). Cf. Ch. Jourdain, *Index chronol.*, p. 311, n° 1527. — Le recteur Jean Cave était du diocèse de Rouen.

IMPRIMERIE NATIONALE.

inde oriri seditio, consilium dederunt ne dominus rector adiret curiam, sed procurator Universitatis cum scriba et quattuor bidellis mitteretur ad curiam, qui Universitatem excusaret peteretque ut ex curia aliquot viri deputarentur, cum quibus apud Sanctum Bernardum vel apud Sanctum Maturinum deputati per Universitatem communicarent ad conciliandum ea que pacis essent. Quare conclusit dominus rector sic ut consulebatur faciendum.

[1er Juin.] Altera die, que fuit prima Junii, convenerunt apud Sanctum Maturinum in aula mea inferiori dominus Joannes Picard et dominus de Hanges[t], Decretorum doctores et in curia Parlamenti consiliarii. Affuit eciam dominus rector cum decanis Facultatum et quattuor procuratoribus nationum, necnon quibusdam cujusque Facultatis doctoribus. Ibi dictus dominus Picard, dissimulans se a curia venisse, sed tantum adductus benivolencia pacis et conciliande concordie causa, multa in eam partem locutus est, commemorans Regem propediem venturum, dominum cancellarium Francie in civitate esse, in quem libelli famosi scripti sint, quorum etsi ignorentur au[c]tores, posse tamen aliquando deprehendi, cum nichil occultum sit quod non reveletur, et ideo timendum esse ne res Universitatis in pejus labatur; occurrendum igitur esse futuris incommodis; patres autem Parlamenti tam benivolos in Universitatem existere, ut (F° 8 r°) nichil vereri debeat rector ad eos proficisci.

Grata fuit hec exhortatio, michique mandatum est respondere, agere gracias scilicet ipsis dominis doctoribus qui curam haberent amicicie et pacis; sed visum esse Universitati ne rector compareret, vitandi tumultus et seditionis gracia, a qua minime prohiberi potuisset multitudo que rectorem secutura timebatur; mandasse propterea procuratori Universatis, magistro de Vallibus, negocium comparendi, excusandique eos qui ad curiam vocati sunt; id non ex contumacia neque ex contemptu procedere, cum nemo sit qui concordiam repudiet, si, ut premissum est, curia ex suis consenatoribus aliquot designet ad illos accessuros qui ab Universitate fuerint deputati: orare igitur ut ipsi hec ad patres et curie consiliarios referant. Illis autem discedentibus, jussus est magister Robertus de Vallibus procurator explere que in mandatis acceperat. Quid vero de his fecerit aut quod a curia responsum habuerit, non est mihi relatum, nisi quod, post meridiem ejus diei, primus hostiarius, cum quatuor aliis suis conhostiariis, venit ad dominum rectorem cum decreto curie precepitque rectori ut infra diem lune aut diem martis ad summum faceret per Universitatem resumere predicationes et publicas lectiones, quas prohibuerat. Accepto decreto, dominus rector protenus consuluit per internuncios singulos decanos et procuratores nationum necnon aliquot ex singulis Facultatibus doctores et licenciatos, quid facturus esset. Consultum est ut convocaret deputatos. Qui convocati, cum intellexissent curiam gravissime tulisse quod Universitas misisset ad eam tam parve estimationis hominem

ut erat ille Robertus de Vallibus[1], decreverunt mittendos alios esse de singulis Facultatibus decanos et unum doctorem, qui Universitatem excusarent postularentque ut curia executionem sui arresti ad paucos dies differret. Missi sunt igitur decani et alii boni nominis doctores; dicendi provinciam accepit dominus Joannes Standun, theologus doctor, collegii Montaguti rector, doctrina et vite commendatione clarus. Sedebant in curia dominus Guydo de Rup(p)eforti, cancellarius, et domini presidentes cum aliis consiliariis permultis; aderant quoque domini episcopi Albiensis[2], Parisiensis[3] et Lucionensis[4] (episcopi); dominus de Clarieu[5], Parisiensis gubernator; dominus prepositus Parisiensis[6] et mercator[um][7], cum nonnullis ballivis (F° 8 v°) aliarum civitatum. Fuerunt auditi magno omnium silencio Universitatis oratores, fuitque loquentis oratio tota de amore et pace proximi, de unitate, de humanitate a judicibus servanda, de obediencia subditorum quam majoribus debitam esse Universitas fatebatur, neque illam differre per contumaciam voluisse, sed sperare paululum dilationis se a curia impetraturam, donec suis rebus que nimium illo tempore turbate erant melius consuluisset; difficile esse moderari juventutem illam Universitatis, que tumultuabatur propter privilegiorum eorum lesionem, sed seniores daturos operam ut nondum satis sana juniorum opinio acquiesceret rectis consiliis; placeret igitur senatoribus designare aliquot ex suis, quibuscum deputati Universitatis communicarent, et interim, suspenso arresto, Universitas cessationes suspenderet. Dicendi fine facto, cancellarius respondit Universitatem consulte agere quod parere non recusabat, sed non decere ut, commercio et licitatione quasi facta, curia suos delegaret ad communicationem habendam de his que prejudicio firmata erant, et ideo de arresto nichil detrahendum esse; obedienciam unam esse prestandam; deinde, si quid Universitas de suis privilegiis agitare statueret, curiam audituram esse Universitatis petitiones atque opem prebituram ut Regis benignitas in bonos scholasticos perseveret. Acte sunt gracie judicibus, pollicitumque est hec que ab eis accepissent oratores ad Universitatem referre. Cognito responso, omnium una sentencia fuit : regiam implorare clemenciam, qui non longe a civitate esset, nam rumor erat illum propediem Corbolium venturum esse. Legati sunt Ludovicus Pinelle[8],

[1] Gaguin n'aimait pas Robert des Vaux; cf. sa lettre, plusieurs fois publiée, du 3 avril 1487, à Jean Le Maistre, dans Thuasne, *R. Gaguini Epistole et orationes*, t. I, p. 318 et 319.

[2] Louis d'Amboise.

[3] Jean Simon.

[4] Pierre de Sacierges (1496-1514), président du Sénat de Milan en 1500, était docteur en Décret. *Gallia Christ.*, t. II, col. 1411.

[5] Guillaume de Poitiers, marquis de Cotron (Cotrone, en Calabre), seigneur de Clérieu, nommé par lettres du 2 juin 1496 (Biblioth. nat., *Franç.* 14445, fol. 63 : le P. Anselme, *Hist. généal.*, t. II, p. 204). C'est l'arrière-grand-oncle de la célèbre Diane.

[6] Jacques d'Estouteville (1479-1509).

[7] Dans le ms. franç. 8619 (fol. 10) de la Bibliothèque nationale, Chevillard indique Jacques Piédefer, avocat au Parlement, comme prévôt des marchands de 1498 à 1500. Cf. *Registres du bureau de la ville de Paris*, t. I, p. 1 n. 1.

[8] Louis Pinelle, de Bourges, longtemps régent

theologus, Navarre magister, Joannes Avis[1], doctor medicus, Belvacensis, et ego decanus; de Facultate artium, magistri Joannes Rivole[2], Joannes de Campis, Robertus. . .[3], Joannes Menard, scriba, et Petrus Alard, Universitatis receptor. Mox confectis ad Regem, ad cardinalem Rothomagensem[4] et alios quosdam precipuos aulicos et curiales litteris, nave conducta, cum jam prope advesperasceret, ad Villamnovam Sancti Georgii navigio pervenimus; unde postera die dil(l)uculo moventes, appul(l)imus Corbolium, quo jam dominus cardinalis se contulerat. Protenus ergo euntes, litteris Universitatis exhibitis, oravimus ut rebus Universitatis consiliator (*sic*) et patronus esse dignaretur. Respondit se quidem paratum esse favere Universitati et iis qui veri sunt in ea studentes; Regem vero plurimum indignari quod Universitas (F° 9 r°) putabat se ab eo privilegiorum jacturam accepisse, cum nemo antecedencium se Regum plus Universitati contulerit quam ipse facere proponat, maxime in bonos; sed tolerare non potuisse tot (non) perferendos abusus quot in Universitate fieri acceperat, et propterea consuluisse plurimos

du collège de Navarre, accompagna Charles VIII en Italie, devint en 1503 chancelier de Notre-Dame, vicaire général d'Étienne Poncher, évêque de Paris, et enfin évêque de Meaux en 1510. Il mourut en 1516. Cf. Du Boulay, *Hist. Univ. Paris.*, t. V, p. 903-904, et Launoy, *Regii Navarræ Gymnasii Paris. Historia*, pars I, p. 199, 206 et 217.

[1] Jean Avis était, selon Du Boulay, du diocèse de Bayeux. Il fut élu doyen de la Faculté de médecine pour 1470-1471 et 1471-1472, et c'est au commencement du premier de ces décanats qu'il envoya à Louis XI, pour le faire copier, un ms. de Rasis appartenant à la Faculté. Sa lettre d'envoi au Roi, auquel il demanda un gage, conformément aux statuts, a été publiée par Du Boulay, *Hist. Univ. Paris.*, t. V, p. 885. Elle avait tout d'abord été signalée par Gabriel Naudé, dans ses *Additions à l'histoire de Louis XI*; le facsimilé en a été depuis donné en héliogravure par M. Alfred Franklin, *Les Anciennes Bibliothèques de Paris*, t. II (Paris, 1870, gr. in-4°), p. 22.

Le 4 juin 1499 comparaît au Châtelet «honorable homme et sage m. Jehan Avis, docteur regent en la Faculté de medecine à Paris, qui avait fait proceder par voye d'arrest sur 66 bestes à layne appartenant à Guyot Moreau; Jehan Maciot, bourgeois de Paris, opposant». *Collect. Clairambault*, vol. 765, p. 270. — Le 16 novembre de la même année, Avis et Catherine Fournier, sa femme, plaident «contre Regnault Grignart, procureur de la ville d'Arras et des majeur et eschevins de ladite ville». *Ibid.*, p. 305; cf. p. 322. — Le 10 octobre 1500, il plaide «contre dame Marie Chevalier, veufve de feu messire Jehan le Boulanger». *Ibid.*, p. 392. — Le 24 octobre suivant, il «a emancipé m. Jehan Avis, bachelier en medecine, Denis Avis, licencié ès loix, advocat au Chastellet, Jacques Avis et Guillaume Avis, ses enfans. Curateur, m. Gilbert Sommier, docteur en theologie». *Ibid.*, p. 395.

La Bibliothèque nationale possède une petite Bible du XIIIe siècle qui lui a appartenu : «Ceste bible appartient à Marselot de Cordes, marchant, demeurant en Paris en la rue Sainct Denis, à l'enseigne du *Mulet;* laquelle bible est venue de la maison de feu mons^r^ m^e^ Jehan Avis, docteur regent en medecine, son beau père, [*puis, d'une main du XVIe siècle :*] et depuis retournée ès mains de Anthoine Loisel, filz de Jehan Loisel, nepveu dudict maistre Jehan Loisel dict Avis, le VIe jour d'aoust MDLX.» *Lat.* 17956, fol. 400. Cf. L. Delisle, *Le Cabinet des Manuscrits*, t. II, p. 358.

[2] Jean Rivole, du diocèse de Nevers, fut, comme Louis Pinelle, un des plus célèbres maîtres du collège de Navarre vers la fin du XVe siècle, mort en 1518. Cf. Du Boulay, *Hist. Univ. Paris.*, t. V, p. 899, et Launoy, *op. cit.*, pars I, p. 216; pars II, p. 969.

[3] Le nom est resté en blanc.

[4] Georges d'Amboise, né en 1460, mort à Lyon en 1510, tout dévoué au duc d'Orléans, le futur Louis XII, fut élevé par lui au rang de premier ministre. Évêque de Montauban en 1484, archevêque de Narbonne en 1492 et de Rouen en 1498, il avait été promu au cardinalat en 1498.

in suo regno sapientes, a quibus digestissimo libramine he, de quibus Universitas querebatur, ordinationes emanassent; nullam fuisse causam quare Universitas cessationes suas promulgaverit, unde tumultus in capitali urbe regni et seditio oriri timebatur, potissimum propter imperitos quosdam predicatores qui se Regem male loquendo notaverant; timendumideirco esse ne indignatio illius in perniciem nonnullorum verteretur. Addidit ipse dominus cardinalis non levi rumore Regem esse commotum, fuisse ex Parisiensibus viros claros, au[c]toritate et doctrina insignes, qui de seditione litteras ad Regem dedissent hortatique essent ipsum propere venire ad urbem, si seditiosis occurrere vellet, omnia in furore et dissidio versari. « Quibus omnibus bene, inquit, facitis, oratores, si antidotum et reconciliationem parare poteritis. Venturus est Rex hodie ad vesperam, et die crastina protenus recessurus; si audiendi vos occasio se offeret, indicabimus vobis. Ite, quoniam de legatione vestra ero sollicitus. » Igitur, paucis admodum responsis et redditis graciis, discessimus. Inde alios primates et digniores aulicos adivimus, quos habuimus benivolos. Adveniente Rege, cum cenare pergeret et intelligeremus illum persuasum esse contra Universitatem, mutandum fuit dicendi genus et se ad commiserationem convertere. Paulo post, jussi sumus ad Regem festinare. Ad vestibulum regii cubiculi occurrit nobis dominus cardinalis, hortatusque est dominum doctorem Pinelle brevem admodum orationem habere. Dum ingredimur, jussi sunt bidelli suas massas deponere, neque intrare sunt permissi. Salutato Rege et litteris Universitatis ei redditis et statim, nullo audiente, lectis, nos dicere Rex jubet. Locutus est Pinelle lugubri et flebili prope oratione, nec ulla acrimonia usus est, omnia ad pietatem et misericordiam convertens, dixitque Universitatem submittere se Regie Majestati, orare ne, propter paucos parvi pensi homines, bonos offendat, servet magis (F° 9 v°) ac magis scholasticorum litteratos cetus, neque diminuere studeat privilegiorum munimenta, quibus protecta Universitas salva esse potest; illis vero nudata, nichil habet quo se tueatur; in ocio et libertate eos esse oportere, qui litterarum studio se tradidere; si autem in paucos qui verbo lapsi essent iram concepisset, orare piam ejus filiam ut indignationem in clemenciam commutaret. « Ergo, inquit, potentissime Rex et Francorum imperator, tue Majestati Daviticum illud sub finem orationis afferimus : *Non confundas nos ab expectatione nostra*[1]. » Post hec, advocatis ad se episcopis et proceribus qui aderant, postquam eos brevissime consuluit, jubet dominum cardinalem respondere. Responsio eadem ferme fuit illi quam prius ad nos habuerat persimilis, nisi quod asperior paulo fuit, aliquid acrimonie et minarum pre se ferens. Ad extremum intulit dicens : « Et vos, domini doctores, dignitas regia minatur, si vos pro indiguis et male de litteris merentibus hominibus defensionem affertis. Rex enim ita de vobis existimat, ut si de suis ordinationibus et statutis, que de schole vestre

[1] *Psal.* CXVIII, 116.

abusionibus per eum late sunt, judices adhibuisset. vos longe plura et duriora statutos (*sic*) fuisse. Bonos non persequitur Rex, malos tantum odio habet. Imponite vestris finem abusibus, nec de ejus liberalitate male existimate. Plura ab eo impetrabitis correcti et humiliati, quam contumaces et discoli. » His ad hunc modum dictis, rursus Regem adorantes et flexis genibus eum sumus deprecati ut si quem in nonnullos scholasticos furorem concepisset, illum remittere et misericordia uti dignaretur. Respondit, percusso manu pectore : « Qui de me stulte predicaverunt, eos alio predicatum mittam. Commendate me, inquit, bonis; malorum enim nulla mihi cura est. »

Discessimus igitur ad nostrum diversorium. Mane facto, prinsquam sol oriretur, ascensa navi, Parisium (*sic*) delati sumus; statimque de convocanda Universitate rector admonitus, cum ad horam quartam post meridiem magnus cetus convenisset, relatione de iis que a nobis gesta erant per dominum doctorem Pinelle facta, tandem convenit resumere lectiones et predicationes more consueto habere; missumque est ad quodque collegium hec nunciare et precipere [1].

[8 Juin.] (Fol. 10 r°). Sequenti die sabbati, octava Junii, cum dominus rector deputatos convocasset super eo quod pecunia sibi de pergameno debita fuerat per primum hostiarium curie Parlamenti impedita et arrestata, venit idem hostiarius ad contionem deputatorum, atque iterum de predicto arresto significavit, interrogans dominum rectorem si de cessationibus secundum judicium curie paruisset; de qua re volebat curia certior fieri. Responsum est ituros aliquot doctores ad curiam et relationem facturos. Quinque missi sunt, michique data est provincia referendi. Dixi paucis que ab oratoribus suis Universitas audivisset; et quia Rex visus fuerat animo liberali in bonos, idcirco a cessationibus destitisse precepisseque ut et predicationes et lectiones pro sua quique conditione resumeret, Universitatem parere arresto, orare curiam ut erga Regem patrona esset Universitatis. Letari visa est curia, pollicitaque est se adjutricem fore ad eas res que Universitas legitime postularet, et nunc eciam, sicut propter inobedienciam rectoris pecunia impedita fuisset, ita propter prestitam obedienciam impedimentum removebat. Peciit autem curia si litteras autenticas haberem a domino rectore de iis que ego nomine Universitatis dixeram. Illas cum ego exhibuissem, deponi penes scribam jussit. Posite igitur illic sunt ut in registris actorum curie scriberentur.

[9 Juin.] Altero die post Regis adventum, Johannes Standun, natione Brabantinus,

[1] Il faut comparer tout ce récit à celui que Gaguin lui-même en a donné dans son *Compendium super Francorum gestis*, et à la relation contenue dans les *Commentaires* de la Faculté de médecine. Cf. Du Boulay, *Hist. Univ. Paris.*, t. V, p. 829 et suiv., et Ch. Jourdain, *Index chronol.*, p. 311, n° 1527, note; Thuasne, *R. Gaguini Epistole et orationes*, t. I, p. 143-145.

theologus doctor, collegii de Montaguto ministrator, de quo supra mentionem habuimus, delatus atque accusatus quod de regis hujus Ludovici XII et ducisse Britannie[1], que a Carolo octavo relicta erat, matrimonio male locutus fuisset, jussus est de Francie regno infra octavum diem excedere[2]. Quidam preterea magister Thomas Cameracensis, qui, predicando de futuris cessationibus quas Universitas indixerat, imprudenter aliqua in Regem dixerat, audiens Regis adventum, clam ex urbe se proripuit[3]. Deinde, cum Universitas procuraret dari sibi ad Regem aditum et audiri super gravaminibus quibus se offensam arbitrabatur, interim per preconem promulgata sunt nova edicta de regiis ordinationibus; quamobrem Universitas audienciam procurare cessavit.

Et Rex, decima septima die Junii, ab urbe discessit, visurus Reginam, que gravida erat, et inde Lugdunum, ut fama ferebat, profecturus adversus Ludovicum Sforcia, qui se Mediolani ducem appellabat, rege invito, qui se potius ducem esse optimo jure predicabat. [17 Juin.]

(Fol. 10 v°). Decima tercia die mensis Junii, anno M CCCC III^{xx} XIX, Joannes Mali, Theodericus Baret, Jacobus Piersson, Mettensis dyocesis, Guillermus Vantier, Constanciensis dyocesis, et Robertus du Gast[4], Ebroicensis diocesis, fuerunt [13 Juin.]

[1] Le mariage avait eu lieu au château de Nantes le 8 janvier 1499.

[2] On accusait Jean Standonck d'avoir prononcé ces paroles : «Non licet repudiare uxorem non fornicariam. Non licet, ea vivente, introducere aliam. Non licet habere uxorem fratris.» Cf. Du Boulay, *Hist. Univ. Paris.*, t. V, p. 900. — Les lettres écrites alors par Jean Raulin à Standonck et à ses étudiants du collège de Montaigu sont bien connues; la première a été reproduite par Du Boulay (t. V, p. 835-841) d'après l'édition de Paris, 1520, in-4°, fol. CXXVI (*Joannis Raulini... epistolarum opus eximium*). La seconde se trouve au folio CXXXVIII du même ouvrage. — Standonck fut rappelé en France par lettres datées de Lyon, 17 avril 1500, et publiées par Félibien, *Hist. de la ville de Paris*, t. IV, p. 616, col. 2, et Du Boulay, t. VI, p. 1.

[3] Dans son *Compendium*, Gaguin l'appelle «Thomas Varvetus» et dit qu'il se retira à Cambrai, sa ville natale. Cf. Thuasne, *R. Gaguini Epistole et orationes*, t. I, p. 145.

[4] Robert du Gast, du diocèse d'Évreux, se présente, dès 1495, à la collation de l'évêque et du chapitre de Senlis et à celle de l'archevêque et du chapitre de Toulouse (*ecclesie Tollesane*). *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 97. — En 1508, «in artibus magister et in eisdem actu regens», il se présente à la collation de l'évêque et du chapitre de Noyon et à celle de l'abbé de Saint-Éloi de la même ville, O.S.B. *Ibid.*, vol. 50, fol. 55. — En 1512, «presbiter, artium jurisque canonici magister», il se présente à la collation des abbés de Saint-Denis et de Marmoutier. *Ibid.*, vol. 51, fol. 70 v°. — En 1515, il joint à ses grades et titres celui de «rector parochialis ecclesie Sancti Hilarii in Monte Parisius», et se présente à la collation de l'évêque et du chapitre de Soissons. *Ibid.*, fol. 279. — En 1518, il se présente à la collation de l'évêque et du chapitre de Langres et à celle du chapitre de l'église Saint-Aignan d'Orléans. *Ibid.*, fol. 419 v°. — En 1520, *in artibus et Decretorum Facultate doctor*, il se présente à la collation de l'abbé de Saint-Pierre de La Couture, O.S.B., près Le Mans, et à celle de l'archidiacre de Sologne, en l'église d'Orléans. *Ibid.*, vol. 53, fol. 28. — En 1521, «artium et juris canonici magister, primarius regens collegii de Coqueret, curatus Sancti Hilarii in Monte Parisiensis», il se présente à la collation des abbés «Sancti Radulphi» [pour *Carilefi*, Saint-Calais?], diocèse du Mans, et «Sancti

admissi ad gradum baccalariatus in Facultate Decretorum, et prestiterunt solita juramenta.

[17 Juin.] Decima septima die ejusdem mensis, Segerius Daussart, Tornacensis dyocesis, fuit admissus ad gradum baccalariatus, prestitis solitis juramentis.

[20 Juin.] Die jovis sequentis, fuit missa ordinaria Facultatis et anniversaria pro defuncto domino Ambrosio de Cambray, qui dederat Facultati multa librorum volumina, que in bibliotheca Facultatis reposita sunt. Affuerunt misse domini Nicolaus de Couty, du Gast et ego decanus.

[27 Juin.] Die jovis XXVII(I) Junii, fuit missa Facultatis apud Sanctum Joannem, me solo assistente.

Petri de Rebesio [Rebais], etiam Sancti Ludovici(?)», diocèse de Meaux. *Ibid.*, fol. 52.

Né le 16 juillet 1474 dans le diocèse d'Évreux, curé de la Neuville-d'Aumont en Beauvaisis et de Saint-Nicolas-les-Alleux près Poissy, il fut appelé à Paris par son oncle Simon pour se préparer à la direction du collège de Coqueret. Jules Quicherat semble croire qu'il n'avait aucun grade universitaire avant l'année 1512, où il prit la maîtrise ès arts (*Histoire de Sainte-Barbe*, t. I, p. 297): on voit ici qu'il était bachelier en Décret dès le 13 juin 1499. «Il avait — dit le même auteur — la passion de la propriété»: non content d'être principal du collège de Coqueret, qu'il hérita de son oncle en 1505, il jetait les yeux sur le collège de Toul et sur l'établissement de Sainte-Barbe, dont il sut faire la fortune, grâce d'abord à son âpreté, puis par un acte suprême de désintéressement qui reçut son exécution solennelle le 8 juillet 1557. Le 16 juillet 1558, il mourait à l'âge de 80 ans, jour pour jour. — Outre la cure de Saint-Hilaire, il avait su obtenir une des chapellenies du Châtelet et une chanoinie de Saint-Marcel. Voir Quicherat, ouvr. cité, t. I, p. 71, 196, 289-314 et t. II, p. 1 à 17. — Il fut doyen de la Faculté de Décret de 1507 à 1510, puis de 1520 à 1524.

Sur son oncle Simon du Gast, cf. ci-dessus, p. 281 n. 2.

Un neveu de Robert, Zacharie du Gast, maître ès arts, du diocèse de Senlis, se présente en 1521 à la collation des évêques et chapitres de N.-D. de Chartres et de N.-D. de Paris. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 53, fol. 52. — C'est à lui que, par acte du 30 novembre 1541, Robert donna à bail pour neuf ans le collège de Coqueret: dans cet acte, il est dit docteur en la Faculté de Décret, comme son oncle. Voir Coyecque, *Recueil d'actes notariés...*, t. I, p. 345, n° 1814.

Un autre du Gast encore, Raoul, qui figure fréquemment dans les registres de l'Université de Paris au début du XVIe siècle, était, comme Robert, du diocèse d'Évreux, et probablement aussi son neveu. En 1512, il était qualifié de «presbiter, in artibus magister et in Decretis baccalarius», et se présentait à la collation de l'abbé de Saint-Denis et à celle du prieur de Deuil, près Saint-Denis. Vol. 51, fol. 95. — En 1513, il est en outre «bursarius collegii de Plexeio Parisius fundati» et se présente à la collation des évêques et des chapitres de Meaux et de Senlis. *Ibid.*, fol. 158 v°. — En 1517 ou 1518, toujours avec les mêmes grades et qualités, il se présente à la collation du chapitre de l'église Saint-Marcel-lez-Paris. *Ibid.*, fol. 374 v°. — En 1521, il se présente à des bénéfices dont la désignation est restée en blanc, et en 1526 à la collation de l'abbé de N.-D. de Lire et à celle de l'évêque d'Auxerre. *Ibid.*, vol. 53, fol. 48 et 310 v°. — Sur lui, voir aussi les *Mémoriaux*, vol. III, fol. 235 v°.

Quant à Nicolas du Gast, principal du collège de Coqueret, qui mourut en décembre 1556 dans les bras de son ami Pierre Ramus, il était sûrement le propre neveu de Robert. Voir Quicherat, ouvr. cité, t. I, p. 309.

Die jovis xviii Jul(l)ii, fuit missa apud Sanctum Johannem, assistentibus dominis doctoribus Allegret, du Gast et me decano. [18 Juillet.]

Eodem die, Guillermus Landi, Nyvernensis dyocesis, examine de eo facto, fuit admissus ad gradum baccalariatus, et prestitis juramentis, solvit xl sol. par.

Die mercurii [l. martis] penultima Jul(l)ii, fuit missa apud Sanctum Joannem, assistentibus dominis Allegret, du Gast et me decano. [30 Juillet.]

Post missam, magister Vitalis, primus legens, petiit assignari sibi librum quem pro matutina lectione interpretaretur. Ordinatum est illi ut Sextum Decretalium lectitaret.

Die tercia Augusti, Joannes Joliet, Tullensis dyocesis, post examen de eo factum, fuit admissus ad gradum baccalariatus; solvit xl sol. par. et prestitit juramenta. [3 Août.]

Die xii Augusti, Morvanus Foest, dyocesis Corisopitensis, Nicolaus le Vasseur, Belvacensis, et Chrystophorus Vignon, dyocesis Sagiensis, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus, prestitis solitis juramentis. [12 Août.]

(F° 11 r°.) Die jovis xxii Augusti, Petrus Louet[1], Parisiensis, et Guillermus Fachet, Trecensis dyocesis, examine facto, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus; solverunt pro bursis iii libras par., et prestiterunt juramenta. [22 Août.]

Die veneris que fuit sancti Fiacrii, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus Tossanus Huguier, Trecensis, et Robertus Sudoris, Lexoviensis dyocesis, et prestitis juramentis, pro bursis, presidencia, scholis, harengis et jure bidellorum, solverunt xix libras tur. [30 Août.]

Die jovis xii Septembris, fuit missa apud Sanctum Johannem, assistentibus dominis doctoribus Alligret, Hanges[t] et Dorigny. [12 Septembre.]

Eodem die, examine facto, fuit admissus ad gradum baccalariatus Alexander Goury[2], dyocesis Turonensis.

[1] Était-il le fils de «Pierre Louvet, marchant drapier, bourgeois de Paris [qui, le 22 septembre 1490] emancipe *Pierre Louvet le jeune, son fils, escolier à Paris*»? Cf. *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 16. — Ou bien plutôt avait-il pour père Jacques Louet, général sur le fait des aides à Paris, puis «conseiller et tresorier des Chartres» qui, dès 1489, était tuteur de ses enfants (dont les prénoms manquent) avec Jean Simon, conseiller au Parlement, futur évêque de Paris? Il aurait eu alors pour frère Jacques Louet le jeune, chanoine de Paris. *Ibid.*, vol. 764, p. 403; vol. 765, p. 279, etc.

[2] En 1500, Alexandre Gouri, maître ès arts et bachelier en Décret, se présente à la collation des abbés de Saint-Julien de Tours et de la Trinité de Vendôme. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 50, fol. 108.

IMPRIMERIE NATIONALE.

[19 Septembre.] Die jovis XIX Septembris, fuit missa apud Sanctum Johannem, me tantum presente.

Eodem die, fuit admissus ad gradum baccalariatus Johannes Kevere. Tornacensis dyocesis, et prestitit juramenta solita; pro bursis solvit XL solidos par.

Fuit per hos dies in urbe Parisiensi pestilencia[1]; quamobrem permulti deseruerunt scholam, et doctores perpauci in collegiis manserunt.

[10 Octobre.] Die decima Octobris, fuit missa apud Sanctum Johannem, assistente domino Nicholao Dorigny.

Eodem die et anno, Alanus Michelin, Lingonensis dyocesis, fuit examinatus et, prestitis juramentis, fuit admissus ad gradum baccalariatus, et pro omnibus juribus bursarum et bedellorum solvit IX libras et VIII solidos tur.

(F° 11 v°:) Hoc tempore, propter pestilenciam que Parisii (*sic*) erat, omnes fere domini doctores civitatem reliquerunt; propterea non signo hic dies missarum Facultatis, licet secundum morem celebrate fuerint.

[7 Novembre.] Die jovis VII Novembris MCCCC nonagesimo nono, fuit missa, assistentibus dominis Conti, du Gast, Dorigny et me decano. Ibi fuit conclusum quod die veneris XV Novembris resumerentur lecture.

[1] Elle dura jusqu'en 1503.

II

COLLATION DES GRADES ET HARANGUES.

1. DOCTORATS [1].

2. LICENCES [2].

Frater Paulus de Plateria. 1499.
Gaspardus de Paguiaco. [27 Mars.]
Guido Flamignon.
Petrus le Blanc.
Jacobus Hanqueville.
Michael Champront.
Michael Labbe.
Frater Matheus Grethler [Grettler].
Frater Georgius Hemborc.
Johannes de Bresse.
Johannes Mareschal.
Guillermus Veron.
Stephanus Levis [Liger].
Frater Jacobus Coene.
Frater Johannes Laloe.
Claudius de Sancto Bartholomeo.
Nicolaus Benisrode.

3. BACCALAURÉATS.

XX Novembris....	Bernardus Claussi. (V. p. 483.)	[1498.]
XX Novembris....	Johannes Philippe. (V. p. 483.)	
XX Novembris....	Arturus de Troia. (V. p. 483.)	
V Decembris.....	Johannes Pate. (V. p. 484.)	
XIV Decembris....	Antonius Veneti. (V. p. 485.)	
XIV Decembris....	Johannes Arnolt. (V. p. 485.)	
XV Decembris....	Johannes de Baudot. (V. p. 485.)	
XX Decembris....	Galeotus de Montereau. (V. p. 485.)	
XX Decembris....	Petrus Chabrion. (V. p. 485.)	
XXIV Decembris...	Frater Paulus de La Platiere [incorporatus]. (V. p. 485.)	
XXIX Decembris...	Frater Hugo, ordinis Cluniacensis. (V. p. 486.)	
XXIX Decembris...	Johannes Nicolai. (V. p. 486.)	

[1] Cf. p. 494. — [2] Voir plus haut, p. 492.

[1499.]

xxvi Januarii . . . . Joannes Belin. (V. p. 487.)
xxvi Januarii. . . . . Stephanus de Voire. (V. p. 487.)
xxx Januarii . . . . . Guillermus Go. (V. p. 487.)
xxxi Januarii. . . . . Dyonisius Martin. (V. p. 487.)
v Februarii. . . . . Jacobus Aryolde. (V. p. 488.)
v Februarii. . . . . Michael Basin. (V. p. 488.)
viii Februarii . . . . Johannes Succurribilis. (V. p. 488.)
xi Februarii. . . . . Frater Egidius Fabri. (V. p. 488.)
xxi Februarii . . . . Frater Georgius de Bosco Rotundo. (V. p. 488.)
xxv Februarii . . . . Hieronymus Grossaine. (V. p. 488.)
xxviii Februarii. . . Johannes Foresii. (V. p. 488.)
xxviii Februarii. . . Antonius Delphini. (V. p. 489.)
iv Martii. . . . . Johannes Floridus. (V. p. 489.)
iv Martii. . . . . Johannes Toule. (V. p. 489.)
iv Martii. . . . . Claudius Perilot [Perille]. (V. p. 489.)
iv Martii. . . . . Gaspardus de Rupeforti, alias de Paygniaco [incorporatus]. (V. p. 489.)
vi Martii. . . . . Frater Johannes Dannal. (V. p. 489.)
ix Martii. . . . . Bartholomeus Odille. (V. p. 489.)
ix Martii. . . . . Egidius Charles. (V. p. 489.)
ix Martii. . . . . Johannes de Bresche [incorporatus]. (V. p. 490.)
xiii Martii. . . . . Johannes Bonnault. (V. p. 490.)
xiii Martii. . . . . Gilbertus Beca. (V. p. 490.)
xiv Martii. . . . . Michael Rufli. (V. p. 490.)
xiv Martii. . . . . Carolus de Vouges. (V. p. 490.)
xx Martii . . . . . Petrus Clerici. (V. p. 491.)
xx Martii . . . . . Anthonius Guignon. (V. p. 491.)
xx Martii . . . . . Johannes Belval. (V. p. 491.)
xx Martii . . . . . Nicolaus Chabrery. (V. p. 491.)
xxii Martii . . . . . Nicolaus Michon (V. p. 491.)
xxii Martii . . . . . Clemens le Conte. (V. p. 491.)
xxii Martii . . . . . Reginaldus Brule. (V. p. 491.)
xxiii Martii. . . . . Robertus Baniart. (V. p. 491.)
xxv Martii. . . . . Petrus Margerit. (V. p. 493.)
xxvi Martii . . . . . Mattheus Randoul. (V. p. 493.)
xvi Aprilis . . . . . Johannes des Mares. (V. p. 494.)
xxii Aprilis. . . . . Johannes Hanotte. (V. p. 494.)
xxx Aprilis. . . . . Johannes Girard. (V. p. 495.)
xxx Aprilis. . . . . Hugo Gamonard. (V. p. 495.)
vi Maii. . . . . Ambrosius Oudart. (V. p. 495.)
xiii Maii. . . . . Jacobus Charton. (V. p. 495.)
xiii Maii. . . . . Johannes Dambry. (V. p. 495.)
xxiv Maii . . . . . Antonius Clouan. (V. p. 495.)
xxviii Maii . . . . . Egidius Rolant. (V. p. 495.)
xiii Junii. . . . . Johannes Mali. (V. p. 503.)
xiii Junii. . . . . Theodericus Baret. (V. p. 503.)
xiii Junii. . . . . Jacobus Piersson. (V. p. 503.)

XIII Junii. . . . . Guillermus Vautier. (V. p. 503.)
XIII Junii. . . . . Robertus du Gast. (V. p. 503.)
XVII Junii. . . . . Segerius Danssart. (V. p. 504.)
XVIII Julii. . . . . Guillermus Laudi. (V. p. 505.)
III Augusti . . . . . Johannes Joliet. (V. p. 505.)
XII Augusti. . . . . Morvanus Foest. (V. p. 505.)
XII Augusti. . . . . Nicolaus le Vasseur. (V. p. 505.)
XII Augusti. . . . . Chrystophorus Vignon. (V. p. 505.)
XXII Augusti . . . . . Petrus Louet. (V. p. 505.)
XXII Augusti . . . . . Guillermus Fachet. (V. p. 505.)
XXX Augusti. . . . . Tossanus Huguier. (V. p. 505.)
XXX Augusti. . . . . Robertus Sudoris. (V. p. 505.)
XII Septembris . . . Alexander Goury. (V. p. 505.)
XIX Septembris. . . Johannes Kevere. (V. p. 506.)
X Octobris . . . . . Alanus Michelin. (V. p. 506.)

III

LECTURES DES BACHELIERS [1].

[1] Aucune mention.

DÉCANAT DE ROBERT GAGUIN.

NOVEMBRE 1499-NOVEMBRE 1500.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

[1499. 15 Novembre.] (Fol. 11 v°.) *Continuatio decani et thesaurarii.* — Die veneris quintadecima Novembris, anno Domini mcccc nonagesimo nono, domini doctores legerunt et, lectura finita, venerunt ad missam que eadem die apud Sanctum Johannem celebrata est. Inde vero post missam fuerunt congregati in cap(p)ella domini Conti, Allegret, du Gast, Doriguy et ego decanus.

Et cum essent convocati per (s)cedulam ad continuandum vel eligendum officiarios Facultatis, continuaverunt me in officio decanatus et dominum Nicolaum de Conty in officio thesaurarii.

Super articulo qui erat de providendo qualiter domini doctores possent in tempore futuro testimonium de scholaritate suorum scholasticorum dare secundum formam regiarum reformationum, dictum fuit quod fieret alia convocatio Facultatis sub debito juramenti.

Super articulo supplicationis domini Alo[u]f, qui petetat fieri sibi reparationem dampni quod acceperat de casu et ruina camini scholarum Facultatis, dictum fuit quod, licet Facultas non teneretur ad reparationem, cum non summasset Facultatem de dampno imminente, tamen, propter certas rationes dictam Facultatem moventes, ipsa Facultas daret dicto Alo[u]f in puro dono xx solidos parisienses pro pio auxilio ad reparandum dictum dampnum.

Eodem die, Johannes Livree, clericus, Carnotensis dyocesis, examine facto et prestitis solitis juramentis, fuit admissus ad gradum baccalariatus.

[16 Novembre.] (F° 12 r°.) Die xvi Novembris, Johannes de Janaillac, Parisiensis dyocesis, fuit admissus ad gradum baccalariatus, et prestitit juramenta.

[11 Décembre.] Die mercurii xi Decembris, magister Michael Seguier, Rothomagensis dyocesis, fuit admissus ad gradum baccalariatus, et prestitit juramenta solita.

[21 Décembre.] Die Sancti Thome apostoli m.cccc nonagesimo nono, presentibus omnibus dominis doctoribus, fuit auditus compotus Ludovici Roüer, secundi bi-

delli[1] Facultatis; et de resta quam debebat ipse bidellus, que erat undecim libr. III sol. par. et VII turonorum (*sic*), quilibet doctor habuit in promptu XXIX sol. par., et bidellus XXII, et illos VII tur. qui remanserant; et propterea ipse fuit quittus erga Facultatem, et Facultas erga eum.

Eodem die, Leodegarius Dartois [*in marg.:* Dartoys][2], Ambianensis dyocesis, prestitis solitis juramentis, fuit ad gradum baccalariatus admissus.

In vigilia Natalis Domini, ego decanus legi doctoralem Decretalem *Firmiter credimus, de summa Trinitate et fide catholica.* MCCCC nonagesimo nono. [24 Décembre.]

Januarii. — Die jovis XVI ejusdem anni, Johannes Dormini[3], Eduensis dyocesis, examine facto, fuit ad gradum baccalariatus admissus, et prestitit solita juramenta. [1500. 16 Janvier.]

Die sabbati proxime succedente, Guillermus Malchappe[4], dyocesis Carnotensis, fuit admissus ad gradum baccalariatus, prestitis juramentis. [18 Janvier.]

Die veneris, pridie Conversionis Beati Pauli, Joannes de Rayo, Belvacensis dyocesis, examine facto et prestitis solitis juramentis, fuit ad gradum baccalariatus admissus. [24 Janvier.]

Die jovis penultima Januarii, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem, et eadem die fuit celebratus obitus bone memorie domini Martini de Fraxinis. [30 Janvier.]

(F° 12 v°.) Die secunda mensis Februarii MCCCC nonagesimo nono, Guillermus [2 Février.]

[1] Ms. *secundus bidellus.*

[2] En 1512, Léger d'Artois ou Darthoys, maître ès arts et bachelier en Décret, se présente à la collation du chapitre de Saint-Florent de Roye et à celle de l'abbé de Corbie; en 1513, à la collation des évêques et chapitres de Noyon et de Soissons, «tam conjunctim quam divisim, non obstante ecclesia parrochiali Beate Marie du Quesnoy, diocesis Ambianensis, valoris XVIII l. par., et capellania Sancti Nicasii de Haplincourt (*sic*), diocesis Noviomensis, valoris VIII l. par., et capellania Sancti Anthonii et Michaelis in ecclesia Parisiensi, valoris octodecim l. par., et capellania Sancti Michaelis de Chevily, diocesis Parisiensis, valoris octo l. par.». *Arch. de l'Univ. de Paris,* vol. 51, fol. 51 et 61 v°.

[3] Dès 1497, maître Jean «Dormigny» se présente à la collation des prieurs de Précy, diocèse d'Autun, O.S.B., et de N.-D. de Coulombs, diocèse de Chartres. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 50, fol. 17. — En 1498, Jean Dormini, maître ès arts, du diocèse d'Autun, se présente à la collation de l'archevêque de Sens, de l'évêque de Nevers et de leurs chapitres. *Ibid.*, fol. 36. — En 1501, maître ès arts et bachelier en Décret, il se présente à la collation du chapitre d'Artonne, diocèse de Clermont, et à celle du prieur «Silinvigniaci», ordre de Cluny, même diocèse. *Ibid.*, fol. 165 v°. — En 1502, il se présente à la collation de l'archevêque et du chapitre de Bourges et à celle du prieur de Marcigny, ordre de Cluny, diocèse d'Autun. *Ibid.*, fol. 200.

[4] En 1500, Guillaume Mallehappe, maître ès arts, se présente à la collation de l'évêque et du chapitre de Chartres et à celle de l'abbé de Coulombs, diocèse de Chartres. *Archives de l'Univ. de Paris*, vol. 50, fol. 116.

Allegret, magister in artibus, Parisiensis dyocesis, examine facto, fuit admissus ad gradum baccalariatus et prestitit solita juramenta.

Oliverius Allegret[1], magister in artibus, eodem die et anno, fuit similiter admissus, prestitis solitis juramentis.

[27 février.] Die jovis, fuit missa apud Sanctum Joannem, assistentibus dominis Nicolao de Conty, de Hanges[t] et me decano.

Eodem die, que fuit xxvii Februarii anni predicti, Guillelmus Sacespee[2], At(t)rebatensis dyocesis, fuit admissus ad gradum baccalariatus, et prestitit solita juramenta.

[16 Mars.] Die lune xvi Marcii, anno Domini mcccc nonagesimo nono, frater Joannes de Chevigni, ordinis S. Benedicti, Lingonensis dyocesis, Franciscus de Hallewin[3], Rothomagensis, et Johannes Wists, in artibus magister, Morinensis dyocesis, examine facto, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus in Facultate Decretorum.

[19 Mars.] Die jovis xix Marcii ejusdem anni, frater Johannes Estoquart, ordinis S. Augustini, Suessionensis dyocesis, Stephanus Dives, dyocesis Trecensis, et Leonardus le Tondeur[4], ordinis S. Benedicti, Suessionensis dyocesis, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus, et prestiterunt solita juramenta.

[1] On se souvient que ces deux frères, admis le même jour au baccalauréat en Décret, furent également reçus le même jour avocats au Châtelet. Cf. plus haut, t. II, p. 327 n. 2.

En 1499, Guillaume Alligret, de Paris, maître ès arts, se présente à la collation de l'archevêque et du chapitre de Bourges et à celle du chapitre de l'église collégiale de Saint-Martin de Tours; — en 1500, à la collation des évêques et des chapitres de Paris et de Meaux. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 50, fol. 72 et 117 v°.

En 1499, Olivier Alligret, maître ès arts, se présente à la collation des évêques et des chapitres de Nevers et de Poitiers. *Ibid.*, fol. 66. — Il fut ensuite avocat au Parlement.

[2] En 1499, Guillaume Sacespée ou Sacquespée, du diocèse d'Arras, maître ès arts et bachelier en Décret, se présente à la collation de l'évêque et du chapitre d'Arras et à celle de l'abbé de Saint-Vaast, O. S. B., diocèse d'Arras. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 50, fol. 116.

[3] François de Halluyn, fils de Louis, seigneur de Piennes, et de Jeanne de Ghistelles, fut notaire apostolique et abbé du Gard. A l'âge de 20 ans, il fut élu évêque d'Amiens par la cession que lui fit de ce siège Philippe de Clèves, nommé évêque de Nevers le 9 août 1503. Il ne fit son entrée solennelle à Amiens que le 12 septembre 1507. En 1511, il assista au concile de Pise. Blessé à la chasse, le 15 juin 1538, par un sanglier furieux, il mourut trois jours après dans son abbaye du Gard (*Gallia Christ.*, t. X, col. 1205 et 1333). — Le savant Charles de Bovelles lui adressa une de ses «lettres philosophiques» publiées chez Josse Bade en 1511, et Bade lui dédia lui-même son édition dans la correspondance d'Ange Politien (Ph. Renouard, *Bibliographie des impressions et des œuvres... de Josse Badius Ascensius*, t. II, p. 221, et t. III, p. 183 et 190).

[4] Peut-être l'un des enfants de «honorable homme Laurans le Tondeur, procureur à Compiègne [qui, le 18 juin 1491], a emancipé Laurin le Tondeur, son fils, escolier à Paris, aagé de 12 ans: curateur, le père». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 64.

Die lune proxime sequenti, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus Johannes Clabaut [1], presbiter, Ambianensis dyocesis, Odoardus Durandi, Lugdunensis, et Jacobus de Chavaigny, Matisconensis dyocesis, et prestiterunt solita juramenta. [23 Mars.]

Die veneris sequenti, Johannes Daigincourt [2], Landunensis dyocesis, fuit admissus ad gradum baccalariatus, et prestitit solita juramenta. [27 Mars.]

Die sabbati sequenti, frater Jacobus Pele, ordinis S. Benedicti, fuit admissus ad gradum baccalariatus, et prestitit solita juramenta. [28 Mars.]

Die jovis II Aphrylis (*sic*) anni predicti ante Pascha, post examen de ipsis factum, Johannes Dumas, Byturicensis, Guido Myenil, Pictavensis, Guillermus Kagout, Leonensis, et Claudius Panetier, Matisconensis dyocesis, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus, prestitis solitis juramentis. [2 Avril.]

(F° 13 r°.) Die jovis IX Aphrylis (*sic*), MCCCC nonagesimo nono ante Pascha. Egidius Vincent, Cameracensis dyocesis, fuit admissus ad gradum baccalariatus, et prestitit solita juramenta. [9 Avril.]

Die lune XII Aprilis anni predicti, ante Pascha, Guido Silvestri, dyocesis Pictavensis, fuit admissus ad gradum baccalariatus, et, bursis solutis, prestitit solita juramenta. [13 Avril.]

Die sabbati proxime precedente, que fuit ante Dominicam in Ramis Palmarum, dominus Dyonisius Allegret legit Decretalem *Omnis utriusque sexus.* [11 Avril.]

Die veneris sequenti, pridie Sancti Marci, magister Carolus de Mota, diocesis Auxitane, fuit admissus ad gradum baccalariatus, et prestitit solita juramenta. [24 Avril.]

Eodem die, congregatis dominis doctoribus Conti, Picard, Hanges[1], du Gast et me decano, tres baccalarii, scilicet Joannes Amyelli, magister Stephanus

[1] C'est peut-être de son père ou de son frère aîné qu'il s'agit dans la mention suivante des registres du Châtelet, à la date du 16 mai 1500 : «Les doyen et chapitre d'Amiens contre sire Anthoine Clabault, seigneur de Hedicourt (*sic*), et sire Nicolas Fauvel, lesquelz Clabault et Fauvel se sont departiz du procez encommencé, attendu qu'ilz ne pretendent plus avoir droit en la maison et appartenances de la Coqueluche, sur laquelle lesdits doyen et chapitre ont droit, et que ledit Clabaut n'y avoit droit qu'à cause de sa femme qui est allée de vie à trespas, et ledit Fauvel tant de son chef que comme heritier de feu Aubert Fauvel, son père, et à cause de la succession de la feue femme dudit Clabaut, sa seur: lequel droit il a vendu à Jehan le Munier.» *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 357.

[2] En 1498, un de ses homonymes, «Anthonius Dagincourt, in artibus magister, actu Parisius regens», le bachelier de 1498 (cf. ci-dessus, p. 460), se présente à la collation du prieur de Charlieu, ordre de Cluny, diocèse de Mâcon, et à celle de l'évêque et du chapitre de Laon. *Arch. de l'Univ de Paris*, vol. 50, fol. 34.

IMPRIMERIE NATIONALE

Besson et magister Johannes de Janailhac, qui fuerant examinati pro gradu licencie, fuerunt admissi ut presentarentur domino cancellario, et factus est rotulus secundum ordinem sequentem :

NOMINA LICENCIANDORUM.

Johannes Amyelli	Dominus Picard hunc adoptavit.
Magister Stephanus Besson	Dominus de Conti.
Magister Johannes de Janailhac . . .	Ego decanus.
Carolus Cuchart	Dominus de Hanges[t].

[27 Avril.] Die lune xxvii Aprilis, frater Johannes Oliverius, dyocesis Parisiensis, ordinis S. Benedicti, fuit admissus ad gradum baccalariatus, et prestitit solita juramenta.

Die lune xxvii Aprilis ejusdem anni quingentesimi predicti, baccalarii quattuor numero fuerunt per me decanum domino cancellario Stephano Poncier, sedenti in aula sua inferiori, presentibus dominis doctoribus Conty et Hanges[t], presentati ad gradum licencie; quos idem dominus cancellarius admisit.

[30 Avril.] Die jovis ultima Aprilis anni MV^{c}, Andreas Morinus, dyocesis Cabilonensis, fuit admissus ad gradum baccalariatus, prestitis juramentis.

[1er Mai.] (F^{o} 13 v°.) Die prima Maii, anno Domini MV^{c}, predicti iii baccalarii :

Johannes Amyelli	Dorigny adoptavit.
Stephanus Besson	Conty.
Johannes de Janailhac	Decanus.
Petrus (*sic*) Cuchart	Dorigny, ob absentiam aliorum[1],

fuerunt vocati ad licenciam per dominum cancellarium Stephanum de Pontchier (*sic*), qui tradidit rotulum Facultatis majori bidello Facultatis Decretorum clausum sicut fuerat ei per me exhibitus. Ipse vero bidellus acceptum rotulum deportavit dominis doctoribus qui presentes assistebant, ut viderent si non fuisset apertus; deinde domini remiserunt ad dominum cancellarium; tunc ipse aperuit et tradidit apertum bidello, ut evocaret licenciandos; quibus evocatis et coram considentibus, habita per vicecancellarium oratione, eos licenciavit in nomine Domini.

[7 Mai.] Die jovis vii Maii, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem.

[1] Les noms des régents paraissent avoir été inscrits par Dorigny.

Die veneris sequenti, fuit anniversarium domini Johannis Chuffart. [8 Mai.]

Die sabbati sequenti, fuit missa Sancti Nicholai, presentibus dominis de Conty et Alligret cum bidellis et legentibus[1]. [19 Mai.]

Eodem die, fuit sigillata littera gradus licentie magistri Petri Cussart (*sic*). Cathelanensis [*sic*, *pro* Catalaunensis] diocesis; et eodem die, facta est congregatio Universitatis post prandium apud Sanctum Mathurinum, ad audiendas litteras regias super revocatione a banno magistri Johannis Standonch, absque causa et contra omnem rationem banniti et exulis[2].

Die martis XII Maii. Henricus le Clerc, Cathalaunensis dyocesis, examine facto, fuit admissus ad gradum baccalariatus, et prestitit solita juramenta. [12 Mai.]

Die veneris XV Maii, Jacobus Loiselet, Belvacensis dyocesis, examine de ipso facto, fuit ad gradum baccalariatus admissus, et prestitit solita juramenta. [15 Mai.]

Die mercurii XX Maii anni MVc, frater Petrus Joly, Belvacensis dyocesis, ordinis S. Benedicti, Julianus Montlemneau [*in marg.* : Maulomneau], Cenomanensis, et Johannes Mathei, Lugdunensis diocesis, premisso de eis examine, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus, et prestiterunt solita juramenta. [20 Mai.]

(F° 14 r°.) Die sabbati XXIII Maii MVc. Nicolaus Barbarat, Trecensis dyocesis, premisso examine, fuit admissus ad gradum baccalariatus, et prestitit solita juramenta. [23 Mai.]

Die veneris XXVIII[I] Maii ejusdem anni, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus, premisso examine, Johannes de Platea, Martinus Bregis [*in marg.* : alias Dambry], Meldensis dyocesis, et Johannes de Brenis, in artibus magister, Senonensis dyocesis, et prestiterunt solita juramenta. [29 Mai.]

Die sabbati sequenti, dominus Nycolaus Dorigny legit doctoralem Decretalem loco domini de Hanges[t] absentis, in vigilia Penthecostes. [30 Mai.]

Quinta die Junii ejusdem anni, Theobaldus du Choiseul[3], Eduensis dyocesis, [5 Juin.]

[1] Même observation pour ce dernier membre de phrase.

[2] Même observation pour ce paragraphe.

[3] Le 24 février 1499 [1500], «noble homme Pierre de Choisel, dit Galehault, escuier, seigneur de Fremoy [auj. Frémois, départ[t] de la Côte-d'Or, commune de Montberthault, arrond[t] et canton de Semur], *m. Thibaut de Choisel, son fils, escolier à Paris*, [plaident] contre messire Philibert de Choisel, seigneur de Lanques». *Collection Clairambault*, vol. 765, p. 334. — En marge : *Theo. du Choiseul.*

premisso examine, fuit admissus ad gradum baccalariatus et prestitit solita juramenta.

[13 Juin.] Die decima tercia Junii, anno M V^c^. Andreas Van Heude, Morinensis dyocesis, examine facto, fuit admissus ad gradum baccalariatus, et prestitit solita juramenta.

[20 Juin.] Die sabbati XX Junii, fuit missa Facultatis et obitus bone memorie domini Ambrosii de Cambray, Decretorum doctoris. Affuit dominus Allegret et ego decanus.

[22 Juin.] Die lune XXII mensis Junii anni predicti, frater Johannes Anglici, ordinis S. Benedicti, Aniciensis dyocesis, premisso examine, fuit admissus ad gradum baccalariatus, et prestitit juramenta solita.

[27 Juin.] Die sabbati XXVII Junii, Johannes Lescuier, presbiter, Tullensis dyocesis, premisso examine, fuit admissus ad gradum baccalariatus, et prestitit solita juramenta.

[9 Juillet.] Die jovis IX Jul(l)ii, fuit missa Facultatis apud Sanctum Johannem, me decano solo presente.

[8 Juillet.] (F° 14 v°.) Die octava Jul(l)ii, anno Domini M V^c^, Johannes Plumangat, dyocesis Macloviensis, premisso examine, fuit admissus ad gradum baccalariatus, et prestitit solita juramenta.

[15 Juillet.] Die mercurii XV Jul(l)ii ejusdem anni, Johannes Monachi et Natalis Monachi, Leonensis dyocesis, premisso de eorum sufficientia examine, fuerunt admissi ad gradum baccalarii, et prestiterunt solita juramenta.

[23 Juillet.] Die jovis XXIII(I) Jul(l)ii ejusdem anni, fuit missa apud Sanctum Johannem, assistentibus dominis Allegret, du Gast et me decano.

Eodem die, post missam in capella, frater Johannes des Pas, ordinis S. Augustini, dyocesis Abrincensis, examine facto, fuit admissus ad gradum baccalariatus, et prestitit solita juramenta.

[1er Août.] Die sabbati prima Augusti, fuit examinatus et admissus ad gradum baccalariatus in Facultate Decretorum Michael Christiani, dyocesis Ebroicensis, et prestitit solita juramenta.

[6 Août.] Die jovis, post missam Facultatis, que fuit VI Augusti, frater Antonius Anglade, ordinis S. Benedicti, Claromontensis diocesis, et Petrus Annet [*in marg.*: Anier?],

Parisiensis dyocesis, fuerunt examinati et admissi ad gradum baccalariatus, prestitis solitis juramentis.

Vigesima die Augusti ejusdem anni, frater Melchior le Fevre, ordinis S. Benedicti, Noviomensis diocesis, fuit admissus ad gradum baccalariatus post examen de eo factum, et prestitit solita juramenta. [20 Aout.]

Die septima Septembris ejusdem anni, dominus Johannes Picard, doctor regens in Facultate Decretorum, supplicavit pro meuse gratioso, et fuit ejus supplicatio admissa in congregatione apud Sanctum Maturinum eodem die habita. [7 Septembre.]

Vigesima quarta Septembris[1], anno Domini m v^c, Michael Santin[2], in artibus magister, dyocesis Ambianensis, Petrus Crespin, dyocesis At(t)rebatensis, et Petrus Talon, presbiter, dyocesis Suessionensis, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus, et prestiterunt juramenta. [24 Septembre.]

(Fol. 15 r°.) Vigesima octava Septembris, Nycolaus du Cayet[3], Parisiensis dyocesis, examine de ipso facto, fuit admissus ad gradum baccalariatus, et prestitit solita juramenta. [28 Septembre.]

Prima Octobris ejusdem anni, Mayolus Berandi, Matisconensis dyocesis, fuit examinatus et admissus ad gradum baccalariatus, prestitis solitis juramentis. [1er Octobre.]

XV Octobris ejusdem anni, Natalis Adam, alias Oudart, dyocesis At(t)rebatensis, fuit admissus ad gradum baccalariatus, et prestitit juramenta. [15 Octobre.]

XVI Octobris, Johannes Masseron[4], dyocesis Cenomanensis, fuit admissus ad gradum baccalariatus, prestitis solitis juramentis. [16 Octobre.]

XIX Octobris ejusdem anni, Johannes Ramel, dyocesis At(t)rebatensis, et Johannes de Chagotes [*in marg.* : de Chasettes], dyocesis Claromontensis, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus, et prestiterunt solita juramenta. [19 Octobre.]

[1] Le 15 septembre, selon Du Boulay (t. VI, p. 3), Denys Alligret avait été nommé vice-conservateur des privilèges apostoliques de l'Université.

[2] En 1501, Michel Santin, maître ès arts et bachelier en Décret, se présente à la collation « prepositi, decani et capituli Siclisiensis (*sic*), diocesis Tornacensis », et à celle « prepositi, decani et capituli eclesie collegiate Sancti Amati Duacensis, diocesis Attrebatensis ». *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 50, fol. 168 v°.

[3] Cf. plus haut, p. 458 n. 1.

[4] Le 5 décembre 1493, un de ses homonymes, « honorable homme m. Guillaume Masseron, procureur en Parlement, a emancipé Pierre Masseron, son fils, escolier à Paris, aagé de 7 ans : curateur, le père. » *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 214.

[13 Novembre.] Die veneris XIII Novembris, anno Domini M V^c^, Anthonius Genevesii, Lugdunensis dyocesis, et Franciscus Brinon, Parisiensis dyocesis, de ipsis examine facto et prestitis solitis juramentis, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus.

